SCHOLIA
NOBILISSIMI IVRECONSVLTI,
D. FEDERICI SCOTI
PLACENTINI,

VICI LAELII COMARCHI, SARMATI BENEFICIARII,

Ad volumina vniuersa, tam Iuris Pontificij, quàm Cæsarei:

NECNON,

Ad diuersos Interpretes iuris; quos sequens pagina ostendit:

Incredibili tam iuris scientia, quàm bonarum literarum omnium cognitione referta,

Nunc primùm summa diligentia excusa.

CVM PRIVILEGIIS.

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.

VENETIIS,

Ex Officina Damiani Zenarij M D LXXXIX.

Corrector operis ad Lectorem.

MORIS eſt honeſtiſſimi, ac etiam laudatiſsimi (Lector ſtudioſe) vt ſemper eximia & præclara ſtudia omnibus modis promoueantur; quod ſe facturum optimi librarij non immeritò opinantur, dum libros, quos ſuſcipiunt imprimendos, non aliter e manu dimittant, quàm ſi ad authoris dignitatem tuendam, eiuſque præſtantiam commendandam, aliquid lectori præmiſerint: tum vt quantum in illis eſt, bonis literis honor impendatur, virtutis præmium, vt ait M. Tullius: tum vt bonarum literarum cultoribus grato ſuo officio, ad ſimilia ſtudia ſubeunda animum excitent: quoniam Reipub. intereſt, ciuitatem quàmplurimis doctis & ſapientibus abundare. Quod quidem vti ego etiam ſemper probandum eſſe exiſtimaui, ita vt ab inſtatuto hoc receptiſſimo recedere mihi religioſum duxi: Nihilominus tamen, cum in iſtos Commentarios ſeu Scholia inciderim doctiſſ. Domini Federici Scoti celeberrimi Iureconſulti, conſiliorum meorum rationem viſa eſt tanti viri grauiſſimi authoritas commouere: cuius profectò multa & præſtantiſſima monumenta iamdiu in publicum data, ea nominis ſui fama adeo omnes omnium aures adimpleuerint, vt non modò quicquid ſub authoritate ipſius in manus hominum peruenerit, gratum ſit atq; iucundum: verùm plane omnem mihi ſcribendi facultatem ademerunt: cum in ipſius laudibus verſari non aliud eſſe putaui, quàm, quod eſt in prouerbio, ſoli lucidiſſimo facem accendere: Quod Vlpianus ſignificat, dicens, Quicquid rei demonſtratæ adijcitur, ſatis demonſtratæ, fruſtra fieri. Ad hæc, iſtud mihi perſæpe in mentem veniebat, eos qui præludijs capiuntur, flectuntur, atque delectantur, eſſe minoris gentium, iudicijq; infirmioris; quique falſa opinione ducti nonnunquam à ſpecioſo principio, operis vtilitatem & præſtantiam dijudicant: econtra, ſolidioris & ſanioris intellectus viros grauiſſimos, quod proſit in primis, potiusquàm quod delectat, inquirere: in eoque genere ſtudij noctes diesque totos impendere: Ad quos authorem elaboraſſe, argumento ſunt fortiſſimo, tot præclara ipſius cogitata, tot iuris controuerſi doctiſſimæ definitiones: & infinita propè iuris enucleari, interpretumque loca reſerata, quæ quaſi poſtliminio ſunt reſtituta; vnde haud dubie, cum omnes, tum qui rem altius perpendunt, maximos fructus percipere poſſunt. Atque, quod ego in poſtremis habendum non reputo, in tanta rerum copia & eruditionis campo, vnde exitus quàm ingreſſus facilius cogitari ſolet, adeo omnia ad rem quaſi intra cancellos circumſcribit, vt cum ex multis, tum vel hoc vno auditorem illius Alciati principis Iureconſ. intelligas. De quo ego ita palam ſentire ſoleo, vti de Platone & Lyſia refert Phauorinus. Si,

 inquit

inquit, de Platonis oratione, verbum demas mutesvè, atque id facias commodissimè, de sententia detraxeris: si ex Lysiæ, de elegantia. Hæc ergò scholia, lector prudentissime, ad præceptoris imaginem formata, animo placido accipito, quibus nihil redundans, quod auferas, nihil prætermissum quod desideres, sed in toto opere, quod in rerum argumentis reperitur, id vtique inuenitur: præceptori propterea ea in re simillimus, licet nonnullis interpretum dissimillimus, qui morosis suis interprætationibus, & fœcunditate onerosa, adeo sunt importuni, vt extra controuersiam iuris facile dicas esse disertos, nunquam non adeo prolixos, vt ad nauseam disputantes, non tantum in aliena diuertunt, sed plęraque suo loco dicta (vt dicam) obtorto collo in ius rapiunt, quæ iuris bona venia pretermitti poterant. Verùm, ne in ipso laudando me nimium diffundam, ac in scopulum impingam (vt dicunt) quem mihi à principio fugiendum statui, vela contraham, & quasi in portum salutis, idest benignum Lectorem, cursum orationis dirigam: qui cætera, quæ vel propter authoritatem scribentis à me dici non debent, vel propter rei dignitatem & amplitudinem in his literarum angulis includi non possunt, is pro sua humanitate suppleat. Atque si quæ typographi, vel relectoris imbecillitate in re lubrica & periculosa planè, qua vel Lyncei oculi vix sufficiant, scrupulum inijciant, ne se conturbet, rogatum velim: sed æqui bonique consulat. Præterquam quòd exceptori operis quædam excidere solent, ab authore postea illecta, fortè rerum multitudine prægrauato, ad typos transmissa. Quibus omnibus tamen pro virili maturè à nobis est succursum: deque industria nobis tantum pollicemur, vt si aliqua, pauca saltem seu paucissima ea confidimus, quæ animum offendant. In cæteris nil non perfectum, sincerum, atque absolutum, necnon quod iuris & iustitiæ sacerdotes, virosque, vt addam, Dei deceat. Cui te tuasque omnes cogitationes, lector studiose, deuoueo. Vale.

INDEX LIBRORVM IVRIS ATQ. ETIAM AVTHORVM OMNIVM,

Qui his Scholijs excellent. D. Federici Scoti Iureconf. &c. declarantur.

Scholia

AD LECTOREM.

Indicem authorum tibi, lector, offerrimus, non secundum rerum modum vsitatum: sed, vt dicam, crassa Minerua: absque foliorum numero, secundum ordinem tractatuum, quorum consequentia pro numero foliorum, solerti sufficere satis nobis videtur. Vale.

In

In Quart. Decretal. / *In Sextum.* — de reg. iur.

Ad volumen Decretorum.
Ad volumen Decretalium
Ad volumen Sexti
Ad volumen Clement.
Ad extrauag. Ioan. 22.
Ad Syluam nuptial. Ioan. Neuizani.

Ad diuersos interpretes iuris: quibus continentur

Practica Io. Petr. de Ferrar. Papien.
Io. Ferrar. de reg. iur. Digestor.
Singularia Ludouici Romani.
Singularia Mathesilani.
Singularia Francesc. Cremens.
Singularia Antonij Corsetti.
Singularia Petri Gerardi de Petrasanct.
Singularia Amanelli de Claris aquis.
Repetit. Ploti ad l. si quando. C. vnde vi.
Conclusio. Iacob. Philip. Porcij Forocornelij, seu Imol.

Bar. Capoll. videlicet
- Repertorium
- De seruitutib.
- De simulat. contract.
- De ser. fugit. lib. 6. Cod.
- De cautel.

Cautela Ferratij.
Consil. Marsil.
Decisio. Neapolita. Afflict.

Tiraquell. videlicet,
- De nobilitate
- Primogeni.
- Ad l. si vnquam. C. de reuoc. donat.
- De pęnis &c.
- De retractu consanguinitatis.
- De retractu conuentio.
- De legib. connubial.

Practica criminal. Carrerij
- De homicid.
- De hæretic.

Lexicon iuris Spiegelij:
Eiusdem in præfatio. ll. 12. tabul.
De Iurecons. & eorum laudib.
De temporibus & moribus Impp.
Claud. Catiuncula de ratio. studendi leg.
Epistol. Quæstio. Corasij.
Franc. Bald. in Nouell. constitut.
Iafred. Lanfranc. in sent. rec. causid.
Disputatio. anniuersar. Francisc. Duare.
Concordata, cum comment. Petr. Rebuff.
Libri Emendat. Anto. August.
Axiomata Iacobi Bonionr.
Necyomant. Forcatuli.
Defensorium Montis pietatis Fratris Bernard. Busti.
Constant. Laud. in pen. iuris ciuilis Forcatuli.
Apolog. Aldobrand. pro Cato Iureconsult.
Consil. Martin. Garrati.
Praxis beneficiorum Petri Rebuffi.
Hiero. Cagnoll.
Iacob. Curt. libr. Icaston.
Tractat. Io. Dilecti Durantis, de arte testandi.
Decisiones Boerij.
Straccha, de mercatura.
Comment. Pyrrhi Anglebermai, in tres libr. Codicis.
Hiero. Cagnol. de regul. iur. ff.

Dyn.
- De reg. iur. ff.
- De reg. iur. 6.

Cranett. de antiq. tempor.
Ll. Longobard.
Tractatus Bruni, de indicijs & tortur.

Instit. Ioan. Ferrarij.
Repertor. Io. Milis.
Spec. aur. Maraut.
Consil. Belloni.
Obseruatio. Mantua.
Praxis crim. Battand.
Compend. Taßara in notariorum errores.
Paraphrasis Cantiuncula in Institutio.
Commentar. Didaci, reg. peccatum. de reg. iur. 6.
Practica crimin. Hyppol. Marsilij.
Menoch. de remed. recuper. poss.
Respons. in caus. Finariens.
Hier. Mont. Brixiens. de finib. regund.
Herculan. de cautel. de non offendendo.
Oratio Gentiani Heruetti ad Concil. de clandest. matrimo.
Commentar. Camilli Plautij. de off. eius cui.
Polymathia Marci Mantua.
Decisio. antiq. Rota.
Decis. Grammatici.
Comment. Pinell. C. de bon. mater.
Thesaur. recept. sentent. Soarez.
Plaut. de not. Cranet.
Libri Decretar. Burchardi.
Cotara. de iure & priuileg. mil.
Practic. crim. Io. Millei.
Expositio tit. Sebastia. Braut.
Cons. Guid. Pap.
Antiparadoxa Gypsij, ad Alciat.
Comment. Capol. ff. de verb. sig.
Tom. 1. consil. diuers. criminal.

Ad volumen Primum Tractatuum : quo continentur,

Historia Rinalij.
Guliel. Rouill. de vit. Iureconsf. Rutil.
Ficard. de vit. Iureconsf.
Topica Cantiuncula.

Ad volumen Secundum, quo continentur,

Tractat. de haret. { Ioan. Nicol. Arel. / Gondisalui Villadiegi.
Tractat. Cantiunc. de off. iud.
Tractat. Parid. de syndicat.

Ad volumen Tertium : quo continentur,

Tractatus Lanfranc. Oria. de arbitr.
Tractat. Io. Baptist. Bar. generi, de arbitr.
Tractat. M. Anto. Blanc. de compromiss.

Ad volumen Quartum : quo continentur,

Prasumptiones Alciati.
Tractat. Alberici, de testib.
Tractat. Tyndari, de testib.
Tract. Petri de vbaldis, de duob. fratrib.
Tract. Fabiani de Monte, de empt. & vend.
Tract. Iacobi de Arena, de cessione iuris & actionum.
Constitutio. de iure Protomiseos.
Tractat. Guid. de Suzaria, super materia iuris emphyteutici.

Ad volumen Sextum : quo continentur,

Tract. de petit. & restit. dot. Ioan. Campezij.
Tractat. de statutis loquentibus de dote, eiusdem.
Tractat. de dote, dotatisque mulieribus &c. Baldi Nouelli.
Tractat. de naturalib. liber. Ludouici a Sardis.

Ad volumen Septimum : quo continentur,

Tractat. de execut. vlt. volunt. Iacobi a Canibus.
Tract. de successionib. ab intest. { Matthesilani. / Dyni.

Ad volumen Octauum : quo continentur,

Tractatus de prascriptionib. Balbi.

Tractat. 1. & 2. decreti, Ad Iacob. de Beluis. Guidon. de Suzzar. & Iacob. Beluis.
Tractat. de debito. suspect. Io. Baptist. Caccial.

Ad volumen Nonum: quo continentur,

Tract. de interdict. odofredi.
Tract. de pignorib. Neguf antij.

Ad volumen Decimum: quo continentur,

Tractat.
- De relaxat. carcerat. Pauli Grillandi.
- De pęn. omnis. cart. eiusdem.
- De sortilegijs, eiusdem.

Tract. de indicijs & homicid. &c. Marc. Anto. Blanci.
Tract. Nelli, de bannitis.

Ad volumen Vndecimum: quo continentur,

Tractat. de fisco & eius priuileg. Franci. Lucani.
Tractat. de muneribus. Petri Antiboli.

Ad volumen Duodecimum: quo continetur,

Tract. de Principib. Martini Laudens.

Ad volumen Decimumquintum: quo continentur,

Tractat. de vnionib. eccles. Petri de Perusio.
Tractat. de off. & potest. cap. sed. vacat.
Tractat. Hiero. Gigant.

Tract. de iurepatronat.
- Rochi Curtij.
- Pauli de Citad.

Tract. de horis canonicis, Alberti de Ferrarijs Placentini.
Ad Dictionarium Alberici.

Scholia ad reliquos Interpretes generaliter.

Ad Francisc. Ripam,
- *ad varias leges. ff.*
- *Ad lib. 2. Decret. Et Ad lib. 41. 42. ff.*

Ad Commentar. Baldi in lib. primum. & secundum Decretalium,
Ad consil. Pauli Castrens.
Ad Speculatorem.
Ad summam Azonis in libros Codic.
Ad consil. Ludouic. Roma.
Ad consil. Francis. Areti.
Ad consil. Ancharani.
Ad Tomum primum consil. criminal.
Ad Coment. Abbat. Panormita. in libros Decretal.
Ad consilia Angeli.
Ad consilia Curtij Senioris. Et Curtij Iunioris.
Ad responsa Alciati,
Ad consilia Baldi.
Ad commentar. Baldi, in Institut. Institia.
Ad commentarios Io. Christopher. Portij, in lib. Institut.
Ad consilia Mariani & Bartolomei Socin.
Ad commentarios Curtij Iunior. in lib. 2. ff.
Ad librum. 2. 6 Codicis.
Ad consil Oldradi. 24. & vlt.
Ad consil. Chass. 59. 67.
Ad vota Grammatic.
Ad singular. Marsilij.
Ad consilia Baptista Caccialupi.
Ad cons. Io. Caphal. 253.
Ad Commentar. Afflij, in lib. 1. fforum.
Ad Commentarios AEmilij Ferreti, in lib. fforum & Codicis.
Ad responsa eiusdem.
Ad Scholia Io. Corasij, in lib. fforum. Et in lib. 1. Miscellaneorum, iur. ciuil.
Ad consil. Aymonis Cranetta.
Ad consil. Signoroli de Homodais. 263.
Ad consil. Calderinor. 240.
Ad cons. Bruni. 31.
Ad Commentar. iuris ciuilis Connani.
Ad Statuta Placentina.
Ad Decreta Placentina.

F I N I S.



FEDERICI SCOTI PLACENTINI VICILAELIICOMITIS, SARMATI FEVDATARII, IVRISCON.

Scholia.

IN DIVERSA IVRIS, ET DOCTORVM LOCA.

Nomina prudentium, eorumque libri, ex quibus Digestorum opus compositum est, & concinnatum.

DE PRVDENTIBVS IVRIS.

SCOT. Infrascripta descriptio Iureconsultorum Iustiniani iussu fuit hic posita, vt probat l.2.col.antep.in fi. & prin. seq.C.de vete.iur.enucl.§. Ne autem incognitum. Ne autem (inquit) incognitum vobis sit, ex quibus veterum libris hæc consummatio ordinata sit, iussimus & hoc in primordijs Digestorum nostrorum inscribi, vt manifestius sit, ex quibus legislatoribus, quibusque libris eorum, & quot millibus, hoc iustitiæ Romanæ templum ædificatum est.

SALVIVS IVLIANVS.

Scot. Huius sepulchrum fuit in via Lauicana quinto ab Vrbe lapide: quo illatus fuit Didius Iulianus Imperator eius pronepos secũdum Panuin ũ in vrbe Roma, etsi alij aliter. Appellatur sapientissimus in Auth.qui.mo.nat.effic.legitim. Commẽdat̃ & alijs in locis. Reperit̃ de iure respondisse, test.ib.l.3. ff.de liber.cau.l.si sic legatum, de leg. 1.l.j.de ijs quæ pro non scrip.haben. etsi non adscribantur ei vlli Responsorum libri. Hunc Spiegelius facit discipulum Iaboleni: cui tantùm abest vt fidẽ habeam, vt credam Iulianum fuisse magistrum Iaboleni.

ÆMILIVS PAPINIANVS.

Scot. In l.seruo alieno.§.fi.citat̃ Papinianus lib.3. Digestorum. Reperi apud Bernardum Rutilium, de vitis Iuriscõsultorum, in Aemilio Papiniano, eum condidisse lib.19. Digesto. L.3.de via publica, desumpta ex Aedilium.lib.singu. Papiniani. Tu dicito, desumptum esse ex lib. sing. Ἀστυνομικοῦ, vt patet ex græca l.posita in fi.ff. Noui, cum latina versione Haloandri. Martianus in Papinianum notas scripsit, vt l.1.C.de vet.iur.enucl.in l.qui pupillam. §.fi. ff.de adult.allegatur lib.2, Pap.de adult.& ibi, Martianus in notis, vt etiam modò tetigi.

QVINTVS MVTIVS SCÆVOLA.

Scot.ex hoc tres tñ leges in Pandectas trãslata sunt. De cuius li.noĩe Alc.variauit. Nam li. 9.c.21.rectè appellat diffinitionũ: lecta litera vocis græcæ, ὅρων, per omicron: sed in l.in rutis.ff.de uerb. sign.malè, horarum, seu annalium, lecta ea litera per omega, ὡρῶν: quia incidit in prauos codices. Nã & Florentinæ, & Haloandrinæ, & Fradineæ habẽt omicron.

SABINVS.

Scot.Hic postponit̃ Alpheno in Pãdectis Florẽtinis.
Iuris ciuilis libros tres. } Scot. Alia scripsit, de quib. Spiegelius: quẽ uide ad hęc oĩa, simul & Rutiliũ, & alios allegatos in lib.Respõsorũ.inf.ad L.Rhodi.de iac.

ALPHENVS VARVS.

Scot.Hic præponit̃ Sabino in Pandectis Florentinis.
Digestorum libros quadraginta. } Scot. Reliquit ẽt libros Collectaneorũ teste Gellio.lib.6.c.5. Sed aduerte, quia Alphenus de quo hic, nõ est varus, sed simpli-

citer Alphenus, in nomenclatura Pādectarum Florentinarum, multò recentior Varo. Fuit enim hic Alphenus in consilio Alexandro Imperatori, quem nominat Spartianus.

IABOLENVS.

Scot. Fuit hic præceptor Iulij Pauli, teste ipso Iulio Paulo in l.an manumittere.ff.de manu. vindic.

ABVRNIVS VALENS.

Scot. Huius meminit Galenus Tom. Aphorismo.ch. 1032.his verbis, Aburnio Valenti pręparatum.

TERENTIVS CLEMENS.

Scot. Hic deest in Pandectis Florentinis, & malè, cū habeantur aliquæ leges ex ipso.

AFFRICANVS.

Scot. Iulius Affricanus. Alciat.l.vlt.ff.si cer.peta.& in Catalogo Consulum ab vrbe condita. 564. cum Vlpio Traiano Aug. 6. Reperio Iulium Affricanū apud Quintilianum, vt oratorem, & apud Sabellicum Enne.7.li. 6. Sed vt scriptorem temporum, & sic vtrumque eorum alium ab hoc nostro. Politianus epist.vlt.li.5.epist. nominat Affricanum simpliciter, tacito prænomine, Iulius.

VLPIVS MARCELLVS.

Scot. In hunc notas scripsit Vlpianus, vt elicui ex l. non solùm.§.pen.ff.de iniur.

SERBIDIVS SCAEVOLA.

Scot. Hunc plures vocant Serbidium, quidam Seruilium, aliqui Cerbidium. Fuit magister Papiniani, & Seueri Imperatoris. Scripsit notas in Iulianum, vt apparet ex l. si in venditione. §. 1. de peric. & commo.rei vendi.

TITVS CAIVS.

Scot. Fuit hic antè Iabolenum. Allegat enim illum in l.si quis legata.ff.de condit.& demonst. Adscribuntur huic, Aureorum, seu Rerum cotidianarum libri 7. At secundum alios, non Cotidianarum, sed Ordinariarum. Institutionum libri tres. Recuperati dicuntur bi tres libri sub nomine Caij Seueri, in Lexico Ziletti, pag. 1.

VENVLEIVS SATVRNINVS.

Scot. Malè in meo libro legitur Venulius. Fuit autem hic auditor Papiniani, & Alexandro Principi gratissimus. Inter quem Principem Alexandrum, & Domitianum, cum concurrerunt anni. 142. asserendum est hunc nostrum alium esse ab eo, cuius meminit Martialis lib.4.ad Rufum.

DOMITIVS VLPIANVS.

Scot. Hic (nisi fallor) introducitur ab Athenæo in Dipnosophistarum conuiuio, vnus ex sapientium conuiuarum interlocutoribus. Et fertur a Spartiano, Alexandrum Imperatorem pransum habuisse confabulatorem Vlpianum, & alios: & itasse ad Athenæum: & sic fuere contemporanei Vlpianus, & Athenæus, nisi fortè intelligat Spartianus de loco. Sed ego non memini me legere talem locum Romæ: Intelligo igitur de Athenæo autore operis de Dipnosophistis. Tamē Capitolinus in Pertinace videtur nominasse Athenæum tanquam locum vrbis Romæ.

Huius præter alia feruntur Opinionum lib. 6. } Scot. Sectarum, inquit Ferrarius, Inst.de leg.in fi.

IVLIVS PAVLVS.

Scot. Appellatur vir prudentissimus in l. si lis. C. de fals.& in proœmio Digestorum, §. sed quia.& in l. etsi contra.C.de nupt. fuit discipulus Iaboleni, l.an apud se manumittere.ff.de manu.vindic.

CLAVDIVS TRIPHONINVS.

Scot. in Pandectis Florentinis non habetur mentio Claudij, sed Tripbonini tantùm. Porrò per genitiuos casus græcos nominantur hi prudentes in Pandectis Florentinis. Reperio autem Claudium Saturninum fuisse Prætorem. l. si remunerandi. §. ult.ff.manda.

IVLIVS AQVILA.

Scot. Gallus Aquila dicitur in Pandectis Florentinis.

TARVNTINVS PATERNVS.

Scot. Tarruntini Paterni habent Pandectæ Florentinæ. Credo hunc fuisse eum, qui fuit Præfectus Prætorio Commodi Antonini: cuius meminit Lampridius in Commodo, interfecti ab eodem Antonino ob coniurationem, de qua ibi, initam cum Saluio Iuliano, & Vitruuio Secundo: qui Saluius Iulianus erat ex familia Saluij Iuliani Iurisconsulti: qui Saluius Iulianus iunior promiserat filiam, filio Tarrūtini Paterni suprascripti: cuius Saluij Iuliani iunioris filium, qui exercitibus præerat, ad impudicitiā frustrà tentarat, exinde tendens insidias Iuliano. In ea coniuratione fuerunt etiam Quadratus, & Lucilla, vt ibi latiùs.

P. FVRIVS ANTHINVS.

Scot. Anthi scilicèt Furij Anthiani, in Pandectis Flor.

AELIVS GALLVS.

Scot. Deest hic in Pandectis Florentinis, fortè quia habetur vnica lex in eis, ex hoc Gallo. Festus citat Caium Aelium lib. 2. verborum significationum, quæ ad ius pertinent. Vide Calep.verb.Saltus. Gellio li.16.c.6.vocat Cæcilium Gallum.

De conceptione Digestorum.

Ibi, Treboniano: De Triboniano ex Suida, Budæus, *Nibil prorsus molestia a quoquam passus.* } Scot. immo fuit motus magistratu, Cottar. lib. 1.de iur.& priuileg. milit. Vide Procopium, & Rutilium in Vitis Iurisc. in fi. Hermenop.tit. 1.

Deo autore &c. } Scot. Hic ponit l. 1. C. de vet. iur. enucl.

Versi. cum enim lege antiqua &c. } Scot. Quasi Populus Romanus nequeat repetere imperium.

Verb. oriundo. } Scot. pro orituro, & malè. sic. i. constit. C. §. quibus.

AD PROOEMI. DIGESTORVM.

Glos. uerb. Sanctionem. seu. i. uersi. ut hic non proprietatis secundum &c. } Scot. Vide Senecam li. ult. de benef. & glo. in l. benè a Zenone. C. de quadri. præscript.

§. *& anteà. uerf. a uoce magistri &c.* } Scot. Vide Cice. in episto. ad Trebat. Iurisconsf.

Ad add. marg. uerb. per satyram collectum. i. &c. } Scot. Vide c. monachos. 16. q. 1.

Ad add. notanda erit &c. commendari posse. } Scot. immo debere, arg. §. ac ne tertij, uerb. & maneat. inf. eod; vbi add.

Legum oratores. } Scot. inf. §. discipuli igitur. verb. oratores. sup. in prin. posuit orationes pro legibus, iuc. glo. ibi verb. orationes, & verb. orationem. Vnde a duocati dicuntur verba facere pro cliente, vt l. si dolo. ff. de dolo.

Versi. Exquæstorem &c. Add. margin. hic habetur de hac uoce. } Scot. Adde quòd Valerius Max. lib. 3. ca. 7. qui id nominis agnoscit. Cum, inquit, Ex consule prouinciam Galliam obtineret. Falluntur ergò qui dicût, vt in d. add. margin. hanc locutionem natam esse posterioribus seculis.

Versi. Iustinianos nouos. aliàs Iustinianeos. } Scot. Ego potius legerim Iustinianeos, nouô. s. cognomine. ita videntur legisse paremiograph. adag. 711. & probatur inf. uers. nostrum nomen mereantur. & inf. versf. & cognomine mutato &c. Alciat. lib. 10. Parerg. c. 18. appellat se Iustinianum nouum, secutus communem errorem; & lib. 2. Paradox. c. ult. Idem mecum sentit gl. hic verb. Iustinianos, dum nullam mentionem facit adiectiui, nouos: cui glo. adde, sic Papinianistæ, vt inf. §. ac ne tertij.

Glos. Noua, omnia noua placent &c. } Scot. Adde illud Ouidij lib. 3. de Ponto.

Est quoque cunctarum nouitas gratissima rerum.

Vide Barth. in princ. lib. 10. C.

Versi. Et maneat uiri sublimissimi Præfectorij Papiniani. } Scot. Vide nota. per Bologni. §. tertio vero, versf. ad sublimissimum. sup. eo. sic dies natalis Hippocratis, fuit festus habitus apud Coos. Gemusæus in epist. nuncup. post Isag. Galeni. & adde virum bonum laudâdum esse, ac recordandum. l. quoniam. C. de episc. & cleri. Bald. in auth. habita. per illum tex. C. ne fil. pro patr. & malum vituperandum, ac obliuiscêdû.

Versi. Pro responsis autem prudentissimi Pauli. } Scot. ita ēt appellatur in alijs locis relatis. sup. in nomenclatura, verb. Iulius Paulus.

Versi. Vt possint posteà eas & legere, & in iudicijs &c. } Scot. Theologi Iudæi principium Geneseos post triginta annos tradebant, cum principio, & fine Ezechielis Prophetæ, vtpotè partib. difficiliorib. Hiero. ad Paulinum presbyterum in epist. præfixa Biblijs.

Versi. Et quod penè in alia nulla arte &c. } Scot. Imò potest, dici plus ramis huius scientiæ, quàm aliarum inesse radicibus. Quod de medicina post Mosem Aegiptium, & Auicennam tradit Io. Picus li. 3. contra astrologos. c. 16. Quamquàm videntur isti dicere, ramos, non radices aliarum, præter medicinam scietiarum, sectatum Galenum: sicque de Galeno, nisi legatur apud Picum, medicinæ radicib. Tunc enim seruiret huic propósito. Aliàs si absit verbum: illud, prior interpretatio sit necessaria: nec ad hûc quadret locum.

Versi. Nemine iudice ex tali libro recitationem &c. } Scot. Nota, quòd afferebant libros ad iudices: non autē memoriter allegabant. Idem l. 2. §. fi. C. de uete. iur. enucl.

Versi. ludos exercere &c. quia enim ludos &c. } Scot. Vide Arist. li. 10. Ethic. ubi quòd ludi sæpè nocent: facit. l. in furti, in fi. ff. de furt. c. 1. §. 1. cum gl. uerb. luserit. Quib. mo. feud. amit. Sic Homer. li. pe. Iliad. inducit Patrochi vmbram fatentem puerum a se occisum, dum talis luderet. Refert Calcag. de talo ludo: ego de heroe meo lib. 1. Macareid. Vide etiam c. 1. ubi gl. & docto. de præsumpt. Martia.

Innocuos censura potest permittere Ludos.

Versi. Prius animas, posteà linguas. } Scot. concordat l. 1. ff. de decret. ab ordi. facien. probitate morum, & peritia artis. Psal. 118. Quintil. lib. 1. ca. 3. Plin. iun. lib. 3. epist. 3. epist. in fine.

Versi. Talis legum inuenta est permutatio, qualem &c. } Sco. Qualem Cæsar notula. Hotoma. in commenta. verbo. iur. uerb. cita. verb. chrysea &c. ait hoc verius ab isto Cyclope dictum, quàm sperabat, accipiens e conuerso hanc permutationem.

Versi. Qualem Cæsar notula; fecit, qui ablato auro ex Capitolio, æs inauratum reposuit. Sueto. in Iulio Cæsare: quem vide etiam in vita Tiberij, ca. de atrociter gestis &c.

Glos. uerb. permutans. Diomedes enim. } Scot. Ridenda Accursij notula.

Ead. Glo. uersi. Est tamen multum a remotis &c. } Scot. iuxtà deliramentum Accursij. Vide adag. 101.

Digestorum seu Pandectarum D. Principis Iustiniani, &c. Incipit liber 1.

DE IVSTI. ET IVR. Tit. 1.

Ad Rubricam.

Glos. uerb. perpetui. i. generalis. } Scot. immo continui. Vndè in inscriptione l. 2. C. de vet. iu. enucl. in Pandectis Florentinis habes, semper Augusti: & sup. in inscriptione episto. seu proœm. & in l. 1. d. titu. C. de uet. iur. enucl.

Ad legem primam.

Versi. Est autem ius a iustitia &c. } Scot. Vide Alciat. li. 1. c. 29. Parerg.

Versi. ius est ars boni &c. } Scot. idem eod. lib. c. 30. Arist. lib. 1. Politico. Ius est ordinatio ciuilis societatis: iudicatio autem iusti iudicium.

Versi. Iustitiam namque colimus &c. } Scot. Facit Steuchus ex Platone, commentarijs in Iob. in prin.

Glos. uerb. Collecti, ibi, utilitas per se patetat: quia minori &c. } Ad propositum pecuniæ tex. habetur in l. 2. §. omnibus itaq;. C. de uete. iur. enucl.

In fi. Casus Viuia. } Scot. Fuit doctor Bononiensis, vt alibi subscriptum legitur. Vide casum l. quæ côditio. ff. de cond. & demonstr.

Glos. uerb. metu pœnarum. Metu sit quis bonus &c.] Scot. Vnde versus.

Oderunt peccare boni &c. Oderunt peccare mali &c.] Scot. Primus versus est Horatij: secundus est spurius, & falsò allegatus pro versu Horatij. Abb. in c. vt clericorum, de vi. & honest. cler. ponit hæc carmina: quæ dicit probari per illum tex.

Vers. ueram (nisi fallor) philosophiam.] Scot. Videtur sumptum ab Isocrate in Panathen. ad fi. Vide ad hunc locum Vlp. Cic. lib. 1. de orato. vbi loquitur de lege 12. tabul.

§. huius studij, uersi. publicum, & priuatum.] Scot. Publicũ pro communi accipitur, in l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur. l. ex sententia, ff. de testa. tute.

Vers. Publicum ius est.] Scot. Ius Senatorium pars est iuris publici. Plin. iun. lib. epist. 8. epist. 14. Cicero facit mentionem Iuris publici in materia fœderum, in Oratione pro L. Cornelio Balbo.

Vers. Publicum ius in sacris, in sacerdotibus &c.] Scot. Alciat. lib. 2. c. 31. Parerg.

Ad legem secundam.

Vers. ut parentibus, & patriæ &c.] Scot. Tamen præferenda est patria parentibus. Pro hoc vltrà alia habes versus Lucilij, *Commoda prætereà patriæ sibi prima putare; Deinde parentum, tertia iam postremaque nostra.* Sic Maro, *sat patriæ, Priamoque datum.*

Glos. uerb. & patriæ. Pugna &c.] Scot. Cic. 2. Philipp. Est atrocius patriæ parentem, quàm suum occidere. Offic. 1. Chari sunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium charitates patria vna complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere si ei sit profuturus? & Philipp. 5. Meus cognatus est: an potest cognatio propior esse, quàm patriæ, in qua etiam parentes continentũ?

Ad l. vt vim. 3.

Est amor, & rerum cunctis tutela suarum.] Scot. Valerius Flaccus,

Ad l. Manumissiones. 4.

Glos. uerb. tria genera, si tria &c.] Scot. Vide glos. in l. 2. ad fi. ff. de condit. inst.

Ad l. ex hoc iure gentium. 5.

Scot. Induxit ius gentium, vt quę bello capiuntur, hostium fiant. Cyr. in Pædia apud Xenophon. in calce lib. 7.

Vers. introducta sunt bella.] Scot. adde q pro defensione legum, licitum est bellum inferre. Ias. post álios per eum allega. in l. de pupillo. §. 6. ff. de oper. nou. nunc.

Vers. Discretę gentes.] Scot. vide Deutero. c. 32.

Vers. Regna condita.] Scot. In terris nomen imperij id primum fuit. Sallust. in Catili.

Vers. introductę sunt.] Scot. De mutuo, & chirographaria pecunia habes exemplum Tob. c. 9.

Glos. uerb. dominia distincta, uers. & si dicatur &c. Sed responde etiam tunc &c.] Scot. adde quòd discretæ erant gẽtes, vt Hæbraica ab alijs. ergò &c. vt hic, verb. discretæ gentes.

Glos. uerb. commercia. generale nomen &c.] Scot. Etiam contractus innominati sunt de iure gentium. l. pen. & ibi Castr. ff. de præscrip. uerb.

Ad l. ius ciuile 6.

Vers. ius proprium idest ciuile efficimus.] Scot. Alibi additio, vel detractio non facit rem nouã. l. 4. de iu. dot.

Glos. uerb. iuri communi idest iuri naturali &c. uersi. detrahitur iuri gentium in potestate &c.] Scot. Vndè & seruitus dicitur iuris ciuilis. glo. l. 1. uerb. scilicet inuentione. in fi. inst. de ijs qui sunt sui vel alie. iu.

Glos. uerb. hoc igitur. illud igitur &c.] Scot. similis glo. in §. igitur. Inst. de inoff. test.

Ad l. ius autem ciuile. 7.

Verb. Senatusconsultis.] Scot. Senatusconsulta olim a Tribunis approbabantũ. Vndè litera t, subnotabantur. Valer. Max. li. 2. De Instituto contra Trib. pleb. Antiqui dicebant etiam Senaticonsulta, quia dicebant etiam Senatus senati.

Ad l. omnes populi. 9.

Gloss. uerb. reguntur. Sed qui sunt &c. Respon. Syluestres homines.] Scot. Aduerte, quòd ius gentium fuit antè cõditas ciuitates: ideòque non minus regi iure gentium dici possunt etiam ij, qui syluas incolunt. §. singulorum. in fi. Inst. de re. d. ui. Scythæ trahunt domos, inquit Horatius: & Valerius Flaccus, plaustra sequi. De hominibus syluestribus, & se hominem syluestrem vidisse, tradit Pausanias in Laconicis, seu lib. 3. Vide etiam eundem lib. 1. vbi pariter de hominibus agrestib. De Choranneis Calep. hoc uerbo.

Ad l. Iusticia est constans. 10.

Scot. Alciat. lib. 1. Parerg. c. 31. vide Sap. c. 1.

Gloss. uerbo. lędere. & hoc ad proximum: undè illud, quod tibi non uis. &c.] Scot. Quod a Christianis acceptum, semper habebat in ore Alexander Imperator, & pluribus locis vt sculperetur, effecerat.

Gloss. uerb. cuique ut non solum &c. nam non sufficit abstinere a malo &c.] Scot. Habes hæc verba in c. 1. de for. fidel. per Bar. in Summa. l. in illa stipulatione, per te non fieri. ff. de verb. obl. gl. in §. iuris. Instit. de iust. & iu. Declinet a malo, & faciat bonum. Petr. epist. 1.

Ad l. ius pluribus. 11.

Vers. Prętor quoque ius reddere dicitur &c. relatione. f. facta &c.] Scot. Arg. contra de l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro empto.

Vers. Is locus rectè ius appelletur.] Sco. Probat etiam l. 1. §. postulare. ff. de postul. Vndè cum oratores dicũt, in iure, intelligitur, idest apud Prætorem. Bud. in an not. reliq. pag. 112.

DE ORIG. IVR. Tit. 2.

Ad legem primam.

Vers. Et certè cuiusque rei &c.] Scot. Auson. Incipe, dimidium facti est cæpisse. Superstit dimidium: rursum hoc incipe, & efficies. De principio, Cic. pro Cluentio. Principijs enim cognitis, multò faciliùs extrema intelligeris. Hora. *Dimidium facti, qui cępit, habet.* Glos. verb. principium, fecit hunc versum, *Dimidium facti, qui benè cæpit, habet.* Vide Galen. Metho. meden. lib. 6. ad fin. Plato de legib. lib. 6. sumpsit Caius ex Aristot. in proble. sect. 1. Tiraq. in pręfat. de iur. primig. nu. 64.

Vers. Deinde si in foro &c.] Scot. arg. a minori: & hoc dictum probatur in §. pen. in Auth. In med. lit. non fie. Dec. l. 1. ult. lect. 3. not. si cer. pet.

Vers. Nefas &c. nulla præfatione facta &c.] Scot. vide leg. secundam, vbi gloss. laudata. ff. ad Senatuscon-sultum Vellcian.

Vers. illotis &c. manibus. } Scot. vide Chi. Adag 855. & Bud. hic.

Glos. uerb. deinde, secunda ratio &c. l. nemo. } Scot. Tamen ab exemplis argumentatur Gloss. ca. 1. de renunc. in 6.

Ad legem secundam.

Vers. Populus sine certa &c. } Scot. vide Conna. lib. 1. Comment. iur. ciuil. c. 16. vbi de alijs populis.

Vers. In triginta partes. } Scot. Aduerte ad tribus, de quibus inf. §. ijsdem temporibus, cũ plebs. & quinque videntur deesse. Bud. sup. §. deinde cum esset necessarius. Vide Budæ. lib. 3. de asse. fol. 74. 79. 82. vide Sigonium.

Vinia. in Casu. l. uers. aliud, quia quidam plus habent eloquentia, quàm scientia, ut in responsis Pauli. } Scot. Vult dicere in libris Antipatri. Sed malè loquitur, vt inf. ad glos. plus eloquentiæ, addidi. fortè allusit ad §. tertio verò; & §. seq. sup. in proœm. vbi satis percipitur, responsis Papiniani posthaberi Pauliana.

Vers. Quibus Superbus Demarathi Corinthij filius. } Scot. Cicero lib. 5. Tuscula. Quæst. ad fin. Demarathus Tarquinij Regis nostri pater. Macrob. lib. 1. Saturnal. c. 6. Valer. Max. lib. 3. c. 4. A patre mercatore genitum (de Tarquinio filio dicens) fastidiendum inquit: erubescendum etiam ab exule Demarato natum. De Tarquinio Prisco loquitur Valer. Maxi. Demarathus legit tamen Sigon. in Fastis, & Commentar. in eos.

Glos. uerb. sequentes scilicet Reges. } Scot. Vide Strab. li. 5.

Glos. uerb. filius Tarquinius. } Scot. Alciat. tom. 3. respõ. lib. 1. respõ. 8. exponit, idest mediatus, & sic nepos. Macrob. lib. 3. Saturn. c.

Glos. uerb. non quia Papyrius. No. arg. &c. } Scot. Facit Steuch. in annot. in pentateucbum, seu in recognitio. Vete. Test. Gen. c. 1 uers. faciamus hominem.

§. *Exactis. uers. Tabulis decem a neis. aliàs legitur in tabulas eboreas.* } Scot. Cic. lib. 2. de diuinatio. vt æra legũ, de cœlo tacta. Ouid. 1. Metamorph. Nec verba minantia fixo Aere ligabantur. Sabell. Enn. 3. lib. 5. Vide de lineis libris, Liuium sæpè. Solonis incisa tabulis æneis. Diogen. Laert. in Solon. Sed Aul. Gell. lib. 2. c. 12. dicit, axibus ligneis incisas. Vide l. vlt. C. de frum. Vrb. Constantinop. vbi iubetur illa lex incidi in tabulis æneis, l. 1. de sepulc. in fi. apud Frõtinum. Hora. leges incidere ligno. Vide Baldu. in leges Romuli, vel duodecim tabularum. Plaut. Hæ miseræ etiam ad parietem sunt fixæ clauis ferreis. Conna. lib. 1. c. 10.

Vers. Vt possent apertius perspici. } Scot. Contrà Caligulam Imperatorem, de quo ego in epistola mea præfixa Commentario in rubr. de ope. no. nunc.

Glos. uerb. Constitui. Quorum nomina &c. } Scot. De hac disputatione cõmemorata hic per gloss. vide Neuiz. in syl. nupt. fol. 70. col. 4. in antiq. post Campanum, & Igneum, dicentes eam esse fabulam: & Budæ. in annot. & habes per Stephanum Forcatulum, vt in indice disputationum Ziletti. Glos. sequitur Marãt. in Spec. aur. 3. par. prin. sub nu. 20.

Vers. Datumque est eis ius eo anno in ciuitate summum. } Scot. Ecce hic summum ius, idest suprema potestas; aliter quàm ibi, summum ius, summa malicia est. De quo Budæ. sup. l. 1. de iust. & iur. in annot. in Pandectas, & inf. §. exactis.

Vers. Alias duas eisdem tabulis adiecerunt. } Scot. Hoc supplementum duarum tabularum habitum est a Faliscis, autore Seruio Leand. Alber. in Faliscis.

Vers. Hermodorum &c. quidam retulerunt. } Scot. Vide Strabo. li. 14. Plin. li. pen. Franc. Baldu. in præfatio. Comment. in leges duodecim tabu.

§. *His legibus. uer. Capit (ut naturaliter &c.) ut interpretatio desideraret &c.* } Scot. Nam interpretatio est res naturalis, vt Bar. per hunc textum, in l. omnes populi. supra tit. 1. facit inf. ead. l. §. post deinde. Vide glo. sup. uerb. interpretarentur.

Vers. Ne populus, ut uellet &c. } Scot. Rationem adducit Cic. in orat. pro Aul. Cecin. vt Iurisconsulti omnib. in rebus interessent.

§. *Postea uers. Cn. Flauius scriba.* } Scot. Vide Cic. pro L. Murena; & lib. 6. epist. ad Attic. epist. 1. & in fragm. Rober. Stepha. post philosophica Ciceronis & Valer. lib. 2. c. 1. De Cn. Flauio vulgante ius ciuile.

§. *Deinde cum esset. uers. L. Hortensia.* } Scot. Vide Conna. lib. 1. ubi mauult Horatia.

Glos. uerb. se cederet in montem &c. } Scot. Offundit tenebras homo iste.

Glos. uerb. difficilius. not. uniuersitatem &c. §. animaduertendũ } Scot. & l. de curio fortunã. uers. ult. C. de decur. li. 11.

Glos. uerb. abdicarent. immo &c. uers. sed hic facit &c. } Scot. de quo vide c. 1. de renun. in 6. ubi gl.

§. *Iisdem. uers. Dicti Tribuni, quòd olim &c. uel quia &c.* } Scot. Non inconuenit plures etymologias vnius vocis afferre; facit l. 1. ff. de furt.

§. *Deinde cum ærarium uers. Hique appellabantur quæstores parricidij, quorum &c.* } Scot. Alc. in tres li. C. vel in Prætermiss. videtur legere Quæstores parrici.

§. *Deinde cum esset necessarius. uers. cis Tyberim, & ultrà Tiberim.* } Scot. Panui. in ciuitate Rom. legit vls, non vltrà.

Vers. Animaduertisset Ap. Claudium. } Scot. Ap. Claudius ius dixit contrà legem suam.

Glos. uerb. professum, qui regeret &c. } Scot. vt inf. §. post hos fuit.

§. *Iuris ciuilis. Vers. Sententiam tulit.* } Scot. not. quia de Senatore cõsueuit dici, sñiam dixit, de iudice tulit.

Vers. Idem App. Claudius usu, qui uidetur ab hoc, } Scot. ita enim legendum (*processisse, r, literam inuenit* Sco. not. singularem hominem, literæ, & vsus autorem) *vt pro Valerijs* &c. (Scot. Quintil. lib. 1. capitul. 5.) *pro Papysijs, Papyrijs,*) Scot. Cice. in episto. ad Papyrium Pætum. vnde Thyrrenia regio anteà fuerat dicta Thyrsenia, teste Annio in historijs. antiqui enim loco, r, utebantur s, refert Leand. Alber. in descriptione Italiæ. Sic ansa dicta est, quæ nunc ara, Macrob. lib. 3. ca. 11. Saturnal. De literis s, & r, vide Athenæum lib. 11. Dipnosoph. c. 41.

Vers. Sempronius, quem populus Romanus &c. } Scotus. Hic Sempronius repudiauit vxorem, quòd inscio se spectaculis interfuisset, vt per Canciunc. in Top. legal. ca. 56. quæ causa fuit legitima l. consensu, C. de repud.

Glos. uerb. Sophon. idest Sapientem &c. non tamen est idem nomen. } Scot. Sic Valentia, Roma. Solin. in princ. Cyrillus, Signorellus, Hispanicum nomen. vide quod addidi infrà l. 2. ff. de liber. & posthum. vide gloss. capitu. multi, de consecration. distinctione quarta.

Vers. Caius Scipio Nasica. } Scot. Hic diem certas discre uit in horas. Siquidem antè illum vix vesper erat disiunctus ab ortu: vt Sabell. cecinit. Spiege. verb. horas pro diebus &c.

Vers. Q. Fabius. } Scot. Sic enim meus liber habet. de hoc vide Gell. in Noctibus Atticis. Cic. 1. Offic. meminit Q. Fabij Labeonis, & Valer. Max. bis, vide L. Florum li. 2. c. 6. epitom. Gesto. Roma. Sabellicum tom. 1. pag. 675.

Vers. Sed plurimi filij eius. } Scot. Cuius mentionem facit Iurisconsultus in l. 3. §. Cato. inf. de verb. oblig. Hac de re diffusius agit Gell. quodã loco in Noct. Attic. lib. 13. c. 18.

Glos. plus eloquentia. Sic, Rolandus pedis vacca &c. } Scot. Viuianus sup. in casu l. taxat hoc nomine responsa Pauli. Sed puto, quòd voluerit dicere de libris Antipatri: & malè, quia Antipater taxatur, vt qui dederit plus operæ eloquentiæ quàm scientiæ iuris: cum scripserit historias, non etiam ius ciuile tractauerit. Vndè non potest dici, quòd libri eius plus habeant eloquentiæ, quàm scientiæ iuris, cum nihil habeant de scientia iuris: & si vult dicere Viuianus plus eloquentiæ, quàm scientiæ absolutè, non rectè loquitur, quia hoc modo oporteret quòd Antipater scripsisset de iure, vel de alia materia magis eloquenter, quàm scienter, quod hic non dicitur: nec enim dicitur hìc, eum ius aut historias magis eloquenter, quàm scienter tractasse, sed tãtùm plus eloquentiæ, quàm scientiæ iuris operam dedisse, quamuis esset Iurisconsultus. Vndè notabis, quosdam principali studio relicto, alia potius sequi. Hunc iuris valdè peritum fuisse testatur Cicero de Clar. Orato. vbi scriptorem luculentum fuisse eum dicit, faciens ipsum oratorem. Qui tamen Cicero secum pugnans, huic detrahit in libris de Oratore, vt dixi tom. 1. Respon. lib. 4. respons. 4. in prin. Huius meminit Plin.

§. *Post hos fuit. uers. Attilius.* } Scot. suspicor eum esse qui apud Cicer. in Lælio, seu de amicitia scribitur L. Acilius.

§. *Post hos Q. Mutius P. filius.* } Scot. Cicer. de Clar. Orat. ego autem (inquit) iuris ciuilis studio, multùm operæ dabam Q. Scæuolæ P. filio: qui quanquam nemini ad docendum se dabat, tamen consulentibus respondendo, studiosos audiendo docebat.

§. *Seruius. Vers. Namque eum dixisse, turpe esse &c.* } Scot. Cic. pro Cluentio, Qui eas leges ad quas adhibentur, & in quibus versantur, nosse debere &c.

Vers. A Balbo Lucilio, &c. Gallo Aquilio. } Scot. Meminit Cic. in Bruto, & appellat L. Lucilium Balbum, & C. Aquilium Gallum, & ita in Offic. C. Aquiliũ Gallum, vt mirum sit, inuerti hęc a Iurisc̃õsulto hìc, & in l. Gallus. inf. de liber. & posth. & alibi non semel. Balbi meminit idem Cicero, etiam li. epist. 6. epist. ad Leptam. Alciat. in l. merc is 2. ff. de verbo. sign. tamen suprascripta inuersio fit etiam in verb. Labeo Antistius. & infr. §. post hunc. ibi, Antistius Labeo. Fit et apud Cic. sæpè, & Cæsarem, & alios.

Vers. Ad edictum subscriptos. } Scot. Nota textum præponi debere, deinde supponi Commentarium.

§. *Fuit eodem tempore & Trebatius.* } Scot. Hic Testa appellatus est, teste in epistolis ad eum Cic.

Vers. Fuit Aulus Casellius. } Scot. Hunc laudat Hora. in Art. Poet. Nescit quantùm Cascellius Aulus. Hunc credidit Cotta (hunc reprehendere cõperio Rutilium) in tract. de Iurisp. quem prædiatorem facit Cicero in oratione pro L. Cornelio Balbo: ad quem, & ad Furium reijciebat consultores Quint. Scæuola, cum de iure prædiatorio consuleretur. Legit autem Cotta Prætorio. Quod eum induxit in errorem, tanquam ille esset consultus iuris Prætorij. Quamquam nec tempora patiuntur hanc cõfusionem. Præterea hic scribitur per s, c, ille Cic. per geminum ss, apud Cottam per simplicem, & per geminum ll, hic autem apud Horat. per vnum l, in Pandectis autem per duplex. Dum autem Cotta dicit Furij extare pauciora responsa, dic quòd immo nulla, quia fuit prædiator, non Iurisconsultus: P. autem Furius Anthinus alius fuit.

Vers. Q. Mutium nepotem. } Scot. Nota quanti Q. Mutius fecerit Volusium præceptorem, in cuius honorem P. Mutium eius nepotem testamento reliquit hæredem.

Vers. Cum Augustus illi etiam Consulatum &c. } Scot. Malè Cotta hoc de consulatu dictum, tanquam dictũ de Tribunatu, refert ad Trebatium.

Vers. Trebatius peritior &c. Cascellius Trebatio &c. Ofilius utroque &c. } Scot. Facit Columel. lib. 9. cap. 2. Fuit autem Trebatius maximæ autoritatis tempore Augusti, Inst. de codic. in prin.

§. *Post hos. uers. Sermone tamen antiquo uersus &c.* } Scot. Facit Alciat. tom. respon. 3. li. 8. respon. 95. in fi. ibi, nec sermo veterum &c.

Gloss. uerb. sex mensibus, Indè libri &c. } Scot. Vide glo. l. pactum inf. de pact.

§. *Post hunc. Ateius Capito.* } Scot. De hoc Tacitus, & Dion.

Vers. In ijs qua ei tradita, &c. } Scot. Facit Galen. lib. 6. de composit. pharmac. sec. loc.

Vers. Plurima nouare instituit. } Scot. Notat hinc Zas. hic non semper attendendam esse communem sententiam: contrà quam iudex potest ferre sententiam. Abb. c. finem litibus. colu. 8. seu sub num. 23. de dol. & contuma. Vndecia m in l. Pomponius. §. quæsitum, ff. de acquir. possess. receditur ab opinione cõmuni, ex argumenti seu rationis subtilitate maiore. Vide l. 1. col. 2. uersi. cum possit verius. C. de veter. iur. enucl. ubi addidi Soci. iun. consi. 8. sub num. 16. 4. uolum. ponderat L. Plautius. ff. ad leg. Falcid. q. relinquenda sit communis opinio, ob non communem veriorem. Pontifex in Clemen. 2. de iu. patro. statuit, secundum opinionem paucionum, vt apparet ex glo. ibi, Textus est in l. ulti. ff. de iur. fisc. vbi fertur sententia secundum nouam opinionem. in l. quod. dicitur, ff. de impẽs. approbatur equior sententia contra communem.

Vers. Masurius Sabinus. } Scot. Huius rubricam Persius nominati. scr. pta. Cuius rei cãm ibi videre est. Hoc aũt excepto, cum ait, Excepto si quid Masuri rubrica vetauit. Hinc apparet melius scribi per simplex s, quàm per duplex. De rubrica verò vide Victorium in Cato. Varro. & alios. Hic Masurius, in argumento totius operis Athenæi, dicitur legum interpres, qui non leuiter omnes disciplinas attigerat. ipse Athenæ. lib. 3. c. 1. appellat eum optimum in quouis negotio.

Vers.

Vers. Qui illos consuluerant. } Scot. Sic ad oratores olim clientes. Cic. lib. 1. de orato. Iudices etiam consulebant Iureconsultos, vt habes expressum in l. 3. §. 1. ff. de mino. & in l. an manumittere. ff. de manumi. vindic.

Vers. Constituit ut ex autoritate eius. } Scot. Sic hodie non fungitur muneribus iurisperiti, nisi doctor effectus.

Vers. Hoc non peti, sed praestari solere. } Scot. Allusit Hadrianus ad institutum antè tempora Augusti.

Vers. Plurimum a suis auditoribus &c. } Scot. Arg. quòd scholastici diuites alere debent pauperculum praeceptorem, & è contrario pauperes discipulos diues magister. Vide add. ad Dyn. in c. imputari. in fi. add. mag. vbi hoc vltimum tenet Inn. & Rom. ibi allegati, add. ad Alex. l. generaliter, col. 2. lit. a. inf. de in ius vocan.

Vers. Cassius Longinus natus ex filia &c. } Scot. Aggenus Vrbicus; Caius (inquit) Cassius Longinus vir prudentissimus, iuris autor, hoc statuit, vt quicquid aqua lambendo abstulerit, id possessor amittat. Refert Hotoman. in Comment. verb. iur. Fuit Cassius Longinus proconsul Asiae tempore Caligulae, quem ille occidendum delegauerat.

Vers. fuit & alius Longinus &c. } Scot. de quo Plin. lib. 7. epist. 24. epist. considera tamen de vtro agat Plinius, dum meminit Cassianae scholae principis, & parentis.

Vers. Pegasus, qui temporibus &c. } Scot. Iuuenalis summè commendat hunc Pegasum.

Vers. Celsus pater, patri Celso &c. } Scot. Polit. in epist. meminit vnius tantùm Celsi, quem appellat Iulium Celsum. Iubentius, aliàs Iuuentius Celsus Consul fuit, l. item veniunt. §. pridie, ff. de petit. haered.

DE LEGIBVS ET SENATVSCONS. & lon. consuet. Tit. 3.

Ad l. 1.

Lex est. } Scot. vide Gelli. lib. 10. cap. 20. Definitiones multas legis vide apud Bald. de pace Constant. & omnino Alfons. Castrens. lib. 1. c. 1. & 2. de poenal. leg.

Vers. Praeceptum. } Scot. 1. doctrina. Spieg. in lex. i. uerb. legis officium.

Vers. Communis reipublicae sponsio. } Scot. Lex est anima ciuitatis. Vide Stobe. sermo. 43. De laude legis Suid. verb. consuetud. lit. c. legem appellat M. Tullius mutum magistratum, sicut & libros mutos magistros, & magistratum legem loquentem. Sic Plutarchus appellat poesim, picturam loquentem, & picturam mutam poesim.

Ad l. 2.

Vers. Lex est. } Scot. Vide etiam definitionem Theonis Sophistae in Progymnasmatis.

Vers. Omnis lex est inuentio &c. } Scot. Vide Tiraq. tract. de Retract. consang. in praefat. sub nu. 11.

Vers. Summus Stoicae sapientiae &c. } Scot. Vide Senec. de benefici. de Chrysippo, & post Lexicon graeco latinum. pagin. 788.

Ad l. iura constitui. 3.

Add. Gloss. Tradit &c. Paulus. } Scot. Quem vide hic quaedam pulchra dicentem: & adde text. nos. allegatis hic, per Paulum, in l. fina. in fine. C. de Constitut. lib. 12. & infra d. l. quoniam. 6. allegatum. adde Deci. in l. ea quae rarò. ff. de regu. iur.

Ad l. ex iis quae. 4.

Gloss. verb. ex iis. pone exemplum in Lazaro qui debuit &c. } Not. Doctoratus non erit iterum doctor mortuus si resurgat. Afin. in l. scriptus haeres. ff. de religios. Vide Matth. c. 22. Marc. c. 12. cum simil. gl. & Dec. in d. l. ea quae rarò.

Ad l. nam ad ea &c. quae per rarò. 5.

Add. margin. aide Alciat. lib. Dispunct. &c. } Scot. Et lib. Parerg. 1. c. 7.

Ad l. quoniam vt ait. 6.

Vers. Quae semel, aut bis accidunt &c. } Scot. Insl. antiqui, Si pars haered. peta. Ar. sto. lib. 3. de animal. Quod admodùm rarò contingit, parum id obseruādum censeo. Paraemigraphus Prouerb. Venia primùm experienti, ponit graeca Theophrasti. Vide Caelium Calcagn. in oratio. Semel victimum est ad ferè nunquam, Ascon. Tiraq. de leg. connub. l. 6. gl. 1. par. 6. sub nu. 30. vide l. fi. C. de Consulib. lib. 12. sup. ad l. iura constitui allegatam, vbi prouidetur casui rarissimo ne lex improuida videatur.

Ad l. neque leges. 10.

Glo. scribi possunt. propter humani &c. §. *sed quia.* } Scot. Vbi videtur, quòd si desit ius, Imperator possit etiā per argumenta procedere, contra legem, Non possunt, vers. is qui inf. eo. ad has leges facit Cic. lib. 2. de Inuent. neminem, dicens, posse omnes res per scripturam amplecti, sed eum commodissimè scribere, qui curet, vt quaedam ex quibusdam intelligamur.

Ad l. scire leges. 17.

Vers. sed uim. } Scot. Cicero lib. 2. de Inuentio. Postea, quid sit lex, describere, vt ea videatur in sententijs, non in verbis consistere: & iudex is videatur legi obtemperare, qui sententiam eius, non qui scripturam sequatur. Vide Alciat. lib. 1. Parerg. capit. 28. & c. 34. vbi de vi multa: non tamen allegat hunc locum, qui aliter exponendus, quàm ea omnia quae ex legibus adduxit: & declarandus secundum primam significationem, quam Sallustij, & Vergilij loca apud eum accipere: vt haec duo pro eodem sint. Non enim possumus hic accipere, vim, pro iure, vt l. 1. de iustit. & Instit. de iure. §. 1. non pro effectu temporali, vt l. 1. de statulib. non pro vero effectu, vt l. qui decem. §. stichum, de solutio. vbi Accurs. vi ipsa, idest, ipso iure.

Ad l. non omnium, 20.

Vers. Ratio reddi. } Scot. Non magis mirum videri debet verum quarundam afferri, quàm non omnium reddi posse rationem. Vide Cael. Calcagn. libr. pisto. 1. Aristo. lib. 1. Metaphys. reprehendit quaerentes rationem omnium: cum in multis credendum sit primis inuentoribus, seu autoribus.

Gloss. non omnium. Quidam dicunt &c. vt ibi etiam debet &c. } Scot. contradicit in l. si prius, ff. de ope. noui nunc. arg. l. si cum exceptione. §. 3. cum glo. Quod mo. cau. Ioan. Olde. lib. de vsucapio. & praescript. sub rubr. de testa. loquens de l. haereditatum. ff. ad l. Falcid. & si volueris, (inquit) exemplum, in quo non oporteat ad normam (vt sic dixerim) mathematicam exigere rationem, quare fit statuum sic, ecce

inter

inter alia hoc vnum est appositissimum, ad l. non omnium. ff. de legib. Et ferè tota præscriptionum materia potest in eiusmodi exemplum trahi.

Ad l. Et ideo 21.

Versic. Subuertuntur. } Scot. Facit Duaren. lib. 2. Disputationum, vbi quod a legislatore non est exigenda ratio, tanque à mathematico, necessaria.

Ad l. minimè sunt mutanda. 23.

Vers. interpretationem certam. } Scot. Baldus in l. ex hoc iure, col. 2. sup. de iust. & iur. dicit, quòd interpretatio præscripta est textus legis. Neuiz. cons. 66. sub num. 22.

Ad l. in ciuile est. 24.

Vers. Aliqua particula. } Scot. c. cū adeò, ubi Abb. no. 2. de rescr. Exemplum pulchrum contrà nō expectātem finem fabulæ, legito de Cresphonte quodam Baldu. in c. 25. l. 12. tab. vide etiam Lactantium in proœ. li. 5. diuina. Inst. contra hanc l. peccauit Bar. ut per Ias. in l. scire debemus. in princ. sub nu. 12. ff. de verb. obl.

Ad l. non est nouum. 26.

Glos. l. non est nouum, ibi, ut determinentur. i. limitentur. Paul. } Scot. Et Bar. dixit duas determinationes, idest limitationes. l. 1. §. non solum. circ. med. ff. de bon. poss. sec. tab.

Ad l. sed & posteriores. 28.

Vers. Posteriores. } Scot. Vide glo. §. & licet. in Auth. de testi. quæ intelligit, quòd leges veteres determinant nouas.

Ad l. fraus enim. 30.

Vers. quod fieri noluit; fieri autem &c. } Scot. Differunt, nolle & vetare. Videndus est Budæus hic; vide & Alc. lib. 1. Parerg. c. 7.

Ad l. Princeps. 31.

Vers. Augusta autem. } Scot. Facit Hester. c. 15.

Ad l. de quibus. 32.

§. hæres. alids, eius hæres. summar. Barth. onus de aliquo adoptādo, & fideicommissum in defectum adoptionis iniunctum non tenet. } Scot. Mihi non placet hoc summar. Bartho. Neque enim exhæredatio, uel perditio legati est fideicommissum, de quo rogatur hæres, vel legatarius, sed ipsa adoptio. Quod ostendunt verba text. respondi fideicommissum quo quis rogatur, vt adoptet &c. quod fideicommissum non valere cum subijcitur, consequenter intelligimus cessare exhæreditionem vel legati petitionem. Debet ergò summari, fideicommissum de aliquo adoptando nō ualere: nec adiecta in defectum adoptionis pœna committitur. Vnde verba, an ei qui &c. actio quædam ex fideicommisso &c. intelligūtur, vt adoptatur: non autem ad hæreditatem, uel legatum, quæ, quodue aufertur. quæ uel quod applicatur non huic non adoptato: sed vel cohæredi, vel legatario, vel substituto, secundum Auth. hoc amplius. C. de fideicom.

Glo. un. uers. uel dic, quod uocat &c. idest, rogauit. } Scot. Lege, idest, quo rogauit &c. uers. nec ibi.) Sco. vbi gl. in 2. solutione.

§. Sceuola secundum summar. Barth. in ultimis uoluntatibus moriendo &c. } Scot. Hoc summar. est falsum, & contra l. 4. supra, loca. uide in apostil. seq.

Vers. cum uolet. add. marg. Facit iste text. ad hoc &c. } Scot. de quo vide latius in l. 1. supra, tit. 1. per Alex. post Imo. contra Bartho. cum moriens non possit uelle moriendo, per text. in l. 4. sup. loca. Et ideo melius est locutus secundum eos Bart. d. l. centesimis. §. fin. col. 2. num. 3.

Ad l. ea tamen adiectio. 46.

Scot. vide Galen. de bona habitudine, qui dicit sic: iudicium absoluto sermone vocamus, habens omnes iudiciorū naturas, alia cum appositione noīs.

Ad l. item legato. 49.

Glo. uerb. puellæque deseruiunt &c. uers. comatas, quia comas &c. uel comatus, idest, ornatus &c. } Scot. Imò cosmetas, idest, ornatiores, ut infra, l. legatis. §. ornatricib. vbi glos. verb. ornatricibus.

Ad l. cum filiosam. 50.

Vers. cum iustæ ætatis sit factus. } Scot. l. ait diuus. infra, de iur. fisc.

Ad l. liberorum. 52.

Vers. siue in charta, siue in membrana &c. } Scot. vide in fragm. uete. poeta. pag. 412. ex Isidoro. lib. 6. c. 12. & ex Cinna.

§. Si cui cautum. uers. ut putà, cum haberet Homerum totum in uno uolumine, ad quadraginta octo libros computamus, sed uniuersum Homeri uolumen &c. } Scot. Pisistratus diuisit in libros corpus Homericum, Cic. de orator.

§. chartis legatis. uers. in dactylotheca &c. } Scot. Calep. sub uerbo, dactylio. legit, dactyliothecam. Considera bibliothecam: de qua hic. Pandectæ Florentinæ, & Haloandrinæ habent, dactyliothecam Lexicon Græcum habet dactyliothecam, vt hæ Pandectæ Fradineæ.

Glos. uerb. ut lectum. hic ponitur in neutro genere &c. } Scot. ab Vlpiano, & a Paulo in l. etsi non sunt. ff. de aur. & arg. lega.

Glos. uerb. fulcra, idest, ornamenta lecti, secundum Hug. } Scot. Idem Alber. in Dictionario, uerb. lectis legatis. Tu dic quòd imò est lecteria, sic enim vulgus appellat. vide infra, l. hæres meus. in fi. Vergil. 6. Lucent. genialibus altis, Aurea fulcra thoris Propert. Nec mihi tum fulcro sternatur lectus eburno.

Bad. glos. uers. sed & de meis. } Scot. Ibi legitur ex: in Pandectis Florentinis non habetur nec, de, nec ex.

Ad l. ligni appellatione. 55.

Vers. deiectæ autem arbores ligno: um appellatione continebuntur. } Scot. Non igitur stantes, ut hic in glo. & l. penul. supra, pro soc. l. arbor. ff. de commu. diuid. Hebræi tamen appellant arbores lignum. Gen. ca. 2. ubi August. Eugub.

§. idem libro. uers. superamenta materiarum. } Scot. vide Cōnan. lib. 2. c. 1. sub. 7. commen. de iur. ciu. ubi de §. si fundum, hic alleg. per glos.

§. lignorum appellatione &c. uers. & barbula quadam &c. } Sco. vide Arist. de mirabilib. auscultat. Arabes vtū tur aromatibus, cinnamomo, casia, & cæteris pro ligno, seu combustibili materia. Strabon. lib. 16.

Vers. editur bouum. } Sco. ut in Phrisia occidentali, ubi habent & terram quam comburunt: quam turfā appellāt. vide Ludo. Guicciard. in libris Germ. infer. ubi idem de Holandia, & de Silādia, in qua & bitumen velut, cōburitur. In Hannonia vulgò Hainault lapides nigros, quos appellant carbones, & in Namorra, & in territorio Leodij, vulgò Liege: ubi sunt meliores. Guicciard. vbi supra, ex quo lapide reddit calor potētissimus, sicut Leodicēses iactāt, se hēre tria excellentia, panem pane meliorē ferrū ferro durius, ignē igne calidiorē. Neuri vtunt o fibus.

bus. Pomp. Mela. lib. 2. c. 1. in fin. Scotia utiē carbone nigro, quem è terra effodiunt. Theatrum, orbis terrarum verb. Scotia, lapideis carbonibus inquit Leslæus in Scotica historia.

Verſ. & alia ligna cocta &c. Scot. Qualia acapna, de quibus extant apophtegmata duo. lib. 8. apophtegmatum, primo collectorum. Vide Galen. libro septimo. de compoſ. pharm. ſecund. locos. Martial. in xenijs.

Verſ. ad faces quoque parata, non erunt &c. Scot. Multò magis non erunt ligna alumine delibuta: quæ nequeunt incendi. Gell. lib. 15. c. 1.

Ad l. Seruius respondit. 57.

Summar. Barth. Cui eſt legata materia, non eſt legatum materiatum. Scot. Niſi queat reuerti ad materiam, ut aureum uas, argenteum que. l. quæſitum. §. illud. infra, eodem.

Ad l. cum quæreretur. 60.

§. lana. uerſ. habiturus uſui ipſe &c. add. marg. V ſioni, inſcriptis noſtris exemplaribus omnibus. Scot. Sic infra. l. Quintus. §. ſi factum. de aur. & argen. legat. Sed illud aliter expono. Hic planè ſi legas vſioni, oportebit exponere, ideſt vſui.

Ad l. legatis. 65.

Gloſ. §. 1. uerb. officium quod non &c. uerſ. & idem eſt ut mutetur &c. Scot. Facit glo. infra, uerb. factus eſt. nam non per hoc &c. uerſ. ſed quid n &c.

Gloſ. uerb. factus eſt, nam non &c. Scot. Facit glo. ſupra, verb. officium, quod non &c. uerſ. & idem eſt, ut mutetur &c.

§. ſi unus. uerſ. cui legata ſunt, in quo artificio plerumque uerſabatur. Scot. Aliàs legitur, qui legatus eſt artificio: in quo &c.

§. ornatricibus legatis. Scot. Sueton. in Claudio. Hæc, inquit, matris meæ liberta, & ornatrix fuit. Ouid. Amo. 1. Ornatrix toto corpore ſemper erat.

Ad l. auibus. 66.

Gloſ. uerb. phaſianarij, ideſt, ſerui &c. uerſ. ult. Scot. Ridiculum.

Ad l. ſi cui lana. 7.

Scot. add. marg. & ſic indefinita non æquipollet &c. Scot. vide omnino Dyn. in rubr. de reg. iur. in 6. uerſ. circa ſecundum.

Ad l. quæſitum. 78.

Scot. Hic apertus eſt ſolecismus, niſi legatur, deberet.

Verſ. non quod. Scot. Pro non ut.

§. Coccum. Scot. vide Alcia. lib. 2. c. 1. Parerg. ubi multa de coloribus.

§. cum uir. Scot. Paulus aduocatus cecidit cauſa. Vide ſupra, l. lecta. ſi cert. pet.

Ad l. ſi chorus. 79.

§. 1. uerſ. ſæpe audiſſe ſe ruſticos ſenes &c. Scot. Facit Golumel. lib. 1. c. 10. uerſ. ueteres itaque ruſticos &c. & uerſ. priſcis autem.

Ad l. quod his. 83.

§. 1. uerſ. qui extremò mortuus eſt. Scot. Nota extremò aduerbium.

Ad l. ſi mihi Mæuia. 92.

Verſ. tabularium eſt. Scot. Tabularium, ſcrinium, depoſitorium, armarium, quo clauduntur inſtrumenta, tum publica, tum priuata. Verg. poſuit pro archio, vulgò archiuio, lib. 2. Georg. aut populi tabularia vidit. Dicitur a tabulis. i. litis omnib. inſtrumentis.

Verb. non uideri teſtatorem de pecunia numerata &c. Scot. Ratione huius vide per Iaſ. in l. ſingularia. nu. 28. ſi cert. peta. ubi facit hunc text. ſingul. Reprobat Dec. ibi ſub nu. 21.

Ad l. Lucius Titius. 93.

Verſ. cum hoc nudum præceptum eſſet. Scot. Si præceptum non fuiſſet nudum, valuiſſet prohibitio: ita ue tit ū in perſonam conceptum, hæredem prohibiti cōprehendit. Paul. Caſtrenſ. poſt Rayner. in l. filiusfamil. §. diui 2. ſupra, titul. 2. colum. 2. num. 9. ſecus ſi proprio nomine hæredem grauauerit. Barth. in §. ſequent.

Ad l. Offidius. aliàs Oſſidius. 97.

Scot. Haloander in præfatio. C. legit Oſidius: & ita emendat in codicibus ſuis.

Verſ. Imperator interrogauit partem legatarij, quærendi cauſa. Pone inquit, in condito centum aureos eſſe. Scot. Haloander ubi ſupra, legit centies (habeur centiens, & malè) aureorum, exponens hanc ſcripturam, ideſt centena millia aureorum. Et nota, quòd ex d. verbo (pone) quidā conijciunt inductas fuiſſe poſitiones. Vide Barthol. in l. ſecunda. §. quod obſeruari. C. de iura. propt. calumn. Sic loquitur etiam Terentius in Phormione act. 4. ſce. 3. pone eſſe uictum eum: at tandem tamen non capitis eius res agitur. ſed pecuniæ. Pone, inquit ibi ſcholiaſtes in marg. Græci tithi, quod uel fac, uel finge dicunt.

Ad l. hæres meus. 100.

§. cui Corinthia &c. huic abaces &c. add. marg. ſunt qui baſes legendum &c. Scot. Vide Alciat. in l. ſtatuæ. ff. de verborum ſignificatio. & ibi Rebuff. qui intelligit de orbiculis, qui ſupponuntur buccalibus in menſa, vt in cænaculis, ſeu refectorijs phratriarum, & monacharum, ac cauponis, ne menſæ polluantur.

§. fin. uerb. teſtudineos pedibus in argentatos. Scot. ebore, atque teſtudine, in l. Labeo. infra, de ſuppell. lega. & dic lectos, ideſt, fulchra, ſeu lecterias, continentia pro contentis. Vide ſupra, eo. l. librorum. §. ſunt tamen quædam.

Ad l. his uerbis. 102.

§. pen. & quòd pro introitu erogari ſolet. Scot. Nota pro introitibus Collegiorum.

§. fin. & introitus militiæ. Scot. Not. id quòd ſoluitur pro introitu Collegij, eſſe Collegij.

Ad l. fin. §. fin.

Summar. Barth. quod operatur propoſitum &c. Scot. Barth. idem notat. in l. & ſi contra. ſupra, de vulga. & pupill. ſubſtitut.

Digeſtorum ſeu Pandectarum Liber Trigeſimus tertius.

DE ANNVIS LEGATIS, ET fideicom. Tit. 1.

Ad l. in ſingulos. 2.

Verſ. quemadmodum. Scot. Hic appellatur ſimile, quod plures habet diſſimilitudines, quàm ſimilitudines, ut per Viuia. in caſu l. cum tamen aliàs. hoc

hoc reprobetur, ut per Io. Picum in astrolog. lib. 6. cap. 6. ad fin. dixi in rubr. infra, de oper. nou. nunc. in princip.

Ad l. Seio. 10.

§. *libertis, uerb. acceptabat.* } Scot. Idest, solebat accipere. Seruat naturã suam, hoc est verbi frequẽtatiui.

Ad l. annua. 20.

Glos. §. Attia, uerb. hierophylaci. nomen est &c. vt sacerdos Ricardinæ delectabilis nostræ uillæ. } Scot. vide glo. in l. quę situm, ad fin. in glo. uerb. minutum. infra, de fund. instruct. vbi de Ricardina Paganella parte nominata dictæ Ricardinæ. De magno conflictu inter Ricardinam, & Mozzulariam, vel Mulinellum Leandr. Alber. in sua Ital. ch. 265. c. de Bo. Gall. tog. Emil.

Ad l. liberto. 21.

§. *filium.* } Scot. vide Alciat. in l. frugem. uerb. filiqua. de verb. signific.

Ad l. cum quidam. 23.

Verb. diuisionem dari &c. } Scot. vide autorem tabularum funeralium diuersarum gentium.

Vers. & die natalis suis. } Scot. Miror de hac locutione. Dicendum fuit die natali suo, nisi dicas die repręsentante diem natalem suum. Natalis enim non ponitur absolutè, sed subauditur dies. Vergi. meus est natalis Iola, subauditur, dies. Sed adhuc est inepta locutio, perinde ac si dictũ fuisset, die diei natalis sui.

Glos. uerb. natalis, idest, tali die, quali &c. uel dic quali &c. } Scot. vide Corset. singul. incipien. festum.

DE VSV, ET VSVFRVCT. lega. &c. Tit. 2.

Ad l. legatum ciuitati. 16.

Scot. vide Alciat. lib. 1. Parerg. c. 22. vbi de mastigonomis, de quibus in l. fin. ff. de muner. & honor. & de l. 1. C. de glad. lib. 11.

Vers. inquum esse, hanc quantitatem &c. } Scot. Dixit Bald. & ibi Castrens. in l. omnes qui, quòd relictũ pauperibus, potest conuerti in fabricam pauperis ecclesiæ: quia venit appellatione pauperis, per illum text.

Ad l. si alij fundum. 19.

Scot. vide limitationem huius l. per Cottam in Memorabil. uerb. fundus.

Ad l. qui fructus. 25.

Vers. imperitia lapsus. } Scot. Fuit imperitia, quia credidit vsumfructum causalem separatum esse à proprietate, sicut formalem.

Ad l. Sempronius Attalus. 26.

Vers. sed usufructus nondum est hæredis, nisi cum dominiũ &c. } Scot. Nota dominium rei legatæ in diem certum non transire a morte testatoris secundum regulã l. à Tirio. ff. de furt.

Glos. uerb. post, idest, quando &c. §. cum igitur. } Scot. Et hac l. uers. ac per hoc ad hæredem &c.

Ad l. generali. 32.

§. *Vsumfructum, uers. tributa præterea &c. aut mouentib. &c.* } Scot. Nota tributa per mouentibus, idest mobilib. & se mouentibus. l. mouentium. ff. de verb. signific. fuisse debita.

Ad l. Sempronio. 33.

Glos. §. 1. uerb. codicillis ita scripsit, scilicet, testatrix &c. } Scot. Et benè, quia sequitur uerb. ipsa.

Ad l. codicillis. 34.

Scot. vide Barth. hic, Alex. in l. hæredes mei. §. cum ita. col. antepe. infra, ad Trebell.

Vers. portio eius reliquis accrescat ita ut &c. } Scot. Hæc verba inducere substitutionem reciprocam ueteres intelligunt. Dyn. Rayn. Alber. hic Barth. autẽ ius accrescendi. Barth. hic, & d. §. cum ita. col. pen. oppos. ult. vide Alcia. d. §. cum ita. in 3. limita. substit. fidei com. illa autem uerba, Post cuius nouissimi decessum &c. fideicommissariam.

Ad l. vxori vsumfructum. 35.

Scot. Considera l. antiquitatem. C. de vsufruct.

Ad l. uxori meæ. 37.

Scot. Pro vsufructu calendarij, uide l. uxori vsumfructum. infra, eod. Nota quòd indefinita æquipollet vniuersali. Testator enim legat vsumfructum bonorum suorum, & Iurisconsultus respondet debere, omnium, scilicet bonorum vsumfructum.

Ad l. fundi Trebatiani. 38.

Vers. item quæro quo distet &c. } Scot. Faciunt ea quæ de teste non interrogando verum dicit Barth. in l. 1. col. 3. & ibi Doct. supra, si cer. peta. & ad hoc allegat Bald. l. solum. C. de testib.

Ad l. in fructu. 42.

Vers. cum olea immatura &c. } Scot. Cato, quàm acerbissima olea erit, tam oleum optimum erit. Adrianus Cardia. refert, de sermone latino, char. 89. sub uerb, quisque. Aliqui sic, Quæ acerbissima olea erit, & oleum faciet, tam oleum optimum erit, ut retuli ego To. 1. Respon. libr. 5. respon. 23. Oleum quàm acerbissima oliua, optimum fieri ait Plin. libro 15. cap. 6.

Ad l. fin. 43.

Scot. Hic quærunt Doct. an vsufructuarius omnium bonorum teneatur ad æs alienum. vide l. cum nõ solum. §. sin autem legata. ubi Bald. C. de bonis quæ libert.

DE. SERVITVT. LEGAT. Titul. 3.

Ad l. si is qui duas. 4.

Vers. si is qui duas. } Scot. Nota duas, pro binas.

DE DOTE PRAELEGAT. Titul. 4.

Glos. rubr. istud pra, nihil &c. } Scot. Idem tenet gl. in §. si quis uxori. Instit. de lega.

Ead. glos. uers. sicut cohæredi relictum &c. } Scot. l. Pomponius. supra, famil. ercisc.

Ad l. cum quis. 2.

§. *mulier dotem promisit quadringentorum, & dedit fundos in ducenta, & præterea nomina debitorum in ducenta.* } Scot. Nota dare fundos in ducenta, & nomina debitorum in ducenta.

Ad l. Theopompus. 14.

Scot. Alciat. nouo sensu. lib. 2. Parerg. c. 19. hanc l. accipit.

Glos. detur. Nota ex hac l. &c. } Scot. vide Alciat. d. lib. 2. cap. 20. & Dec. l. 2. §. mutui datio, lect. 1. in fin. supra, si cert. petat. non allegantem hanc glos. sed alia. Facit c. ex insinuatione, cum ibi not. de procur. adde glos. in c. ueniens. 1. de testib. quæ intelligit in hac l. hoc esse propter voluntatem testatoris. vide Bald. not. in l. cum proponebatur, col. 1. supra, de lega. 2.

DE OPTIO. VEL ELECTIONE lega. Tit. 5.

Ad l. si Pamphilo. 10.

Glo. ult. uers. & nota hic legatum optionis uel in genere esse conditionale, quoad optionem &c. } Scot. Impropriè. Barth. l. Mæuius. §. duobus, nu. 11. supra, de lega. 2.

Ad l. hominem. 18.

Glos. uerb. eligi posse imò aliud &c. uers. sed illud est conditionale &c. } Scot. Impropriè Barth. l. Mæuius. §. duobus. num. 11. de lega. 2. per text. in d. l. si optio, hic allegata, uerb. quodammodo, & per rationes suas vt ibi per eum.

Ad l. apud Aufidium. 20.

Vers. quin etiam res continuo eius fit, simulac dixerit eam se sumere. } Scot. Nota, quòd uendicat, vtram vult. l. planè. §. si ita Titio. supra, de lega. 1. in cuius tit. l. j. vide Doct.

DE VINO TRITICO, ET OLEO lega. Tit. 6.

Ad l. si cui uinum. 3.

§. 1. } Scot. vide Alciat. in l. uinaria, de uerb. signif.

Ad l. si quis uinum. 9.

Vers. acinaticum planè &c. } Scot. Malè alicubi legitur acinacium. Hotoman. in Commentar. uerbo. iur. hoc ipso verb. ubi ait de'huius conficiendi ratione. Vidend. Cassiod. lib. 12. varia. ad canonic. venet.

Ad l. vinum cum uasis. 15.

Scot. vide Alcia. l. vinaria, de uerbo. signifi.

DE INSTRVCTO VEL INSTRVM. lega. Tit. 7.

Ad l. quæsitum. 12.

Vers. item nonnullis uisum est &c. } Scot. Semen est instrumentum fundi. Ergò alienato fundo non debetur: nisi alienatus sit vsusfructus, non solum. Vide Barthol. l. fundo. 2. q. C. de uerbor. significatio. Vide l. cum de lanionis. §. item cum fundus. infra, eodem, l. fundi. in fin. cum legibus seqq. supra, de actio. emp. l. item si fundus. §. seminarios. supra, de vsufruct.

§. saltuarium. uerb. focariam. add. marg. forati à legit Blon. &c. } Scot. vide Calep. uerb. focaria. ubi addidi. infr. eo. l. si ita.

§. uxores quoque. uers. neque enim duram separationem &c. } Scot. vide exemplum apud Herod. lib. vlt. & apud Suetonium in Tiberio.

§. si domus. uers. itaque neque specularia &c. } Scot. vide Alcia. l. malum. §. fi. de verb. sign.

Glos. uerb. in hypæthris. aliàs &c. add. marg. de hypæthris pulchrè &c. } Scot. Alcia. l. malum. §. plumbum, de uerbo. signif.

§. Papinianus quoque libro &c. } Sco. vide Alc. l. pen. in fi. de verbor. signif.

§. specularia quoque. } Scot. vide Alc. d. l. malum. §. fin. de verb. signif.

Vers. cancellos quoque &c. } Scot. Intellige ligneos, qui vulgò zelotypiæ dicuntur. Nam de cancellis ferreis, qui dicuntur vulgò ferraræ, non intelligitur, quia hi affixi, sunt pars domus, vt supra, sicut & cancelli lignei fenestris infixi loco ferreorum in domunculis pauperum, maxime rusticorum.

§. Idem Celsus uers. qui ruri morati. } Scot. Frequentissimè dicitur ruri. Persius tamen propter uersum dixit, sic nostro rure loquuntur.

§. idem respondit domo &c. aquarij domi &c. } Scot. Hotoman. in Comment. uerb. iur. uerb. aquarij, accipit non pro custodibus aquæ, sed pro gerulis aquæ: sicut etiam Accursius. Alibi sunt venditores aquæ. Nam alicubi uenditur aqua, ut Romæ, Venetijs, Ferrariæ. vide infra, de alim. & cib. lega. l. 1.

Ad l. Tabernæ. 13.

Scot. vide Alciat. l. instructum. ff. de uerbor. significa. Summar. Barthol. Taberna nomen est loci, caupona &c. Scot. Et malè ut infra, l. 2. & hic duobus in locis, in quibus habetur cauponæ, legendum est cauponiæ, sicut etiam aliqui codices habent.

Ad l. si ita. 15.

Vers. domus uinis &c. } Scot. Infra, eo. l. cum de lanionis. §. penult.

Ad l. villæ. 16.

§. uinea &c. } Scot. Cornelij Balbi, quàm Seruij Sulpitij melior sententia. Nam puto hunc esse Q. Cornelium Balbum, de quo Cicer. in episto. ad diuersos libro sexto, septimo, & octauo. & Alciat. in l. mercis. 2. ff. de verborum significatio. Nam de quo agitur in l. secunda. §. post hos. & §. sequent. ff. de origin. iur. is fuit Lucilius; potest etiam fuisse Cornelius Max. de quo in d. l. secunda. paulò post fitmentio. Sed præstat intelligere de Cornelio Balbo, quem certum est fuisse synchronon Seruij Sulpitij, ex Cic.

Ad l. cum de lanionis. 18.

§. idem consultus. uers. est autem meta &c. } Scot. In his non consistit pignus iure Hæbraico. Deuter. c. 17. Grapal. lib. 2. Ego uerò, inquit, potius metam superiorem, catillum inferiorem dixerim.

Glos. uerb. femina. facit &c. } Scot. l. quæsitum, §. nonnullis. supra, eo.

§. in instrumento medici esse collyria, emplastra &c. } Scot. Medicus igitur est etiam chirurgus.

§. fin. uineisque, quæ &c. } Scot. Supra eo. d. l. si ita. §. 1.

Ad l. Seiæ. 20.

Glos. §. instructis, uerb grabatus. id est &c. } Scot. Vergil. in Moreto, Membra leuat sensim, uili demissa grabato.

Ad l. fundus qui. 24.

Vers. & hoc magis dicendum est. } Scot. Adhoc dictum, vide cumulata per Ias. in l. qui Romæ. §. duo fratres. q. 4. Bart. ff. de verb. oblig.

Ad l. prædia. 27.

§. ita legatum, uers. aggeres, & præla &c. } Scot. Considera an dici possint aggeres compactiones asserum, sicut dicuntur aggeres compactiones terrę, & murorum. Verg. terreno ex aggere bustum, & Agger murorum. Quicquid enim ex aggeratione, uel aggestura constat, videtur dici posse agger. Aliàs legitur asseres, quod placet, quia ex asserib. fiunt præla, quæ aliàs asses, aliàs axes, aliàs assamenta uocantur, inquit Bud. in annot. in l. fundi. ff. de act. emptio. ubi tamen asseres negat asses esse, vel axes, vel assamenta, idest, tabulas sectiles, sicut etiam Calep. in uerb. coassatio, seu coaxatio vbi citat Vitruuium. Sed tamen aliter loquitur Calep. in uerb. asseres. uerb. assis. verb. axis. Pro tabulis utitur ferè semper Natalis Comes in historijs.

Ad l. fin. 29.

Vers. etenim mediocritate &c. instrumentum autem &c. } Sco. Facit Galen. lib. de introd. columna vndecima, versicu. ubi est auctio manente specie, ibi duarum significationum præceprio non est. Tamen hic dicitur differre nauem, & scapham specie.

DE PENV LEGATA.

Titul. 9.

Ad l. 1.

Vers. Habebit igitur hæres &c } Scot. Limita vt per Bal. in l. sed etsi post tres, in lect. colũna quinta. Si quis cautioni. Iaso. & alij l. si insulam, columna 19. de verbo. oblig.

Vers. nisi fortè aliud tempus &c. } Scot. Hæc uerba vltrà Barth. & communiter alios, in d. l. si insulam. aliter intelligit ibi Ias. col. 8.

Vers. dubitari potest. Puto tamen &c. } Sco. Aduerte quòd hoc casu hæres dando penum, potest moram purgare, sicut & primo casu huius l. secundum Bart. in d. l. insulam. opp. 7. par. 1.

Ad l. qui penum. 3.

Vers. penu legata contineri quæ &c. } Scot. Est enim omne quo vescuntur homines, penus. Cice. libro secundo, de natu. Deo. cum loquitur de penatibus dijs.

Glos. uerb. ad logarium, idest, rationarium &c. add. marg. De logario pulchrè Pius Anto. &c. } Scot. Aduersaria, vel diurnum. Alcia. lib. 2. Parerg. c. 25.

Ad l. nam quod liquidæ. 4.

§. 1. uers. nomen autem penus &c. } Scot. Hic penus, & penus quartę declinationis, & hoc penus penoris, & penum peni, hoc penu. Lucil. Magna penus paruo consumpta peribit. Terent. omnem penum congerebam, clanculum. Plaut. Nisi annuus penus hic ab amatoribus congeratur, cras prostituam uos ò puellæ. Ald. in Instit. Grammat.

Ad l. non omne. 5.

Verb. Carcum. } Scot. Alciat. legit Carreum: & deriuat à Carris: quem reprehendit Hotoman. in Comment. uerb. iur. uerb. carcum. vbi dicit a Caria dictum: in qua laudatissimum nesci dicunt. Neque etiam cærcum, neque carynon hic legendum.

Ad l. instrumentum. 6.

Glos. uerb. concinnatoria, idest, deputata &c. } Scot. vide Hotoman. in d. comment. uerb. iur. uerb. coctiatoria. Et uide infra, de aur. & arg. lega. l. etsi non sunt. §. si cui.

DE SVPELLECTILI LEGATA.

Titul. 1.

Ad l. 2.

Vers. res mobiles non animales. } Scot. Idest non animatæ, seu inanimatæ, aut inanimæ.

Ad l. 3.

Verb. trapezophora. } Scot. Idest, sustinentes mensam tripodes. Alciat. in prętermiss. uerb. mensularius. Licet, inquit, alij nescio quid impertinens de amphora inculcent. Vide hic in addit. ubi allegatur Cæl. Rhodig.

Verb. toralia, mappa villosa: } Scot. Hæc duo uerba in codice Alciati erant, oralia impanaliosa. ipse legit bocalia, cuppæ, aleisa, a uerb. baucalium. De colo, & sacco niuario Martialis in Apophoretis. Vide Alc. lib. 8. c. 4. Parerg.

Ad l. Labeo. 7.

Vers. speciem potius rerum, quàm materiam &c. } Scot. Forma præualet materiæ. concord. l. mulieris. §. 1. infr. de uerb. signific. cum similib.

Vers. non enim ex opinionibus &c. } Scot. vide Io. Pic. in quæstio. suis. q. 1. in fi.

Vers. nomina, inquit. exaudiri &c. add. marg. hæc uerba ponuntur &c. } Scot. Præter alia facit quod dicitur in l. cogi. uers. quia plerique. Infra, ad Trebell.

Vers. quorsum sunt nomina, inquit, nisi &c. } Scot. Vror: habes animi nuncia uerba mei. Ouid. in epistol. Parid. ad Helen. Lucret. quoque, animi interpres manabat lingua cruore. Vide latè Apost. epist. 1. ad Corinth. c. 14.

Vers. nisi & eos fortè, qui loqui nõ possunt, conatu ipso, & sono quodam &c. } Sco. vide int. oper. Galen. de voce &c. col. 2. cõment. lib. 2 in libr. Hippoc. Quæ in medicat. fi. ubi de mutis, & indistinctè loquentib. & in libr. de Sophis. in uerb. contingentib. Sanè Bald. in in l. falsus. C. de furt. col. 8. credidit, tuba, cornu, & similib. rectè cõtrahi, per hunc text. uide Alex. qui sequitur in l. 1. in fi. col. pen. de uerb. oblig. vbi Vincẽt. impugnat. Vide Ias. d. l. in prin. col. pen. D. Hierony. in vita Pauli primi heremitæ de Hipocẽtauro. Nota illud Vergil. 4. Aeneid. sensit. n. simulata mente locutam, ubi tribuit menti simulatũ sermonem, quasi mente, non ore loquamur; sicut mens videt, non oculi. Vide Dioge. Laert. in uita Plato. ubi q Plato dicebat, vocẽ duplicẽ, vnã animatã, alteram inanimatã: animatã itẽ duplicem, alterã literatam, alteram illiteratam, literatam vt hominum, illiteratam, vt animalium. κωφὸς mutus, qui fari non potest, ἄφωνος, cui nulla omnino vox est. Otho Bruntesius in Lexic. Medicinali.

Ad l. fin. 13.

Vers. nisi specialiter id expressum sit. } Sco. Aliqua tñ cedũt. l. cum fundus sine instrumento, sup. de fund. instru.

Digestorum seu Pandectarum Liber Trigesimusquartus.

DE ALIM. ET CIB. LEGAT. Tit. 1.

Ad l. 1.

Vers. ubi uenundari aqua solet. } Scot. Aquarius qui vendit aquam, sicut tabernarius, qui vēdit vinum. Calep. verb. tabernarius, ex Cic. vide supr. de fun. in struct. l. quæsitum. §. idem respondit domo. ubi gl. & ego addidi.

Ad l. alio. 9.

Vers. Cai Sei. } Scot. Cai Memmi, ait Cic. citatus a Bud. lib. 4. Martialis lib. 9. & 10. Cai. tetigi lib. 2. epist. 34. epist.

Ad l. cum vnus. 10.

§. fin. uers. at que pro incrementis etatis. Nota inquit glo. quanto plus crescit puella, tanto plus in eam impendendum est. } Scot. vide l. alimenta. §. 1. infra, eod.

Ad l. is cui. 15.

Summar. Bartbol. damnatus in metallum, post restitutionem preteriti temporis, & futuri alimenta petere potest. } Scot. Hoc summar. non est bonum. Dic ergo, legatario annuorum alimentorum damnato in metallum, debentur alimenta, & ea rectè ipse capit: & restituto debentur in futurum.

Ad l. Mela. 16.

§. fin. uers. ubi aqua uenalis est. } Scot. vide supra, l. 1.

Vers. uel area tua ad frumenta, cetera que legumina. } Scot. No. tanquam frumentum sit legumen: incautè dictum, vt ab aliud agente.

Ad l. alimenta. 16.

§. libertis. &c. iuxta &c. add. marg. uide Alciat. &c. } Scot. Et l. Modestinus resp. ff. de verb. signif.

§. Basilice &c. Epistetum. } Scot. Fuit libertus, non ille summus philosophus.

§. Qui societatem. } Scot. Nota de societate omnium bonorum inter virum, & vxorem, per annos amplius quadraginta.

Ad l. diarijs. 21.

Glos. uerb. diarijs. alias diarijs &c. uers. alias est, uinarijs, idest, que sunt necessaria ad uitam. } Scot. Gloss. ridicula.

DE AVRO, ARGENTO &c. legato. Tit. 2.

Ad l. Plautius. 8.

Scot. vide Alcia. lib. 2. de uerb. sign.

Ad l. cum aurum. 19.

Vers. & scripsis, uascula non separaturum, licet ei &c. } Scot. Hunc textum allegat Roman. singul. 485. legat testator &cæte. ad limitationem tot. titul. de opt. leg.

§. peruenïamus, uers. ut obsidiani, Veientani. } Scot. Valla libro sexto, elegant. capitul. vltim. legit, vt Absiani, & Nouentani. Et ita alij libri habent. In emendationbus, Obsidiani & Veientani, vt hic.

Ad l. si ut habiliter. 20.

Scot. Quod verò ad habilitationem ponitur, accessio est.

Ad l. in argento potorio. 21.

Vers. uelut colum niuarium, & urceoli. } Scot. vide Martia. libro 14. de colo vinario, vbi etiam de sacco niuario, & de vrceolis ministratorijs, & urceo fictili, & nimbo vitreo, & lagena niuaria. Vide etiam Xenophontem lib. 2. de factis, & dictis Socratis.

Vers. Costum. } Scot. In aliquibus codicibus legebatur colum. Sed Hotoman. in comment. uerb. iur. uerb. Costum. dicit, se uenire in suspicionem, pro colum, reponendum esse costum.

Ad l. uestis an uestimenta. 23.

Verb. uestimenta stragula. } Scot. Alcia. mauult institoria. lib. 1. Parerg. c. 40.

Verb. amphitapa. add. marg. amphitape uestes &c. } Scot. Marin. Brixien. Alc. loco supra allegato.

Vers. quibus promiscud &c. } Scot. Vnde promiscua ea appellat Tacitus, in ... Spiegel. in Lexico, uerbo. pallia.

Vers. item pelles caprine &c. add. margin. In quibusdam exemplaris, totum hoc, item pelles &c. non habetur. } Scot. Et rectè: quia infr. l. arg. habet ex ipsomet Vlpiano.

Ad l. argumento. 25.

Vers. coactilia. add. marg. coactilia que dicantur &c. } Scot. vide Spieg. in lexico.

Verb. crinales. add. marg. Beroaldus (inquit &c.) } Scot. vide Spieg. in lexic.

Vers. & contra, est aliqua ex somno statim ornata, non tamen, commundata. } Scot. Hic text. ostendit hominem è somno se emendare debere.

Ad l. quamuis. 26.

Vers. anadesmata. add marg. anadesmata capitis &c. } Scot. Lucretius dixit, ana demata, abiecto s. lib. 4. & bene parta patrum fiunt anademata mitræ.

Ad l. Quintus. 27.

§. cui legatum, uers. siue id sua, siue alterius vsionis causa paratum esset. } Scot. Idest, siue testator esset usurus eo. per se, siue alteri fortè corpori esset annexurus, vel destinaturus. Vtimur aureo vase per se: emblemata verò poculis adglutinamus; aliqua uel auribus uel collo, vel indumentis mulieribus applicantur, vt in aures, monilia, claui: nonnulla dig tis inserimus, ut annulos; affigimus pileis, ut torulos, & si qua sunt alia. Vsionem accipe usiam, latinè substantiam. Claui tamen erant potius Senatorum, de quibus in Pandect. Budæus de Senato. possis appellare fibulas. Verg. Aurea purpuream subnectit fibula uestem. 4. Aeneid. si placet Accursij interpretatio, vsionis, idest usus, & abusionis, i. abusus. quem in significatum vtitur Africanus loco hic citato, dicas, siue paratum esset causa vsionis suæ, i. præcipuè, seu principalis, non relatiuæ ad aliud, seu accessoriæ, siue alterius rei, vel corporis: subaudi, non autem ut illud, alterius, apponatur uerbo, vsionis: cum oporteret, ut esset locus huic expositioni, Iureconsultum expressisse nomen alicuius vsionis certę, puta bibendi, sicque distributionem fecisse. Vsionem pro usu, dixit Cato de Re rustica Vide ibi annotationes Victorij.

Gl. uerb. usionis, i. vsus. sic supra, &c. } Scot. Alber. in dictio. verb. usio.

Glos. quod eius, scilicet testatoris &c. uers. & quod dicit Philippi, dicit nomen Imperatoris &c. } Sco. malè loquitur Accursius: intelligendū est. n. de Philippeis. i. nūmis per-

percussis a Philippo rege Macedoniæ, patre Alexandri Magni, quorum Philippeorum crebra mẽtio est Plauto. Nam Philippus Imperator fuit longè post Vlpianum.

§. *argento legato, non puto neutris causa habita scaphia &c.* } Sco. No. Scaphia argẽtea. M. Antonius, Triumuir vtebatur aureis schaphijs, & matulis, & Bassa apud Martialem. Rectè autem Vlpianus addidit, vtris causa: quia sunt & scaphia potoria, & alia. Calep. verb. scaphium.

Ad l. cum in testamento. 28.

Versi. quo ipse non temerè vteretur, sed commodare, ad ludos & cæteras apparationes &c. } Sco. simile in l. sed & si. §. & si vestimentorum &c. de vsufruct.

Ad l. pediculis. 32.

Versi. & cætera. } Scot. Not. & cætera, extensè.

§. *Labeo. uersi. sed non mutat substantiam rerum &c.* } Scot. ad de ea quæ habentur in margine ad l. fundus qui locatus, suprà de fund. instruct. & ea quæ dicit Ias. l. qui Romæ. §. duo fratres. 4. q. Barth. infrà, de uerb. obligat.

Ad l. Titia. 38.

§. *Sempronia Pia.* } Scot. vide Al. lib. 2. Parerg. c. 2 1. vbi de cóopertorijs Tabianis, & synthesi. Et opinatur synthesim esse, quam vulgò librãm dicimus: cũ caligæ, sagulum, diplois, indumentaque alia sunt vnicoloria: Inseritque legato pari caligarum; vnã ex pari hoc, alteram ex illo optari non posse, licet hic textus a Doctoribus aliter intelligatur. Tabiana coopertoria, dicta a Tabia Italiæ ciuitate, vt ibi per eũ. Hodie in Liguria habetur Tabia castellũ, patria Ioannis Dominicani theologi, cuius opus est summa Tablenia. An castellum quod dixi, fuerit ea ciuitas, videndum. Nam & Brixillum olim ciuitas, hodie castellum est.

§. *Seia. summar. Bart. in fauorem religionis in dubio &c.* } Scot. Immo etiam in religiosis censetur minus legatum; secundum tamen templi consuetudinem.

d. §. *Seia.* } Scot. Facit Valer. Max. lib. 1. vbi de Atheniensibus, & Phidia. Ad intellectum autem huius. §. vide Bald. Nouell. tractat. dot. par. 6. priuileg. 73. Dec. l. semper in obscuris, de reg. iur. Io. Hiero. Alban. consi. 3. & 39. Gammar. tract. de extensio. sub num. 50. & num. 51. Tiraq. tract. de priuil. piæ cau. priuileg. 25.

Ad l. fina. 40.

§. *fi. uersi. lineas duas ex margaritis. add. margin. linea hic sumitur &c.* } Scot. vulgus appellat filzam.

DE LIBERAT. LEGATA. Tit. 3.

Ad l. non solum. 7

§. *pen. uersi. qua dolo, uel fraude &c.* } Sco. vide Bald. & ibi Barbat. in add. in tit. de eo qui fi. sec. agna. in usib. feud. qui intelligit hic esse refutationem, vel quasi, alibi pactum. Ideò absenti &c.

Ad l. quod mihi. 22.

Vers. peti nolo. add. marg. Et ratio huius l. est: quia &c. } Sco. sed caue per l. legaui. inf. uers. & vtroque casu &c. iunc. verb. legaui.

Ad l. legaui. 25.

Glos. uerb. cotidiana. & ideo tractanda &c. } Scot. Facit tex. in l. fi. in prin. ibi, & semper in iudic. &c. necesse est &c. C. de bon. quæ liber. text. est optimus in l. 1. inf. de diuers. & tempor. & præscrip. ubi glo. allegat hunc text. pro concord. adde l. 1. vbi Bart. de suspect. tuto. l. 1. sup. ad exhib. l. iusto, hic allegatã per glo. allegat cum hac l. Vber. de Bob. in tracta. positionum, in prin. ubi tamen malè legitur circ. fi ff. de iud.

Ad l. Aurelius. 28.

Versi. singulis alimentorum nomine &c. } Scot. Plus alimẽtorum, quàm vestiarij causa. alibi contra.

§. *Sticho.* } Scot. an hic §. habeat locum in liberatione inter uiuós. Soc. consi. 190. col. ult. 2. uolum. tenet quod non.

Ad l. creditor. 31.

Ver. obliuione pecunia soluta, aut quod eo &c. an consultò &c. Sco. An per obliuionem, vel ignorantiam. Differt enim ab ignorantia obliuio.

DE ADIM. VEL TRANSFER. LEGA. vel fideicom. Tit. 4.

Ad l. 3.

Glo. §. si quis ita legauerit, uerb. adimendo sed nunquid &c. add. margin. pro decisione istius glo. &c. } vide Barth. l. 1. sup. de seruit. lega. tangit Alc. l. 1. de leg. 1.

Glos. §. si Titio, uerb. debetur. & ita &c. Sed contra &c. } Sco. vide pro solutione Arret. l. si ita scriptum, suprà, de lega. 1.

§. *fin. & si quidem capitalis, uel grauissima &c.* } Scot. vide Plin. lib. epist. 5.

Ad l. quod si iterum. 4.

Versi. ambulatoria enim est. add. margin. Voluntas defuncti &c. Scot. vide Alc. l. triplici. uer. ex parte qua, de uerb. signif. & l. erit ergo. sup. de fun. dota. habetur de potestate legis ambulatoria.

Ad l. rem legatam. 18.

Versicul. cum nemo in necessitatib. add. marg. hoc etiam dicit gloss. &c. } Scot. l. vnum ex familia. §. 1. suprà de leg. 2.

Ad l. alumnę. 30.

§. *Titia testamento, uersi. in quibus ex synthesim.* } Scot. legendum syntesim, vt etiam in l. Titia cum testamento. §. 1. sup. de leg. 2. quod verbum significat latifundium, vbi ibi notaui.

DE REBVS DVBIIS. Tit. 5.

Ad l. in ambiguo. 3.

Scot. Eius quod multipliciter exponitur, veritas ignoratur. Boeth. quem allegant Doctor. Vide Aristo. lib. 5. Topic. c. 2.

Ad l. vtrum. 8.

Versi. quos uno fætu &c. } Scot. eodem tempore quatuor edidit: quintum post quadragesimum diem, inquit Iulius Paulus in l. antiqui. si pars hæred. petat. Dic ergò uno fætu, idest una latione, seu vna gestatione.

Vers. ultrà tres &c. } Scot. Plin. lib. 7. c. 3. inter ostenta, plures tribus nasci.

Ad l. qui duos. 10.

Glo. 1. uer. ut inf. ea. l. §. fin. add. marg. Nihil facit secundum &c. Scot. immo facit: quia præsumitur impubes præmortuus

mortuus esse puberi.] & adde de simul morientibus. duo socij.sup.de hæred.inst.

§. si maritus,uerb.ex capitulo.] Scot. capitulum,idest,pactum. Nã & vulgò dicimus capitula matrimonialia. Vide exemplum huius.§.apud Domini.in Nobil.mulie.char.177.ex Plin.in epist.2. votum Baucidis,& Philemonis apud Naso.li.8. Metamorph. & in Ibin. Sit ubi côiugij nox prima,nouissima vitæ: Eupolis hoc perijt,& noua nupta modo. Text. in offic.c.de mortuis diuersis casibus. nu. 7.

Ad l. si ita fuerit legatum. 11.

Vers. uel ei qui maximus natu est: & duo pares ætate sint.] Scot.nota quòd maximus natu,respicit ætatem ipsam,non ordinem nascendi.de qua re in quæstionibus primigeniorum.

Vers. & duo sunt aqua charitate coniuncti.] Scot. Quòd si alter maiore charitate sit coniunctus, ei legatum debebitur.l.quem hæredi.inf.eo.ubi Bar.non allegans hoc argumenti. Videtur contrà facere,quod notat Bart. in l.cum quidam, nu.6.sup. de legat.2. Responderur,hic exigitur vt melius quàm fieri potuerit sit factum,propter reg.l.nec adiecit. sup.pro soc.ibi, sufficit abstetum fuisse malo, ptopter reg. l.seruos,de manum.testa.

Ad l. si is qui ducenta. 14.

§.utrum, uersi.idest nihil eorum fieri. add. marg. & sic indefinita &c.] Scot. Bar.l.si pluribus.ff.de leg.2.

Ad l. cum in testamento. 25.

Versi. & secundum id,quod credibile est &c.] Scot. Facit gl. l.tale pactum.in fi.vbi Doct. sup. de pact.

DE IIS QVIB. VT INDIGN.
Tit. 9.

Ad l. post legatum. 5.

Glos.§.qui mortis,uerb.legatario,sic in querela &c.uer.sed quare secus?] Scot. vide Bar.l.3. inf.de leg. præst.

Ad l.si inimicitiæ. 9.

Add.marg.limitabis hanc l.&c. §. quoniam. inf.] Scot. vbi contra hoc dictum adnoto.

Glos.uerb.uoces,scilicet uocando eum &c.] Scot.Not. infaustas voces aduersus aliquem dici iactari,idest,vituperari,vocando eum cucurbitam,seu cogosam.

Ad l. Claudius. 13.

Versi. duxit uxorem.] Scot. secus si concubinam etiam damnatam adsciuisset.l.1. §. qui etiam. suprà, de concubin.

Digestorum seu Pandectarum Liber Trigesimusquintus.

DE CONDITION. ET DEMONSTR.
Tit. 1.

Ad l. 1.

Vers.non cessit dies eo uiuo, quamuis certum fuerit hæredẽ moriturum.] Scot. vide text. in l.hæres meus. inf.eod. quem glo.allegat,verb.non cessit.vbi si dictum fit, cum morietur legatarius,purum est legatum.Nam mora potius,quàm conditio est.Facit l. non moriturum.C.de contrah.& commit. stip.

Ad l. 2.

Glos.uerb.dederit.Titio extraneo &c. uersi. & etiam ignorante eo,cui proficit eam adimpleri.] Sco.quod ferè est.l.3. §.sed si dubitatur.sup.quemadmo.testa. aper.contra Soc.in l.hæc cõditio.nu.4.inf.eo. dixi quoque consi.nempè tom.1.Respon.lib.1.respon.27.

Ad l. si fundus alicui. 13.

Verb. expressẽ.] Scot. Lege explesse.Ita in libris emendatis.

Ad l. si Titius. aliàs, Titius. 14.

Scot. intellige municipib. interpellatis.l.qui Romæ. §.cohæredes.inf.de verb.obl.l.si.C.de iur.emphy. Bar.l.non solùm,§.morte,col.pe.post princip.inf. de ope.nou.nunc.

Ad l. in conditionibus. 19.

Vers. eaque regit conditiones.] Scot. in l. ex facto. mag. sup.de hæred.instit. dicitur totum facere voluntatem defuncti.

§. hac scriptura, si Primus.] Scot. filiam nomine Primã habuit Romulus.Sigon.in princ.Comment.in Fastos.Ias.tamen in l.3. sub num. 18. sup. de leg. 1. vult hæc nomina,primus,& secundus,esse appellatiua,non autem propria.

Vers. nisi fortè hoc animo fuerit testator &c.] Scot. Hunc tex.dicit non esse alibi Bald.l. 1.ad fin. princ. C.de caduc.toll.vbi declarat singul.quomodo intelligatur testatorem eius fuisse animi,vt legatum faceret conditionale. De quo an sit verum, vide Alex. & Soci.d.l.3.de lega.1.

Ad l. iure ciuili. 24.

Scot. extant insignia duo exempla ad regulam iuris pertinentia,relata in adag. 325.

Glos. 1.in fin.ibi,quod si nolit &c.] Scot. adde l.Iulius Paulus Aufidio.§.fina.inf.eo.ad hanc,l.iure ciuili.

Ad l. in testamento quidam. 27.

Vers. quia non reperirent ad quod exemplum &c.] Scot.vide Ias.in l.qui Romæ.§.cohæredes;col.5.sup. de uerb. oblig.ubi refert multos,qui dicunt hunc tex.singular.in hoc, quòd in pœnalibus debet liquidissimè côstare de mente principalis. An nihil,vel aliquid fiat,non inuento eo,ad quod fit relatio ; vide latè Ias.in lectu.l.admonendi,num.29.vsque ad nu.42. inclusiuè,ff.de iureiur. Alciat.lib.4.de verbo. significa.ait legatum factum per parallagen, idest literarum transmutationem,valere per hunc tex.& affert aliud exemplum de Cratisto,pro Cratino,de quo in l.qui habebat.ff.de fideicom. libert.

Ad l. filiæ. 28.

§. Titia.uers.ult. add. marg.secus est si Papa &c.] Scot. Adde quòd hic textus facit ad quæstionem Baldi in l.item si fundi.uersi. item arg.quòd si testator legauit &c.sup. de vsufruct.

Ad l. falsa demonstratio. 33.

§. 1.] Scot. Hinc colligitur,verisimile non esse, eum qui in aliquem beneficium confert, ei id oneri esse velle , ne quod ad fauorem datum est,vertatur in odium.l.quod fauore.C. de legi.

Ad l. Publius Mæuius. 36.

Vers.Caio Seio sororis meæ filio.] Sco. talẽ hodie appellamus nepotem,sicut & fratris filium.Antiqui m̃ addebant,ex sorore,ex fratre.Vnde Oui.ad Amorẽ. de Cæsare,Cæsar ab Aenea,qui tibi fratre nepos. Latè dixi in Comment.ad rubr. ff. de ope.no.nun.

Ad

Ad l. Quibus diebus. 40.

§. *Qui dotalem.uerſi.demonſtratio falſa legatum &c.* } Scot. vide Soc.l.4.col.2.in fi.de leg.1.

§. *fin.uerſi.Lucijs,Publijs.* } Scot.multiplicationem prænominum.Sic in Nomenclatura ſuprà,habetur T. Caius,in Pandecti Fradineis, & Haloandrinis:Piſanæ non habent T.

Ad l. cum ita legatum. 63.

Verſi.magis placuit, &c. } Scot. Facit Num. capit. ult. Tob.c.7.

Verſi. uideamus & ſi ita &c. } Scot.exemplum apud Sabell.tom.2.pag.608.ſeu Enneade 9.lib.8.

Verſi. ſi uerum amamus. } Scot. Veracium ſolummodò ſumus amatores,inquit Iuſtinianus,in Auth. Vt in priuat.domib.vide extrauag.ad conditorem. Ioa. Papæ,tit.de verb.ſign.ubi de veritate.

Ad l. Titio centum. 71.

Verſ.at poſteà non alienetur. }Sco. Per hunc tex.dixit Bal. in l.fi.C.de pact.inter empto.& vend.fundum a teſtatore comparari eccleſiæ iuſſum,non poſſe alienari. Dixit etiam Alex.in l. 1.teſt.inf.ad leg.Falcid. non poſſe per teſtatorem prohiberi hæredem remittere Falcidiam per hunc text. in princ. de quo Iaſ.in l.nemo poteſt.Lectu.2.col.7.cum ſeq.ſuprà, de leg. 1.

§. 1. } Scot. vide pro libertate matrimonij de Alcinon,& Vlyſſe.7.Odyſſ.

Gloſ.uerb.conditio. ideſt modus &c. } Scot.Salyc.l. ea conditione.C.de reſcind.uend.Alex.l. 3.ſup. de leg.1. in prin.

§. 2. } Scot. Facit illud Propert. Afferet huc unguenta mihi,ſertiſque ſepulchrum , Ornabit cuſtos ad mea buſta ſedens. Facit.l.ſeruos.ſuprà,de alim. & cib.lega.

Gloſ.uerb.utimur,contra &c. } Scot.vtimur,l. Mæuia. inſ. de manu.teſta.gl.l. 1.ff.de ſeruit.

Ad l. cum tale. 72.

Gloſ.§.Titius.uerb.non interponendæ,uerſi. niſi teſtator remiſerit &c. } Scot.quo caſu ne dilapidante quidem hę rede ſatiſdatio peti poteſt.l.fin.infrà,vt lega.nom. cauea.

Ad l. fideicommiſſum a filijs. 76.

Scot. Facit quod ponit Alc.lib.2.Parerg.c.9.

Gloſ uerb.actiones.indebiti.ſ.&c.uerſi. & erat homo cui &c. } Scot.l.argentum.ſup.commod.

Ad l. Iulius Paulus. 81.

Verſ.tunc demum pro impleta habetur &c. add. marg. tunc pro impleta &c. } Scot.adde l.iure ciuili. ſup.eod.tit.& l. iure ciuili,& c.de reg.iur.

Ad l.cum ſeruus. 82.

Glo.uerb.in folle,ideſt,in burſa. Sed Placentinus poſuit pro una parte,& expoſuit &c. uel,ideſt,ſtultè. } Scot.credo,quia vulgò dicimus ſtultum , follem.ſed iſte locutus eſt ſtultiſſimè.

Ad l. non ad ea. 89.

Scot. Not. quòd regula,ad quam hic tex.allegari ſolet :& no.Bart.l.Iulianus.in fin.ſup.eo.non eſt vera in contractibus ſecundum Bald.in l. reſcripto. §.ſi pacto.ſup.de pact. ſequitur Alex. l.ſingularia.col. 5.ſup.ſi cert.pet.& vltrà eum,hoc voluit Bart.l. iuriſgentium.§.adeo,poſt Guliel. ff. de pact. contrarium expreſsè ſentit Barth.d.l.ſingularia. 6. ſpeci. & 3.q.ad fi. dum allegat hanc l.pro ratione.l.duo ſocietatem, pro ſoc. Alia reg. quando ſecundus actus fit ſub commemoratione præcedentis,benè procedit etiam in contractibus, ſecundum Alex. in l.qui bis idem.de verb.oblig.alleg.Barth.l.2.de nouat.licèt Alex. ſibi contrarius in d. l. ſingularia, & Iaſ.d.l.qui bis idem,teneant contrarium,per d. l.duo ſocietatem. Sed Iaſ.d.l.ſingularia, colu.12. ſaluando Barth. ibi dicit, quòd iſta regula habet locum etiam in contractibus, quando ſecundus contractus factus eſt ſub diuerſa forma a primo, vt hoc textu:aliàs non,vt d.l. duo ſocietatem.

Verſi.incontinenti hæres &c. } Sco.iunge glo. & limita in fœmina,quæ præſumitur incontinenti ſe corrigere ob inconſtantiam ſuam.Dec.conſi.163.In cauſa matrimo.col.pen.Ruin.contra conſi.15 1.grauiſſimum,col.3.lib.5. Tiraq.l.connub.gl. 1.par.1.nu. 133.relinquit iudicis arbitrio.

Gloſ.uerb.præſens.ſed quid prodeſt &c.uerſi.reſpon.quia non eſt veriſimile, ut corrigat &c. } Scot.vide Bart.poſt Guliel.ut procedat hæc.l.in vltima voluntate tantum in l.iuriſgentium,§.adeo.ſup.de pact.Dec.l. ſingularia;col.5.ſi cert.peta.& quòd in quæſtionibus,in quibus diſputando proceditur, incontinenti a ſuperioribus recedatur,& ſic correctio fiat,vide tex. in l.duobus,de lib.cau.l.fin.de condict. ſi.cau.Alc. l.ita ſtipulatus,uerſi.ego aliàs, Parad. de uerb.obl.

Ad l. conditionum quæ. 91.

Verſ.infinitum tempus habet &c. } Scot. vulgo dicimus indefinitum,quod appellat Martianus infinitum.Et Celſus in infinito,ideſt in indefinito,non demonſtrato loco,ſeu definito,dixit l.ſi cui,ſup.de ſeruit. Et Labeo infinitè,ideſt,indefinitè. l. antepen.ſup. de probat.

Ad l. cum ita. 94.

Gloſ.uerb.ſtatuliber habuerit ſecus ſi non habuerit,vt hic a contrario ſenſu. } Scot.Sed contrà l.ſi peculium.§. is cui. inf.de ſtatulib.quam gloſſ.allegat ad aliud.

Ad l. conditiones extrinſecus. 99.

Gloſ. in fi.uerſi.ut inf.eo.l. aliquando. } Sco.l.3.ſup.de leg. 1.vide tex.in l.muto.§. 1.ſup.de tutel.ubi quæ tacitè inſunt, ſi exprimantur,monent potius,quàm cõditionem ullam afferant.Paul.Caſtr.d.l.3.

Ad l. Titiæ. 100.

Scot. aliqui legunt, vt meus codex, Titiæ ſi non nupſerit,ducenta:ſi nupſerit centum legauit. Sic etiã habent Pandectæ Florentinæ. Alij legunt, Titiæ, ſi nupſerit,ducenta : ſi non nupſerit centum legauit.ſic habent Pandectæ Haloandrinæ. Primam lectionem habent etiam Pandectæ opera Duareni editæ, & benè ſecundùm Menoch. conſi. 169. col.pen. tom. 2. vbi etiam citat Antonium Auguſtinum.lib.2.emendat.iu.c. 2. ubi & ipſe dicit Haloandrum legere,ſi nupſerit &c.ſi nõ nupſerit &c.

Ad l. cum auuus. 102.

Scot. Qui nato ſuo præferre potuit ſanguine alieno ſatũ.Seneca in Octauia. Vide Soci. pro intellectu huius l.in conſ.23.uol.2.& an habeat locum in filijs iam natis,conſ.191.col.1.& ſeq.eo. vol.

Ad l. hoc genus. 106.

Gloſ. uerb. nubendæ. crederet quis &c. uerſi. ſed nonnè in hac prohibitione &c. } Scot. vide Iaſ. ſuper hac gloſ. in l. ſi ſic.inf.de verb. obli.

Ad

Ad l. aliquando. 107.

Verf.ex diuerso quoque purum &c. } Scot.singularem limitationem,& paucis notam,vide per Bart.ad hunc tex.in l.1.§.item si ita.inf.tit. 1.

Ad l. a testatore. 109.

Scot. Ablatiui absoluti faciunt conditionem. Quod intellige quoties cõcurrunt cum participio,vt hic: vel ponuntur sub oratione conditionali.l. cum tale.§.si arbitratu.sup. eod. aliàs non faciunt conditionem.l.2.sup.de leg.2.resp on.2.ibi,arbitrio tutorum:exponitur que pro arbitrio. Sunt hæc de mente Iaso.defendentis Bar.contra Rapha.in l.si quis arbitratu,col.5.nu.17.de verb.obl. Aduerte, quia quidã Doctor,idest, Ludouicus de Sardis in add. ad consi.Castrensf.262.in fin.dicit,plus importare expressam conditionem, puta si sine liberis decesserit, quàm conceptam per ablatiuos absolutos, non extantibus liberis.

Verf.Claudius.magno ingenio. } Scot. ironice,inquit Alc. l,vt responsum.C.de transact.& lib.4.c.1.Parerg. vide c.si habes.24.q.3.ubi glos.dicit ironicè.posui ad l.cum quidam,C.de leg.Claudij autem meminit idem Scæuola in l.Titia,§.pen. inf. de manum. testam.Est Triphoninus,qui in Scæuolam scripsit notas,sicut Iulius Paulus.

Ad l. penult. 112.

Verf.debere partem dimidiam Ianuario dantem, partem fundi dimidiam legatarium esse consecuturum. } Scot.Nota debere esse consecuturum , vt illud Cicer. in Tuscul. Quæst.iter incundum esse debet.

AD LEG. FALCIDIAM.

Tit. 2.

Ad l. 1.

Verf. lata est. } Scot. Anno ab Vrbe condita 714.Domitio,& Asinio Coss.Sigon.lib.1.de antiq.iu. ciui. Rom.c.12.Hãc legem tulit C.Falcidius Tribunus plebis. Huius meminit Cicer. in Oratio. pro lege Manilia,cum ait,An C. Falcidius, Q. Metellus,Q. Cælius Latricensis,Cn. Lentulus,cum tribuni plebis fuissent &c.c.quædam,in fi.2.dist. Vide Alciat. lib.10.C.tit.de decur.Duaren.lib.1.anniuer. disp. vbi emendat lectionem.

Ad l.si hæres. 3.

Glo.§.1.uerb.item si reipublica. } Scot.vide Socy. hic,qui habuit veritatem.

Ad l. pater filiam. 14.

Glos.§.duobus.verb.legitimus, quod est &c. uersi.inuicem eis succedunt. } Scot.lege,sibi,non eis.

Glos.ead.uersi l.qui duos. } Scot.sed si simul,iunctim vtiq; ex testamento succedit substitutus. gl.2. uerb.substitutum.sup.hoc.§.uer.si autem dixit, si ambo &c.

Ad l. Nesennius. 22.

Verb. domine. } Scot.Iulius Paulus appellatur dominus a Nesennio Apollinari consultore.

Ad l. lineam margaritarum. 26.

Scot. vide in l.si seruus, §. si cum maritus.sup.ad leg. Aquil.quam.l.etiam glo.hic allegat; malè tamen omisso quòd vulgò appellatur filcia, quã lineam appellat Iureconsultus.

Ad l. Scius. & Augerius. 27.

Glos.ult.ibi,& de condit.(ita enim legendum) inst. l. conditiones. } Scot. vide tex.in l.si in testamento,infrà,cod.

Ad l. æris alieni. 39.

Glos.uerb.affecti.quia non inuenerunt dominum,cum essent &c. } Sco.imò cũ possent vbi,vbi essent,l.2.C.de ijs qui bus,ut indign.glo.& Vincent.l.in ratione. §. si seruus testamento.sup.eod.

Ad l. pretia rerum. 63.

Verfi. sed nec heredem &c. } Scot. vide de hoc versi.Alciat.ubi suprà in add.marg.seu. C. de eo,quod inter.cap.9.

§. nonnullam tamen &c. } Scot. Clem.exiui.§.vilitatem, de verb.sign.

Verfi. cum hic quoque, nec ex momentis temporum, nec ex ea &c. } Scot. vide Barth.in l.Paulus respondit,nu. 9. de solut.

Ad l. hæreditatum. aliàs, Computationi. 68.

Scot. Hæc lex non habet locum in dispositionib. inter viuos , in quibus fit computatio annorum 15. per tex.expressum in l. si quis argentum, §. sin autem donator,C.de donat.Licèt Alex. hic in fi. extendat hanc l. ad transactionem alimentorum ad vitã.Vide Afflict.decis.Neap. 34. De hac l. Mod. Galli in tracta.de vsur. Riminal. iun. consi. 170.2. volum.

Ad l. Titia testamento. 86.

Verfi.quædam prædia prælegauit. } Scot. alij legunt, prælegauerat. De quo Ripa hic.

Ad l. qui quadringenta. 88.

Verfi. Dixi hanc quæstionem esse insolubilem : qui tractus apud dialecticos ἀόρατος dicitur. } Scot. Alc.lib.1.Parerg. legit,dixi hanc quæstionem esse ἐκ τῶν ἀπόρων,qui tractus &c. quem vide ad huius loci intelligentiam; vbi etiam defendit aliam lectionem, quæ habet ψευδόμενον

SI CVI PLVSQVAM PER LEG.

Falcid. &c. Tit. 3.

Ad l. 1.

§. 1.uersi.propter incertum. } Scot. idest incertitudinem, vt l.1.C.de pact.

Ad l. 3.

Verb. contrectatio. } Sco. ſine qua non fit furtum. l. ſi quis vxori, §. neque verbo. inf. eo. Lex autem Solonis puniebat in duplum. Draconis verò lex omnia & ſurticula morte. vide Franciſc. Bald. in legib. 12. tabul. & Ferrar. Inſtit. de obliga. quæ ex delict. naſcuntur.

Ad l. fur eſt manifeſtus. 3.

Scot. de fure manifeſto, & verbi ratione, Ariſtoph. in Concionat. Dignum ſcitu quod Suid. ait, veteres non animaduertere ſolitos fuiſſe in fures, niſi palã in furto inuentos. Logoll. in annot. in Aſinariam Plautinam.

Ad l. in actione. 19.

Verſi. & ſignati argenti numerum debebit complecti, uelut i aureos tot, pluresuè &c. } Scot. Nota in cautam locutionem Vlpiani, ſignati argenti numerum &c. velu ti aureos tot, pluresuè furto &c. Nam debuiſſet dicere, vel ſignati auri &c. aureos tot &c. vel, ſignati argenti &c. argenteos tot &c. ſatis etiam incautè dixit tot, pluresvè, cum voci tot, non ſit applicabilis uox, plures.

Ad l. vulgaris. 21.

Gloſſ. uerb. fur erit. immo uideretur &c. uerſi. & ſic plura ſunt adulteria &c. & tamen &c. } Scot. vide de intelligentia Curt. poſt Mod. in c. ult. not. 1. de conſuetud. & add. margin. in l. inficiando, §. infans. inf. eo.

§. item ſi quis maioris, uerſi. quòd ſi totum vas tollere. } Scot. vas, id eſt, inuolucrum.

Ad l. impuberem. 23.

Verſi. non putamus cum impubere &c. } Scot. videtur corrigere ſuperiora, iunc. uerſi. nec ope &c.

Ad l. ſi apes feræ. 26.

Sco. Nota feræ, & conſidera an dentur apes manſuetæ; licet nec videretur ſufficere propter naturam. De pauone manſueto. inf. eod. l. ſi pauonem, Vide §. apium, Inſt. de rer. diuiſ. ubi Porc. dicit apes poſſe mãſueſcere. Apud Alazones ſunt apes cicures. Pauſani. lib. 1.

Ad l. quidam tabularum. 32.

Verſi. & interim teſtimonia ſunt, quorum probationem habeat, qui poſſunt mori conditione pendente. } Scot. probationem habeat, ſcilicet, per teſtes, qui poſſunt mori. aliàs mala grammatica eſſet.

Ad l. qui ſeruo. 36.

Glo. uerſ. aut manus ſibi inferret, id eſt, detruncaret. } Scot. ridicula expoſitio. quaſi dixerit, ſibi manus auferret. Dic igitur manus ſibi inferret, id eſt, ſe ipſe occideret, vel ſibi mortem cõſciſceret. l. 1. de ijs qui mor. ſibi conſci.

Ad l. Falſus. 44.

§. Qui dienum; ibi, iacens in terra. add. margin. in ſcriptis exemplar. non habetur, in terra. } Scot. nec in Pandect. Flor. nec in Haloandr.

Verſi. ſiue ſcit cuius &c. } Scot. Facit inf. eod. l. inter omnes. §. pen. Vnde Demoſthenes furi inquienti, neſciebam tuum eſſe, at ſciebas tuum non eſſe. l. meminerint. C. vnde ui.

§. ſolent. } Scot. ad hunc. §. & §. ſi. aſſum, facit Plaut. in Rudente. duobus, aut trib. in locis, de uidulo agẽs. Vide de iuſticia Biblij apud Texto. c. de iuſtiſſ.

Deuter.

Deuter.c.22.vide Connan.in Comment.iur.ciuil. Sabell.tom.1.Ennea.pag.50.ubi de legib.Mosis.

Versi. Quid ergò &c. } Scot. Alciat. in fi. annotat.in tres posteriores libr. C. legit, euangelia. Dicit tamen alios malle interintra: nec se improbare. Cæterùm de his.§§.vide meum Cõmentar.in l.interdum. §. quod ex naufragio.ff.de acquir. possessio.

§. si iactum. } Sco. De iactu pulchrè per Iuuen.Saty.12.

Versi. si putem simpliciter iactatum. } Scot. vide quid per hunc tex.dicat Bar.in l.Titia.§.Titia,§.Imperator, ff.de leg.2.

Ad l. inter omnes. 47.

§. si. uersi. per contrarium quæritur &c. } Scot. simile.22.q.2.c.si quælibet,§.Abraham,ubi dicens, se reuersurum cum filio, sed falsò:tamen casu reuersus, dicitur non mentitus. Et sic ad excusandum potius attenditur veritas, quàm opinio, vbi veritas excusat. Vbi autem opinio, ea magis inspicitur, vt §. præced.Facit ad tex.l.falsus.§. qui alienum, uersi. q si dominus, & §. seq. uersi. & tamen magis defendit &c.sup.eod.

Glos. d.§.fi.uerb.Verum tamen est,id est, verius, & corrigit dictum Pomponij. } Scot.& benè.Nec bona est solutio quæ ponitur in uersi.uel verius dic &c.quia quæritur,an furti actio sit. Nam perpensò toto hoc §. furtem esse vel non, & furti actionem esse,vel non,ponuntur pro eodem.

Ad l. si dominium. 48.

Glos.uerb. domino. nouo, & ex noua &c. uersi. nec obstat.sup. eo. ei qui. quia illud quando &c. } Scot. illa lex videtur contra Bart. hic, dum vult mutatione territorij gigni nouam actionem:cogita.

Ad l. qui vas. 49.

Versi. & aliar vas maius fuisse diceret : fur uas protulit &c. } Scot. Hic probatur domino licere autoritate propria rem auferre furi. in f.§.ult.probat,quòd etiam per vim. Et nota, quòd iam fuerat actio furti introducta in iudicium.

§. si. uersi.per uim extorsit. } Scot. Nota per vim furtum fieri,in f.l.si vendidero,§.cum oportet.

Ad l. in furti. 51.

§. cum eo, qui pannum rubrum ostendit &c. } Scot. Verg.12. Aeneid. Ceruum aut puniceæ septum formidine pennæ.& 3.Georgic. Puniceæue agitant pauidos formidine pennæ.

Ad l. si quis vxori. 52.

Glos. §. apud Labeonem, uerb. actionem. quàm cedendo liberatur &c. uersi. quia eius interest. } Scot. vide rationem ad hoc dictam,in l.cum fundus. §. 1. ubi Zas. nu.8.seu col.ulti.cert.peta.

Ad l. si pignore. 56.

§. uersi. species enim lucri &c. } Scot. vnde cessat fraus,in largiente de suo,l.ita fidei.in f.de iur.fisc.

Ad l. a Titio. 66.

Add. marg. Nota ex ista l. Bart. quòd dominium &c. } Sco. & hoc verum est citra portionem, quam debebat detrahere hæres ex lege Falcidia. Nam hæc remanet ipso iure in dominio hæredis. vnde illa potest à legatario vendicare,l.lineam margaritarum,ad l.Falc.l.1.§.si quis.sup.quo.lega.

Ad l. si vendidero. 8

§. cum rapter addit. margin. Bart.l. dicit hic esse &c. } Scot. adde l.qui vas,in f.sup.eod.

Ad l. pen. 93.

Versi. at si. } Scot. Melius dixisset,sed & si.

SI QVIS TESTA. LIB. ESSE IVS. fue.&c. Tit. 4. Ad Rubr.

Glos.uersi.& not.quod ista &c. Addit. margin. istam gloss. pro nota &c. } Scot. Alex.l.1.col.2.& Mod. sup. si cert. petat.

ARBORVM FVRTIM CAESARVM. Tit. 7. Ad Rubr.

Scot. Cypressus arbor non fructifera.l.competit,sup. quod vi, aut clam.

Ad l.2.

Scot. Franc. Balduin. in Comment. in ll. duodecim tab.l.54.intelligit hanc.l.in arboribus fructiferis.

Ad l. item, arboris appellatione. 3.

Scot. Nullam Vare sacra vite prius seueris arborem Circa mite solum Tyburis, & mœnia Catili. vide Plin.lib.14.c.1.

Glos. uitem existimauerunt &c. } Scot. l.1.§.arboris.sup. de arbori.cæden.

Glos.§.ederæ.Hac edera &c. uersi.& inhæret plerunque arboribus. } Scot. videtur impropriè arborem esse ederã: quia per se non stat:sed inhæret alij. Qua ratione, & vitis impropriè arbor diceretur. In multis codicibus hæc verba,desunt,inhæret plærunque &c.

Glos.uerb. defixerit,id est,detraxerit,incidendo &c. } Sco. imò plantauerit,l.si alius. §. notauimus. suprà, quòd vi aut clam.

Ad l. certè non dubitatur. 4.

Scot. Facit Plin.lib.19.Maluas septimo mense arbo rescere.

Ad l. cædere. 5.

§. is cuius. } Scot. Hic probatur, maius esse ius emphyteutæ,quàm fructuarij.

Ad l. si gemina. 10.

Scot, vide de Cecile arbore Hispaniæ goyda, Cardanum lib.18.de subtilitate.

Glos. un.uers. non autem quantum ad utilitatem huius tit. cum etiam si &c. } Scot. Licet cæsa parte habeat locum hæc actio, hoc verum est pro vna arbore, sed non pro duabus.sed cæsa tota hac de qua hic,habebit locum pro duabus. Cæsa etiam hac vtroque in trunco, erit actio tanquam duarum arborum partibus cæsis, & non totis ambabus ipsis.

VI BONORVM RAPTORVM. &c. Tit. 8.

Scot. Furtum improbum, expilatio improbior, vis improbissima.Ias.l.seruum.C.de ser.fugit.

DE INCENDIO RVINA. &c. Tit. 9.

Scot. Ouid. in Ibin. Hic prædam, medio raptor ab igne petit.

Ad l.1.

Glos. uerb. forenses actiones, idest, pecuniarias. } Scot. idest ciuiles.

Ad

Ad l. 3.

§. *Senatusconsultum &c. uersi si quis ex naufragio, clauos, uel unum ex his &c.* Scot. Plurale non verificatur in singulari, c. pluralis, de regu. iur. lib. 6. vide Steuch. Leuit. c. 5.

Ad l. Pedius. 4.

Versi. liberos quidem fustibus cæsos &c. Scot. vide Textor. in offic. c. de suppliciorum generibus.

Ad l. expugnatur. 6.

Glos. ult. ibi, quos Cæsaris innolet arcus. Scot. lege artus, & est hemistichiũ Lucani de Thessala maga loquentis, lib. Pharsal. 6.

DE INIVRIIS, ET FAMOSIS libellis. Tit. 10. Ad Rubr.

Scot. Apud Græcos vulnera, aut verba certam pœnã non habebant: sed is qui actionem intendebat, quanti æstimaret iniuriam scribebat: eamq; summam iudices moderabantur: Suid. uerb. *[illegible]*

Ad l. 1.

Versi. ut puta uxori mea filiofamilia. Scot. idem in filio adoptiuo patrem habente, vt naturali, & adoptiuo patri, & ipsi actio competat.

Ad l. quòd si viro. 3.

Scot. Limita hanc l. quando maritus agere non posset. Tunc enim vxor admitteretur. l. non solum, uersi. planè. inf. eo. & ostendit dom. Paulus: vt adnotaui ad recollectas meas ex Alfonso Castrensi, aduersus omnes hæres es.

Ad l. lex Cornelia. 5.

§. *si tamen. uersi si ponamus enim studiorum &c.* Scot. Habes hic tex. quòd scholastici non habent domicilium, vbi student.

Ad l. prætor. 7.

§. *Quod autem prætor &c.* Scot. Not. q alternatio facit rem incertam.

§. *si tibi plures. add. margi. Iste text. est nota. & singul. &c.* Scot. Tamen pro re plurium, tenetur pluribus. l. itẽ apud Labeonem, in fi. inf. eo.

Ad l. non solum. 11.

Glos. uerb. aboletur. Dicunt quidam &c. ibi, & Inst. eo. §. fina. Scot. adde inf. eod. l. sed si unius. uersic. nam & si nuda voluntate.

Glos. §. Proculus, uerb. nolenti: aliàs nolenti: & subaudiri &c. uersi. sed quid si credidi &c. Scot. vide l. inter omnes, §. rectè, sup. de furt. vide inf. eo. l. eum qui, in fi.

§. *quamquam uersi. Ego autem apud eum notaui.* Scot. Not. Vlpianum scripsisse notas in Marcellum, vt etiam notaui in nomenclatura iurisconsultorum. sup.

Ad l. iniuriarum. 13.

§. *si. uersi. usurpatum tamen & hoc est &c.* Scot. Quæ de facto fiunt, licent non de iure, præstant materiam dubijs de iure: sicut quæ fiunt de iure. vide Alc. lib. de singul. certam.

Ad l. item apud Labeonem. 15.

§. *si curauerit, uersi. quod autem &c. sed infamandi &c.* Scot. & tenetur. inf. §. ait prætor, versi. proinde.

§. *Aliud est appellare &c. uersi. usSectatur, qui tacitus &c.* Scot. Petr. Iaco. in pract. tit. de iniuria actio. præto. hum. 3. dicit fieri iniuriam claudo, si quis eum affectetur claudicando.

§. *Ait prætor, uersi. ea enim &c.* Scot. Adde l. 2. sup. de milit. testa.

§. *Idem ait, eum &c. cuius sententiam uendidit.* Scot. Not. victoris esse sententiam.

§. *Adijcitur. uersi. cæterum si quis corrigendi &c.* Sco. No. pro formatoribus puerorum, & magistris.

Versi. aut si quis emendandi &c. Scot. Differunt ergò corrigere, & emendare.

Glos. §. Quæstionem. ibi, Quæstionis uerbo, etiam ea &c. uerb. dicunt ut si ponitur in carcerem &c. Add. mar. Vide Bud. &c. Scot. & Mantuam Bonauit. in obseruat. de carcere. qui reprobant hanc gloss. licèt secundum eum communiter approbatam: dicitque dici malam mansionem hominem vinctum. Quo alludit Lactant. Firmia. lib. 4. Diui. Instit. & liberatos, inquit, malis vinculis, atque in lucem sapientiæ productos, in hæreditatem regni cœlestis adsciuit.

Verb. Graci. Scot. Hoc verb. non habent Pand. Florent. & benè.

Versi. modum tamen. Scot. Not. torquentem si modum excedat, teneri iniuriarum.

Glos. §. si usumfructum, uerb. magis; electiuè ponitur. & hoc etiam nisi in &c. Scot. vide sup. hac l. uersi. nec si fructuarius &c. & infrà. l. sed si unius, §. si seruus, in quo.

Ad l. sed si vnius. 17.

§. *seruus meus, uersi. crescit enim contumelia &c.* Scot. Facit Auth. habita, C. ne fil. pro patr. uers. & a vilissimis.

Ad l. is qui in aliàs, Qui in domum. 23.

Scot. is in eum, absurda locutio: melius ergò omittitur in quibusdam codicibus.

Ad l. seruo. 30.

Glos. uerb. quis dubitet, quasi dicas, nullus dubitat, quin &c. Scot. hæc glos. ridicula est, & contra verba legis, quæ vult, ipsi seruo non competere actionem ob iniuriam, postquam sit manumissus. Accursius credit idem quod suprà, hic repeti; casumque, seruo, ablatiuum esse: nec intellexit, non competere quis dubitat? adhucque putauit hic agi de domino: ser ui. similis est error gl. in l. 1. ff. de leg. 2.

Ad l. fina. 45.

Glos. ult. uersi. quia interdicetur fortè ei &c. Scot. vide inf. tit. prox. l. annonam, uersi. nam plærumque.

DE EXTRAORDINARIIS criminibus. Tit. 11.

Ad l. 1.

§. *fi. add. marg. Tu expone, idest, ultimo supplicio &c.* Scot. immo uerb. domum præbuerit, & illud de comite, respicit uerba, vel corrupto comite.

Ad l. diuus. 4.

Glos. uerb. exilium, ante quadraginta &c. Add. margin. Nota glos. singul. ad hoc, quòd mulier &c. Scot. vide Aristo. Polit. 7. ubi probat, ad euitandam liberorum turbam, ubi mulier partum abigat, nec dum tamen animatum: tunc enim nec homo, nec filius est. Quem etiam Aristot. uide lib. 1. Magn. Moral. cap. 15. An fœtus in vtero sit animal, Galen. de histor. Philosoph. Pythagoras quadragesimo die hominem esse dixit. Laert. in vita Pythagoræ.

Ad

Ad l. annonam. 6.

Scot. vide Textor. in Offici. de denominat. &c. lit. d. nu. ult. & c. de magis. Dardani meminit Apul. de magia apol. 2.

Ad l. saccularij. 7.

Add. margin. vide in hanc l. Petr. Crin. &c. Sco. vide etiam Bayfium lib. de vasculis,

DE CONCVSSIONIBVS. Tit. 13.

Scot. vide hoc verbum latius acceptum in l. 1. in fi. su prà, de calumn.

DE ABIGEIS. Tit. 14.

Ad l. 1.

Gl. uerb. qui pecora. decem oues &c. ibi, & facit in Auth. &c. Scot. vbi gloss. dicit meliùs poni quis sit abigeus, quàm aliqua alia lege.

DE PRAEVARICATORIBVS. Tit. 15. Ad Rubr.

Scot. obuaricator, qui facit præuaricari. Io. Pic. lib. 6. c. 15. contra astrolog. præuaricantur, inquit, sæpissimè, vbi nullus est obuaricator.

DE RECEPTATORIBVS. Tit. 16.

Scot. Facit Illud Phocylidis; Vtrique fures, & receptor, & furator. Licèt enim loquatur Phocylides de receptore furti, non personæ, vt colligitur ex uersu præcedenti, nihil tamen vetat idem dici de receptore furis.

Ad l. 2.

Versi. Latrones recipiunt. Sco. Nota teneri etiam semel recipientem, nisi dicas poni, recipiunt pro receptant. Sanè Plaut. in Aulular. excipere furem dixit, pro recipere, seu receptare. Ego tamen considerata rubr. C. de ijs qui latro. &c. & uerb. suscepe rit, l. 1. dico non requiri frequentiam receptionis. Considero etiam, quòd ll. loquuntur de latronib. non de furibus. Secùs in statuto nostro propter uerb. aliorum malefactorum, & sic etiam furum.

DE FVRIBVS BALNEARIIS. Tit. 17. Ad Rubr.

Scot. Cur fures balnearij grauius plectantur ex Arist. Alc. lib. Parerg. 2. c. 38. Tamen Dionysius tyrannus parcere consueuerat furibus uestiarijs, vt Syracusani desinerent inter se conuiuari, & vino indulgere, lib. Apopht. 5. Vide ad materiã Lathletas. suprà, de ijs qui not. infam. Dicebatur autem consternium locus apud thermas, in quo deponebantur vestes. Calep. hoc verbo. Vide Plaut. in Rudente act. 2. Scen. 3. inci. Intelligo. uers. cur ita. ibi, etiã qui it lauatum in balneas, ibi cum sedulò sua vestimenta seruat, tamen surripiuntur, quippe qui, quem illorum obseruat falsum est: Fur facile quẽ obseruat, videt: custos, qui fur sit, nescit.

DE EFFRACTORIBVS, ET EXPILATORIBVS. Tit. 18. Ad Rubr.

Scot. intellige de effractoribus etiam alterius loci, quàm carceris. inf. l. 1. uersi. item & effractores. Senec. in episto. vocat effractarios, dum scribit, aperta effractarius præterit. Vide adag. in foribus vrceum.

Ad l. 1.

Glos. uerb. eruperunt, idest, qui fugerunt &c. Scot. Falsum: nam de hoc iam dixit. Dic ergò eruperunt. i. cum impetu exierunt effracto ostio, uel conspiratione facta cum cæteris ibi detentis.

§. expilatores, qui &c. συλητὴς, vel φῶρας. *Add. margin. Vide Bud. in annotat. &c.* Scot. Alc. lib. 1. Parerg. c. 11. Legi monet λωποδύτας, vbi explicat hunc locum.

Glo. uerb. expilatores hæreditatum; & ideo melius staret &c. Sco. Inimo hic benè stat: quia hic agitur de pœna omnium expilatorum, non tantùm hæreditatum. In tit. autem seq. nullum verbum de expilatoribus hæreditatum, quo ad pœnam. Vide tamẽ Bud. & Alc. ubi in uersi. sup. & considera.

Versi. item effractores. sed enim &c. effractorem equitem Romanum. &c. prouincia Affrica vnde erat, & vrbe &c. Sco. Nota equitem Romanum prouincialem.

Versi. effracto pariete. Scot. Plaut. perfossor parietum. Vide Matth. c. 24. Luc. c. 12. ubi dicitur, quod si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non fineret perfodi domum suam. Adde l. qui perforauerit muros. inf. ad l. Iul. pecula.

DE CRIMINE STELLIONATVS. Tit. 20.

Scot. Alciat. lib. 1. Parerg. ca. 46. Plin. lib. pen. uel ult. Isocra. in oratio.

Ad l. 3.

§. item si quis imposturam fecerit &c. Scot. exemplum docet Philippus Augustus in l. fina. 2. respons. ubi gloss. ult. allegat hunc locum. vide sup. l. si quis. §. 1. de pign. act. Bar. uerò hic fœdè labitur. Et quamuis Vlpian. hic vtatur uerbo, necis, nihil id refert. exponitur enim, in necem alterius, idest, vt consequi non possit, quod optabat iure, idest, ad impediendum alterius commodum. Sic accipitur inf. de appell. l. qui prolusorio, uersi. in necem creditoris, & sup. l. si patre, vers. si tamen in necem legatariorum de in rẽ uerso. Ita sustinetur vltima particula Bart. hic, vt ad eum adnotaui.

Ad l. fin. 4.

Glos. ult. uersi. quia non &c. Scot. Non enim condemnatur ex periurio, sed ex stellionatu, quem peierans admisit.

DE TERMINO MOTO. Tit. 21. Ad Rubr.

Scot. apud Frontinum de controuersijs, aliàs de iure limitum, habetur l. ex Pauli li. 23. ad edictum, si dicantur termini deiecti, vel exarati, iudex qui de crimine cognoscit, etiam de finibus cognoscere potest. Habesque hanc legem ex Paulo relatam. l. tã quam. §. sup. l. 4. fi. regund. & tota d. l. 4. sumpta est,

ex lib. 1. 3. ad edictum, eiusdem Pauli: & sic conuenit de loco, vnde hæc sumpta sunt.

Ad l. 1.

Scot. si quis exarasset terminum antiquis Romanorum temporibus, eũ, & boues termino deo immolabant. Fului. lib. 2. de antiquit. urb. Ro. vide Crinit. de honest. discipl. lib. 8. c. 10.

DE COLLEGIIS, ET CORPORIBVS illicitis. Tit. 22. Ad Rubr.

Scot. collegium Bononiense habebat 12. Doct. tempore Io. Andr. inter quos erat etiam ipse, vt per eũ in glo. 1. proce. lib. 6.

Glos. uerb. corporibus. Tres constituunt collegium &c. } Scot. Duos facere ecclesiam collegiatam dicit Citadi. in tract. de iu. patr. 3. par. 2. q. sub num. 7. De tribus quòd faciant ecclesiam Mant. apopht. 370. Ecclesia dicit incæpisse ab Abel viro iusto, sicut & Martyrum ortum habuit: nam ab Adam non potuit: quia Adam fuit vnus: sed vnus non est, numerus, à Cain minus: quia duo non sunt multi. Ergo ab Abel, quia tres sunt, vt ibi per eum.

L. fi. uersi. quos Græci [illegible] uocant, addit. margin. Vide in hanc l. Alciat. & Bud. &c. } Scot. Calep. uerb. Syssitia legit Syssitos. Meminit Alcia. ubi sup. tribuens hãc lectionem Beroaldo.

Digestorum seu Pandectarum Liber Quadragesimus octauus.

DE PVBLICIS IVDICIIS. Tit. 1. Ad Rubr.

Sco. Cicero appellat perpetuas quæstiones. Bud. l. 2. §. & hæc omnia, sup. de origi. iur. in Annot. tamen in oratio. pro Cluen. meminit publici iudicij, cum ait, ipse e publicó iudició, ad priuatũ Staleni iudicium profectus est.

Ad l. inter accusatorem. 10.

Scot. Plutarch. in vitis Gracchor. More maiorum, si quis capitali iudicio accusatus non veniat ad se defendendum: tamen eum domi ante ianuam cõsistens nomenclator tuba citat: nec antè contrà ipsum fertur sententia.

Ad l. custodias. 12.

Fran. in casu, uers. & qui sunt in turri Communis Bononiensis. } Sco. Hodie appellant torracium, seu torronam, & auditorem Torratij, seu torreti.

Ibidem, uers. debet habere consilium super ijs a Doctorib. legum, qui sunt in hac terra: item ab alijs sapientibus viris, ut ab aduocatis bonis, ut est Palmerius de Terrafocolis, & de Gualielmo Pancone, & alijs. } Scot. Facit huc Barto. l. ille aut ille. sup. de legat. 3. de consilio sapientis.

DE ACCVSATIO. ET INSCRIPTIO. Tit. 2.

Ad l. 3.

In fin prin. uers. uel alius pro eo, si literas nesciat. } Scot. Facit lex final. §. sin autem dubius, C. de iure deliberand.

Ad l. nonnulli. 10.

Scot. vide Alciat. in l. quos nos. §. locuples, de verbo. signifi. qui dicit, hoc ideò hic, vt qui temerè uocat in ius, plecti queat. l. fi. sup. de in ius uocan. Vnde in paupertate æstimanda recurritur ad qualitatem rerum, personarum, temporum; & hæc in arbitrio iudicis; vt ibi per eum, & lib. 3. Dispunct. c. 9.

Ad l. hos accusare. 12.

Versi. si abolitione interueniente &c. } Sco. ad intellectum vide Dec. c. 1. col. 10. de iudic.

§. omnibus. } Scot. Hic tex. potest induci ad illud vulgare dictum, quòd verbis legis non conuenientibus, nec eius dispositio habet locum: ad quod vulgare dictum citatur. l. 4. §. toties. suprà, de damn. infect.

DE CVSTOD. ET EXHIB. REO. Tit. 3.

Ad l. si quis reum. 4.

Add. margin. iste tex. est singul. ad hoc, quòd fideiussor &c. } Scot. vbi text. innuit puniendum esse pœna mortis. Exemplum extat apud Cicer. in Offic. de Damone, & Pythia.

Ad l. Diuus Adrianus. 6.

Vers. igitur, qui eum eo elogio. Add. marg. vide in hunc locum Bud. &c. } Scot. Alciat. lib. 1. Parerg. c. 9. dicit, episto las quibus anacrisis continetur, in iure quandoq; elogia, quandoque notoria appellari.

Glos. uerb. anacrisin, id est, condemnationem, secundum &c. addit. margin. vide Bud. &c. & Alciat. &c. } Scot. vide eundem lib. 1. Parerg. c. 9. sup. alleg.

Ead. l. uers. sed si quid malignè interrogasse, aut non dicta retulisse pro dictis &c. } Scot. Hic tex. facit ad interrogatores testium.

Ad l. solent. 7.

Vers. ubi factores. } Scot. factores, id est, delinquentes. Puto legendum, malefactores. Tamen in Florentinis, & Haloandrinis Pandectis legitur factores. Igitur & tu lege factores, & subaudi, delicti; nam sup. dixit, delictum est, passiuè, a uerbo delinquor.

Ad l. ne quis. 10.

Verb. in carceribus. } Scot. pro in carcere.

Versi. interdum ei &c. Add. marg. Alex. in apostil. ad Bar. &c. } Scot. adde Roman. in singul. 30.

Glo. uerb. probandum est, a custode &c. } Scot. Facit ad pastores: de quibus in l. si pascenda. C. de pact.

AD LEG. IVL. MAIESTA. Tit. 4. Ad Rubr.

Scot. Diffinitionem maiestatis uide in Partitio. Cice. Galli crimin abant huius, & aliorum criminũ grauium reos, vt est author Iul. Cæsar. libro sexto. Commentar.

Ad l. non contrahit. 5.

Versi. nec qui lapide iactato incerto, fortuitò statuam attigit &c. } Scot. vide Sueto. in Tiberio. Aegyptij verò occidentem felim etiam fortuitò, interimebãt: vide omninò Diodo. Sic. ponentem exemplũ de homine Romano.

§. Iidem Pompeio rescripserunt &c. } Scot. Facit hic text. pro venditoribus imaginũ Christi, Mariæ, & aliorum

rum diuorum. Vide de vxore Boethij in uita Iustiniani, de statuis fractis.

Ad l. famosi. 7.

Versi. hoc tamen crimen a iudicibus non in occasione &c. } Scot. Nota contra adulatores principum, ipsosq; principes, occasionem pro causa habentes. De quo per Decium eiusque in ecclesiarum, col. ante pi de constit.

Versi. nec lubricum linguæ &c. } Scot. vide Alciat. lib. 2. secundo, de uerb. signifi. & l. hæc stipulatio, noxis, verb. publicam executionem, editum. Vide etiam Alex. apud Q. Curt. lib. 6. sed iam non verba puniéda sunt: linguæ temeritas peruenit ad gladios. Hos si mihi credideris Philotas in me acuit &c. Habebur autem pulcherrimum exemplum de libertate linguæ apud Quintilianum lib. 6. ca. 4. quod est de risu.

Versi. quamquam enim temerarijs &c. } Scot. vide l. 1. §. quæri, inf. ad Turpil.

Ad l. in quæstionibus. 8.

Glo. uerb. mulieris. ut sup. de accusat. mulierem. } Scot. vbi etiam de seruis, de quibus Cicero in Partitionibus.

Ad l. eorum qui. 9.

Summar. Franc. Accursij, Bona damnatorum ex hoc crimine &c. } Scot. Male se habet hoc summarium.

Ad l. Is qui in reatu. 11.

Add. marg. Alex. hic in add. ad Bar. quærit, an corpus mortuum pendente &c. } Scot. Vespasianus Imperator insepultos abijci constituit conuictos huius criminis, & peremptos. Vide infrà, de cada. punit. l. 1.

Versi. sed qui perduellionis reus est &c. } Scot. perduellio est species criminis læsæ maiestatis tanquam genéris. Hæc aliter differebãt antiquitus. Vide Grucchium lib. 1. de Comitijs.

AD LEG. IVL. DE ADVLT. & stupr. Tit. 5.

Ad l. 1.

Scot. Horat. in carmine seculari. Martial. lib. 6. tribuit Domitiano legem contra adulteros, Lusus erat sacræ &c. & Iulia lex populis, ex quo Faustina renata est. Et sic apparet Domitianum renouasse legem Iuliam de adulterijs: in quam tamen commisit ipse renouator, Iuuenal. testimonio. Pœnam autem capitis irrogari adulteris ostendit Apulei. li. 9. de adolescente deprehenso a marito loquens. cuius iocum explicat Alciat. lib. Parerg. 10. c. 6. sicut & poetæ Ausonij.

Ad l. 2.

Glos. uerb. infligitur. In libro B. est non &c. alij non habent hic non &c. } Scot. debet adesse negatio, l. mariti. §. q si patiatur.

Ad l. nuptam. 5.

Versi. & tunc. } Scot. Nota extremitatem facti, seu perfectionem antecedentis.

Ad l. miles. 11.

Glos. §. sexaginta dies, uerb. de plano, idest, non sedente iudice pro tribunali. } Scot. Quod Sueton. in Tiberio, dixit è plano, idest, loco, in quo stat populus.

Ad l. si uxor. 13.

Versi. Planè, siue iusta vxor fuerit, siue iniusta &c. } Scot. si ciuis Romanus Latinæ conditionis vxorem duxisset, iniustum matrimonium non erat. Liui. lib. 43. eiusmodique filij censebantur libertini. Hæc vxor erat pro concubina, quo ad reliqua: sed quo ad hanc l. erat pro vxore. vide l. 5. sup. de iur. delib.

§. Iudex, uers. Periniquum enim &c. } Scot. Facit Oseæ. c. 4. vide adag. 1918. Facit 32. q. 6. cap. fina. Arist. in œcono.

Glos. uerb. vulgaris. hoc est contra &c. } Scot. vulgaris vxor, quæ. Alciat. lib. 2. Parerg. c. 40.

Ad l. si maritus sit. 15.

§. si. } Scot. Limita, nisi fiat accusatio ad thori separationem, glos. 2. q. 5. c. statuit: quam Roman. sing. 272. dicit nescire legistas, nec canonistas ad hoc.

§. quæritur, uers. si absolutus fuerit &c. } Scot. Absolutio adulteri prodest adulteræ: condemnatio autem ei non nocet, sed admittitur ad agendam causam suam perpensiu, quod obtinere possit etiam gratia. Quod summè notandum.

Ad l. sic eueniet. 21.

Versi. in sua enim potestate &c. } Scot. vnde illud, qui se met ipsum non habet, famum petit.

Ad l. nec in ea. 22.

Versi. multò magis poterit. } Scot. vide Alciat. lib. 2. de verb. signifi.

Ad l. quod ait lex, cum in filia. 23.

Scot. Rectè adest, in, licet absit in codice Bud. cum tamen ipse legat cum Accursio, in vxore, non cum vxore, in prin. l. capite quinto, inf. eo. sic vtrobique legendum. Ita enim conueniunt cum Solonis, Draconisque verbis, de quibus mox. Adde verba hic posita, in ipsa turpitudine, & in rebus Veneris. Facit l. cum secundis §. 1. uerb. ibi eaidest, cum ea, ut ibi glos. sup. de ijs quib. vt indign. Sic loquitur Cicer. in 3. Paradox. Alciat. lib. Parer. 2. c. 25. legit, ἐν ἔργῳ idest, in ipsa re. Aliàs si hæc verba ex Lucia non (vt ait) deprompta sequamur, nullus erit legi locus. Quis enim pudenda in pudendis habẽtem possit deprehendere è. Martia. Deprehensum in puero &c. lib. 11. in pro cum. Vide Steuch. in recognit. uete. testa. c. 18. Gene. Verba autem in ipsa turpitudine, habes etiam in l. mariti lenocinium. inf. eo. Hunc autem actum ita describit Martialis, accessi quoties ad opus, mistisque mouemur Inguinibus. Calep. verb. Inguina. De verbis Sol. & Draco. Moder. in annot. in Matth. c. 19. uerb. duo in carnem vnam &c. Hæc autem lex procedit etiam in muliere prægnante. Bart. l. Imperator. ff. de stat. homi. Man. apopht. 128.

Glos. uerb. in ipsis rebus. } Sunt enim res Veneris &c. ibi, post oscula. Vide l. si a sponso. vbi Bald. C. de donat. an. nupt. ibi, factum. vide Ouid. lib. 9. Metamorph. ubi Commenta. Neuiz. in syl. nupt. ch. 83. col. 3. Glos. autem fallitur exponendo res veneris, idest, antecedentia ipsum scelus, scilicet apparatus &c. Vide Bud. hic.

§. Quod ait lex Iulia, add. margin. iste text. secundum Bart. est valde nota, &c. per borem &c. } Scot. immo etiam per horas, verb. interpositis horis.

Ad l. marito quoque. 24.

Versi. sed non quemlibet, vt patri. } Scot. fortiora sunt iura patris, quàm mariti. l. fœminæ. vbi Bald. ff. de Senato.

Vers.

Versi. quinè seruus erit. } Scot. Vide l. qui occidit. sup. ad leg. Aquil. Primus autē occisor adulteri fuit Hyettus, qui eo occiso (fuit ille Molyrus Arisbantis filius) abiens Argis in exilium, fugit ad Minyerum, seu Orchonemiorum Regem Orchonemenum, qui eum parte regni donauit. Cuius ex legibus ab ipso Hyetto præscriptis suo regno, tum aliorum quorundam facinorum impunitas est constituta, tum si quis adulterium puniat. Hæc Pausanias lib. 9.

Ad l. capite quinto. 25.

Versi. adulterium cum uxore &c. } Scot. in, legit Bud. sup. in l. quod ait. & rectè: cum legatur in d. l. quod ait; cum in filia adulterum deprehenderit. Licet in Bud. Codice absit in d. l. quod ait. in princ. Adnotaui ad Bud. & etiam Accur. hic prius legit, in vxore: & declarat, id est, cum vxore. Similis tex. & glo. in l. cum fecundis. §. 1. sup. de ijs quibus, vt indign.

Ad l. mariti lenocinium. 29.

§. ult. uersi. cum eum publicam nim &c. } Scot. vide §. item lex Iulia. Inst. de publ. iudic. vbi Fran. Arret. in figuratione casus.

Ad l. nihil interest. 32.

§. fina. uerb. consilio fuit. } Scot. id est, consuluit.

Ad l. si adulterium. 38.

Glo. uerb. cum priuigna alij nupta. & sic de &c. } Scot. de nouerca suprà l. si quis adulterium. uersi. forsitan filiam in nouercam.

§. Incestum autem &c. } Scot. vltrà nota. hic per Doct. ad hunc versi. vtique si error &c. vide Ias. in l. cum quid, col. ante p. si cert. peta.

§. Imperatores, uersi. difficillimum enim est iustum &c. } Scot. Senec. in Troade, est quidem iniustus dolor Rerum æstimator. De hoc dolore Salomon in prouerb. Iuuen. Satyr. 10. Valer. Maxi. lib. 8. c. 1. §. pen. & lib. 6. c. 1. de Caio Mario.

Versi. & magis, quia plus fecerit &c. } Sco. Habes hic tex. de excessu.

Ad l. vim passam. 39.

Scot. Rapta dicitur vim passa, potius quàm violata. in Lombar. tit. de rapt. muliet. l. qui sponsam.

AD LEG. IVL. DE VI PVBLI. Tit. 6.

Ad l. qui dolo. 10.

§. fin. } Scot. addidi inf. tit. prox. l. 1.

Glos. d. §. fi. uerb. aqua, & igni. cuius loco est hodie deportatio &c. } Scot. Quę etiam deportatio desijt esse in vsu. Vndè facta est arbitraria. Corn. cons. 175. li. 3. Cranet. consi. 19. num. 17. ubi nititur etiam euitare condemnationem triremium, immemor pœnas debere commensurari delicto, auth. omnes peregrini. C. commu. de success. l. 1. §. sed si, suprà, de abig.

d. glos. uersi. ubi dicitur, quòd omnia bona perdit &c. } Scot. sic erat tempore Ciceronis, vt patet ex eius verbis ad Brutum, relatis a me tom. 1. Respons. lib. 3. respons. 21. sub nu. 17.

AD LEG. IVLIAM DE VI PRIVATA. Tit. 7.

Ad l. 1.

Scot. Cicero in episto. ad Brutum, loquens de liberis Lepidi, apertè ostendit, publicatione bonorum punitum fuisse damnatum de ui. Eius verba retuli resp. 21. prox. citato. Sed cõsidera an loquatur de publica, an de priuata.

AD LEG. CORNEL. DE SICAR. & venefic. Tit. 8.

Ad l. 1.

§. Item diuus Adrianus. } Scot. Not. vt per Angel. in l. vt vim, & Ias. ibid. colu. antep. ff. de iust. & iur. Habes exemplum apud Cicero. in oratio. pro Milo. de absoluto a C. Mario.

Ad l. 3.

Glos. §. qui hominem libidinis. uerb. libidinis, quis luxuriosus, &c. scilicet refrenandæ &c. } Sco. immo vt diutius eis abutantur, domini pueros eunuhant. Facit de abusu glos. c. sicut eunuchus. 1. q. 1. Martial. autem tribuit Domitiano legem, ne fiant eunuchi, lib. 6. Lusus erat &c. Lusus & immeritos execuisse mares. His solæ vtuntur reginæ, inquit Terent. Martia. cur tantum eunuchos habeat tua Gellia quæris, Pontice? vult esui Gellia, nõn parere.

§. pen. uers. solent uel bestijs subijci. } Sco. Auget, quia prius est deuorari a bestijs, quàm capite plecti.

Ad l. is qui seruum. 6.

Vide de Mario Prisco. Plin. libro 2. episto. 11. epist. iunge l. 1. & l. pen.

§. fi. } Scot. Agens, & patiens pari pœna plectuntur, id est, castrans, & qui volens castratur.

Ad l. si mulierem. 8.

Scot. vide Hostiens. & Io. Andr. c. sicut, de homicid.

Ad l. furem. 9.

Scot. vide Bud. hic facientem nouum text.

Gloss. uerb. periculo. immo indistinctè &c. uersi. uel uerius dic quo nocturnum &c. } Scot. Augustin. aliam ponit in c. 3. de homici. scilicet, quia potest discerni, an veniat ad furandum, an ad occidendum.

AD LEG. POMPEIAM DE PARricidijs. Tit. 9.

Ad l. vtrum. 6.

Glos. uerb. conscij. subaudi, & participes, nam ex sola. } Scot. Bart. hic contrà. Alij aliter. Pro Bartolo facit Seneca in Hercule furente, Hostis quisquis mihi non monstrat hostem. & text. in l. pater. sup. eo.

Ad l. pœna parricidij. 9.

Scot. Iuuen. Satyr. 8. Satyr. 13. Fuit inuenta pœna in culeum insuendi a Tarquinio rege, qui M. Duillium, (Ausilium vocat Dion) quòd librum secreta ciuilium sacrorum continentem, custodiæ suæ commissum, corruptus, Petsonio Sabino describẽdum dedisset, culeo insutum in mare abijci iussit. Valer. Max. li. 1. c. 1. tit. de Tarquin. rege, subijciẽs id supplicij genus non multò post parricidis lege irrogatum esse, iustissimè quidem: quia pari vindicta parentum, ac Deorum violatio expianda est. Pœna ergò parricidij prius est constituta, in crimine læsæ maiestatis diuinæ: Vide etiam Franc. Bal. in ll. 12. tabu. Panuin. ubi trac. de regibus Roman. Primus autem P. Malleolus, maternæ cædis reus, culeo est insutus. Vnde Malleoli culeus. Liuius, & Sabell. tom. 2. pag. 32. Ennead. 6. lib. 2. C. Villius

in

in culeum insutus cum anguibus, iussu patrum in Tyberim deiectus est. Plutarch. in uit. Graccho. Hæc autem pœna non sumebatur, nisi de confesso. Vnde Augustus, vt submoneret parricidij reum & impelleret ad inficiationem, suggessit ei, certè patrem non occidisti. lib. 4. apopht. Vide Tranq. in Augusto.

Versi. uirgis sanguineis. Sco. Ridiculè Coras. in Miscell. iu. lib. 1. c. 5. vult legi sagmineis ab herba sagmine. Quomodo enim virgæ, ex herba? Benè gl. sanguineis, id est, de illo ligno, pars sequens gloss. ridicula est.

Versi. cum cane, & gallo gallinaceo, & uipera, & simia. Scot. Quare hæc animalia simul ponantur, vide Cardanum lib. 10. de subtilitate.

Versi. secundum diui Adriani constitutionem. Sco. & bene, quia apud maiores non obijciebatur bestijs; ne eis, si tantum scælus attigissent, immanioribus vterentur, vt ait Cicer. in Oratio. pro Sexto Roscio Amerino.

Glos. uerb. in culeo. de corio cocto. Scot. vide Bud. lib. 5. de asse, seu fol. 142. ubi quid erat scorteus, & capax.

AD LEG. CORNEL. DE FALS.

Tit. 10.

Ad l. 1.

Vers. sed & si quis ob denunciandum. Scot. vide Bud. hic, & Spieg. in Lexi. uerb. concussionis rei.

Ad l. si quis legatum. 6.

Versi. Hoc tamen tunc uerum est & c. Scot. Hunc tex. ponderat Arret. in l. nemo potest. col. 2. de leg. 1. quod septem testes sunt de substantia testamenti, pro opinione Bart. ibi. Nam sine illa dicitur testamentum illud nullum.

Ad l. De eo qui. 20.

Scot. si tamen filius sacerdos notarius adscribat patri in testamento alicuius, non incidit in falsum. Bartol. consilio 65. not. Fontan. ad c. fine. de iudic. in sexto.

Ad l. fin. 33.

Scot. Licet allegare doctrinas scribentium, aliàs reprobatas, ad corroborationem, & ornamentum. Corn. consi. 7. uolu. 4. Gozad. consi. 28. sub nu. 32. De falsa allegatione ex Homero, & sententia secura, Alciati præfat. in libell. de eo quod interest. Dixi in præfat. Respons. tom. 1. Taxatur hic per glos. Galosius Papiensis, ut falsus allegator legum.

AD LEG. IVLIAM REPETVND.

Tit. 11.

Ad l. lex Iulia de repetundis. 7.

Versi. in acceptum feratur opus publicum. Scot. No. raram locutionem.

AD LEG. IVLIAM DE ANNON.

Tit. 12.

Ad l. 2.

Versi. aduersus eum, qui contrà & c. Scot. vt dardanariũ, & timiopolam. Vide tex. in l. annonam sup. de extraord. crimin. exemplum ponit glo. sup. de fer. l. 3. in eo qui accipit pecuniam a vicinis, ne frumentũ suum ad mercatum mittat: vt alij carius vendant. Huc pertinent monopolia: quæ tamen suis legib. vindicantur. C. de monop. tot. tit.

AD LEG. IVLIAM PECVL. ET DE

sacrileg. & resid. Tit. 13. Ad Rubr.

Scot. pœna erat capitalis apud Medos. Sabell. tom. 1. pag. 165. seu Ennead. 2. lib. 2.

Ad l. lege Iulia peculatus. 4.

§. non fit locus. uersi. & pecuniam sepelire quis non potest & c. Scot. concord. Eccles. c. 29. vide apophr. lib. 5. de Dionysio, & diuite aurum habente domi defossum: & c. sicut hi. 41. dist. Didac. Relect. par. 2. §. 1. sub num. 3.

AD LEG. IVL. DE AMBITV.

Tit. 14.

Ad l. 1.

Scot. Decem annorum exilium olim erat pœna ambitus. Crucch. in tract. de comitijs, ch. 70.

AD SENATVSCONS. TVRPILLIANVM.

Tit. 16.

Ad l. 1.

§. Quæri possit, uersi. & Papinianus temeritate & c. Scot. vide sup. ad leg. Iul. Maiest. l. famosi, uersi. quamquã.

DE QVAESTIONIBVS.

Tit. 18.

Ad l. 1.

Scot. Ad horum intelligentiam vide Bartol. l. admonendi. col. 5. de iureiur.

§. Antoninus Seuerus & c. cum quæstio & c. Scot. ex verbis Viuis in c. 6. lib. 19. de ciuit. Dei videtur iure antiquo licuisse torquere seruos in dominos. citat Cice. in Oratio. pro Milone, & pro C. luentio: tamen opponit Cice. in oratio. pro Deiotaro, vbi dixit non posse.

§. Quæstioni fidem non semper, nec tamen nunquam habendam & c. Scot. vide Quintil. lib. 5. c. 4. Tacit. lib. 4. Valer. Maxi. lib. 8. cap. 4. & ibi de septies, & octies tortis. Quid possit timor mortis, seu tormentorum, disce a Petro Principe Apostolorum: & a Gonella morione, seu buffone, & ab alio quodam, solo metu exanimatis. De hoc vltimo tradit Boss. in pract. crimina. tit. de examin. reo. num. 4. de Gonella, vulgatissimum est, quem etiam Doc. dicũt fuisse destructum per l. qui sella, ff. de seruit. rust. præd. & vide Guicciard. lib. 3. in fi. de Sauonorolla. Cic. in Topic. tamen & verberib. torti & c. Texto. in offi. c. de constantib. & patient. in diuers. calib. Pet. Gregorius in Syntax. ciui. iu. li. penul. ubi allegat Cice. pro P. Sylla, uersi. quæstiones nobis seruorum & c. & pulcherrima uerba Viuis d. c. 6. circa usum tormentorum.

§ si quis ultro. Scot. Facit Ouid. 10. Metamorph. Quique in se traxit crimen, voluitque videri Olenus esse nocens.

Ad

Ad l. de incesta, aliàs, in incesto. 4.

Glos. uerb. cessat. pro simplici incestu. } Scot. Respectu adulterij: aliàs nunquam est, saltem sine stupro.

Ad l. si quis viduam. 5.

Glos. uerb. hoc casu. adulterij tantùm, non stupri solius. } Scot. sine quo, vel adulterio, nunquam est incestum, vt suprà ad glos. ult. l. prox.

Ad l. diuus Pius. 9.

Verb. de seruis. } Scot. immo & de liberis, vbi delictum est annexum ciuili causę. c. r. de depos. Alex. cons. 77. num. 8. lib. 1.

DE POENIS. Tit. 19.

Ad l. relegati, 4.

Glos. uerb. ex aliqua causa. magna. & iusta causa est eius uoluntas. } Scot. Glos. not. pro ijs, qui dicunt causam præsumi in principe. Ego refero, ex aliqua causa, ad verba, nemo potest: non autem ad verba, nisi Imperator: vt sit sensus, neminem posse &c. ex aliqua causa, præter Imperatorem.

Ad l. absentem. 5.

Scot. Idem Aristoteles, lib. 1. ca. 10. de cælo. vide in epist. Acont. ad Cydipp.

Versi. satius enim esse &c. } Scot. sic melius est impunitum relinquere, quàm iusto grauius punire. Vide apud Valer. Maxim. libro quinto de Archita Tarentino. Facit ad hoc dict. in hic. l. reo criminis, supra de solut. vbi præstat succurri nocenti, quàm innocentem destitui. Cicer. libro tertio, de legibus Impediri enim bonam rem melius, quàm concedi malè: vide Bud. char. 68. in annot. seu sub §. vindicias filiæ suæ. l. secunda, de origin. iur. considera hoc dictum, & applica. Facit Vergil. libro primo. Aeneid. Quos ego: sed motos præstat componere fluctus. Post mihi &c. vbi Sebastian. Regu. citat. Hoer. Nam præstat auxiliari innocentibus periclitantibus, quàm punire nocentes.

Glos. uerb. satius, idest melius. } Scot. gloss. legit sanctius in l. illicitas, §. illicita. sup. de offic. præsid.

Glos. uerb. denuntiationibus. praconum. } Scot. Hoc reprehendit Bud. hic, volens intelligi de denuntiatione testimonij. allegat l. eadem lege. suprà ad legem Iul. repetund. & quædam ex Cic.

Ad l. si quis fortè. 6.

Scot. vide de alta luuentij Celsi apud Dionis epitomen, in Vespasiano: & Cic. pro Sext. Rosc. de accusatorum malitia.

§. nunc genera pœnarum add. marg. vide uaria pœnarum &c. } Scot. vide Alciatum libro Parerg. primo. capit. vigesimotertio.

Ad l. veluti. 7.

Verb. uinculorum. } Scot. pro personis, vt seruitiorum.

Ad l. aut damnum. 8.

Versi. sed animaduerti gladio &c. } Scot. Facit Rutilius in vita Papiniani, & Menoch. in commentar. recuperan. possess. nono, remed. sub numero 354. de Caracalla, qui increpauit, grauique supercilio reprehendit percussorem Papiniani, quòd non ita, vt iussus fuerat, executus esset mandatum. Gladio (inquit) te, nō securi exequi oportuit iussum meū.

§. in ministerium &c. uersi. & in salinas. } Sco. vide legem. mulier in opus salinarium, infrà de capti. & postliminio reuers.

§. solent. uersi. nam huiusmodi pœna &c. } Scot. l. mandatis. inf. eo. ubi glos. de seruo.

Versi. carcer enim ad continendos &c. glos. d. uerb. ad continendos, donec de delicto &c. } Scot. Probatur hoc Numer. capit. 15. Leuit. capit. 24. Vide gloss. & addit. impressam, & meam ad l. 1. C. de custo. reor. De triplici autem carcere Fusc. in sing. lit. d. sub numero quadragesimo primo. seruus tamen potest damnari ad carcerem perpetuum, vt hac l. in fin. Iure autem Pontificio admittitur hæc pœna perpetui carceris, secundum aliquos. in persona clerici tantùm, non etiam laici, secundum quosdam in vtrisque. Vide Roman. & add. singul. 703. scis. Hoc autem æternis tenebris, vinculisque mandare vocat Cicer. Spieg. in Lexi. verb. æternis. Vide epistolam Scipionis Cartenomachi, de miseria carceris. lib. 12. episto. Politiani.

§. In calcariam quoque. } Scot. Hoc modo potest dici, in gypsariam. Mittere ad gypsum. Iustin. in Nouell. Constitut. 142. mittuntur in gypsum, idest, in gypsariam ad coquendum lapidem, vel fodiendum e terra gypsum, vel in gypsifodinas.

§. Quicumque in ludum venatorium &c. } Scot. Non facit mentionem ludi gladiatorij, de quo Alciat. lib. 1. Parerg. c. 23.

Ad l. moris. 9.

Scot. vide Plin. lib. epist. 5. epist. 14.

Verb. archino fortè. } Scot. Malim cum Budæo legere, archio. Vide quod addidi. inf. ad annotaciunculā ad glo. hoc verb.

Glos. uerb. archino. aliàs dicitur &c. add. marg. archium quid dicatur, quid &c. } Scot. legitque libentius archium.

Ad l. Respiciendum. aliàs, perspiciendum. 11.

Scot. vide 45. distinct. capit. disciplinam. capit. vt clericorum, de uit. & honestat. cleric. Nimia misericordia est delictum: ignoscibilius tamē quam delictum ob nimiam crudelitatem. 26. quæst. septima allegant gloss. capitu. ult. 50. distinct. Old. lib. de testi. rubr. ult. columna quarta, ad fin. Dixi tom. primo. Respons. libro tertio. resp. 11. & tom. secundo, lib. 4. respons. 32. Quòd autem nimia misericordia sit delictum, ostendit etiam Lucret. libro 3. Sic hominum genus est: quamuis doctrina politos constituat pariter quosdam, tamen illa relinquit Naturæ cuiusque animæ vestigia prima. Nec radicitus euelli mala posse putādum est, quin procliuius his iras decurrat ad acres, Ille metu paulo citius tentetur, at ille Tertius accipiat quędam clementius æquo.

Ad l. aut facta. 16.

Versi. sed hæc quatuor genera consideranda sunt septem modis, causa &c. } Scot. Facit illud Ouid. 1, Tristium. Iudicis officium est, vt res, ita tempora rerum, Quærere.

§. Euentus. } Scot. vide Old. de hoc textu, & etiam Bud. hic in annotat. Cicer. in Topic. uersi. ex quo aries &c. Exilium pœna Cayni apud Mosem in Genesi.

Glos. uerb. exilio uoluntario, idest, ad arbitrium &c. Add. marg.

immo uerò uoluntarium &c. } Scot. vide Olden. Nota Phræatteum prætoriū fuisse Athenis. vbi iudicabatur de homicidio inuoluntario. Suid. lit. e. verb. Phreatteum prætorium.

Versi. scriptum est: &c. Add. margin. locum ex antiquis codicibus Pisanis restituit Alciat. lib. Dispunct. 1. &c. Scot. Adde Alciat. lib. 2. Parerg. c. 2. Vide etiam de hoc apud Xenophontem lib. 4. in fin. de Cyri minor. exped. & Leonicum lib. 2. capit. 30. Herodo. lib. 1.

Ad l. cogitationis. 18.

Scot. vide Reg. 1. ca. 24. Gell. in Noctib. Attic. Fely. in tracta. an affectus puniatur, non secuto effectu. Card. Grima. in Commentar. epist. ad Rom. ca. 7. uersi. quid ergò, & uersi. seq.

Ad l. si pœna. 20.

Verb. commenticio iure. } Scot. idest, positiuo, vt vulgus loquitur.

Ad l. sine præfinito. 23.

Scot. vide Ias. in l. ita stipulatus, columna. 3. de uerb. oblig.

Ad l. eorum. 24.

Scot. vide de amouente picturam alienam sine causa, Mantuam Bona. apopht. 6.

Ad l. si diutino. 25.

Scot. §. in reatu constitutus, idest, accusatus, infrà, de iur. fisc.

Summarium. Qui heri, aut nudius tertius commisit adulterium, magis punitur, quàm qui commisit quinque annis elapsis. Vide gloss. } Scot. & Curt. c. ult. de consuetudin. 1. not. post Moder. Prò vulgato autem sensu huius l. facit illa Ouidiana. 2. Trist. Non quoque iampridē scripto peccauimus isto, supplicium patitur non noua culpa nouum. Criminaque ediderant, cum te, delicta notantem? Prætorij toties irrequisitus Eques. ergò quæ iuueni mihi non nocitura putaui scripta parùm prudens, nunc nocuere seni. Sera redundauit veteris vindicta libelli: Distat & a meriti tempore pœna sui. Sed sensus iste communis est fatuus. d. c. fina. de consuetud. l. inficiando. §. infans. ff. de furt. Ideò vide Alciat. lib. Parerg. 2. cap. 10. vbi quid reus, quid reatus, post Bud. hic, & in l. uestes, sup. de iniur. pro quarum sensu facit l. aut damnum. §. Quisquis. ibi, ne illud, sup. eo. Facit etiā quod tradit Iosephus lib. 14. antiquit. cap. 18. Cicer. pro Milo. colum. ult. Sueton. in Domitiano. c. de cle. & larg. uersi. reos qui &c. Nota quòd Alciat. videtur secutus communem errorem col. 28. in fin. & sequen. lib. 1. num. 97. de verb. signifi. licèt rectè vocem reatus & ibi explicet, & in cap. cum non ab homine, num. 39. de iudic. decis. Neapol. 287. scribit quòd per hanc l. potest concordari homicidium propter uetustatem.

Glos. uerb. in reatu, idest, in expeditione &c. uersi. tertij dicunt &c. vt in pactu &c. } Scot. Nota ridiculum, Pasta autem Lannè massa dicitur. Calep. uerb. massa. Adde quòd dicitur pasta, quasi pacta, idest, compacta: quia farina, & aqua compingatur. Facit Steuch. Cosmopœia char. 27.

d. glos. uersi. quarti, dicunt in reatu, id est in carcere &c. } Scot. Hæc particula proximat vero intellectui, de quo suprà notaui. Et vide Grammatic. consilio sexagesimotertio. numero quinto. Idem consilio trigesimonono dicit hanc l. iniustissimam appellasse Alfonsum secundum Regem Aragonum. Refert Fulc. singul. 8. lit. d. & benè, secundum intellectum Doct. Facit ad hanc l. secundum intellectum Doctor. episto. Plin. trigesima quarta libro decimo.

§. Non potest quis &c. } Scot. præcipitabantur è saxo, & è robore. Vide Sigon. lib. de iudic. Habes Paralip. 2. cap. 25. decem millia hominum præcipitata crepuisse. etiam Lapidario fuit in vsu pop. Roman. Quòd colligitur ex historia de responso Casellij super pomo contrà Vatinium, de qua historia post Macrobium, Forcat. in Penu iuris ciuilis. c. 18. & Alc. lib. Parerg. 6. c. 2.

Ad l. capitalium. 28.

Versi. ad furcam damnatio. } Scot. Suffocari molestissimū est. Galen. Vide Alciat. lib. 1. Parerg. cap. 23. ex Paul. lib. sentent.

Versi. uiui concremationem, tamen eo quòd postea id genus pœnæ &c. } Sco. Apud Roma. intellige, & de ipsorum legibus. Alioqui habes de viui concrematione Genes. c. 38. Leuit. c. 20. & c. 21.

Versi. uel cum fustium ictui subijcitur. } Scot. vide de fustuario, virgatione, & flagellatione, de honestioribus, & tenuioribus Texto. in officia. de varijs generibus tormentorum.

§. Incendiarij, in fi. } Scot. per hunc text. videtur idem esse in metallum damnari, & in opus metalli, quia nullus gradus horum apparet. Vide l. aut damnū. §. inter eos. l. moris. §. sed enim. supra l. penul. infrà de uar. & extraordin. cognitio.

§. famosos. Summar. Bar. iste §. intelligitur duobus modis, uno &c. alio &c. } Scot. nec abstinent cæde. infrà uerb. interemptorum. & uerb. homicidia. Facit Luc. capit. decimo. uersi. homo quidam descendebat, vide autem text. in authen. sed nouo iure. C. de ser. fugit. ubi uide Bartol. ad intellectum huius §. & Fontan. in add. ad gloss. clemen. prima. de homicid. contrà cuius intellectum facit princip. huius legis.

Glos. §. famosos. uerb. grassati sunt, idest, consueuerunt &c. uersi. uel grassati, idest, ubi frequenter obsederint itinera publica nam si semel &c. } Scot. Vide Iaso. §. ex maleficijs. columna. 2. Instit. de actio. & dic grassati sunt latrocinio, & aggressura. lege, cæteræ. supra famil. ercisc. Furantur autem fures, prædantur verò latrones. capit. 2. de furt. Qui etiam latrones, prædatoresve, & percussores, plus scæleris committunt in vijs stratis delinquendo, quàm in alijs. Calep. uerb. stratum.

Glos. uerb. furca. aut clàm aliquis surripuit &c. } Scot. De pœnis furum, & latronum famosorum, vide Bartol. in l. Leuia. in princip. suprà de accusat. gloss. & Doctor. in authen. sed nouo iure, C. de ser. fugit. ubi distinguitur famosus fur, a famoso latrone. Et iste text. habet locum in famosis latronibus homicidis tantùm. in grassatoribus non, suprà. §. grassatores, nec furibus. Facit Horat. Satyr. 3. cum dicas esse pares res furta latrocinijs, & magnis parua. Vide etiam l. cum duobus. §. damna, & ibi glos. sup. pro soc.

d. Glos.

d. Glos. uersi. sed secundum Longobardam &c. Scot. Quæ tamen Iustinianus reprobat, in auth. vt nulli iud. §. pen. Non tamen intelligas quòd reprobet leges Longobardorum. Nam vixit ante Longobardos duobus sæculis.

Ad l. qui vltimo. 29.

Versi. qui ad bestias damnantur. Scot. æquiparatur hoc gladio. §. si quis allegat. hic in gloss. hoc verb.

Ad l. Ad bestias damnatos. 31.

Vers. Claudianum Senatusconsultum &c. Scot. Vespasianus autor senatui fuit decernendi, ut quae se alieno seruo iunxisset, ancilla haberetur.

DE VSVCAP. PRO EMPTO. Tit. 26.

Ad l. si contra. 2.

Glos. uerb. seruari. Idem si uendi prohibuisset &c. Scot. Per hanc glos. dicit Bald. extra in rubr. de pact. col. 2. quòd si promisi non uendere tale quid alicui, nisi tibi: non potero hoc casu etiam alicui donare.

Ead. glos. uers. & nota propter peritiam &c. Scot. vide Bartol. alter soluentem in l. filiusfam. §. diui. ulti. hic alleg. oppos.

DE ACQVIR. ET RETINEN. POSS. Tit. 32.

Ad l. donatarium. 3.

Glos. uerb. alioquin, idest, si non quaeritur infanti &c. uers. sicut haereditatem acquirit tutor &c. Scot. vide Cyn. hic, Alex. in l. 1. in princ. col. pen. num. 41. ff. de uerbo. obligat.

Ad

Ad l. licet. 4.

Glos. uerb. metus. scilicet, ne in personas deteriis. secus aut. &c. } Scot. vide l. quod meo. §. fin. ff. eo.

Ad l. ex libris. 12.

Scot. Ad hoc, vt habeat locum hæc l. quid requiratur, Corn. conf. 8. videtur. c. 4. uol.

Glos. uerb. cuiuscumque rei mobilis, uel immobili &c. } Scot. Et constituente, vt per Doct. in Lexitus. ff. eod.

Scot. vlti. verb. d. l. quæ est, seruata, superfluit, stante verb. salua, ad quod non fuit animaduersum.

DE PRAESCRIPT. LONG. TEMP. Tit. 38.

Ad Auth. malæ fidei.

Scot. Ad intellectum huius Auth. vide Ang. Arret. in §. furtiuæ. Instit. de vsucap. post Ias. & alios in l. Pomponius. §. cum quis. col. 3. ff. de acquir. poss.

Ad l. fina. 12.

Glos. uerb. idest, in una prouincia &c. *uers. sed in eadem ciuitate* &c. } Scot. Reputatur singul. per Bald. & Angel. hic; de qua per Ias. in l. 1. col. 6. de offi. eius. l. imperium. de iurisd. om. iud. ubi sequitur limitationem Ang. hic ad hanc gl.

Glos. uerb. diuino. Nota diuinitas &c. *uers. & decretum diceis* &c. } Scot. 16. q. 3. c. fin.

SI ADVERS. CRED. PRAESCRIPT. oppo. Tit. 36.

Ad l. 1.

Summar. Bart. uers. excepto a creditore &c. } Scot. Lege, debitore.

Scot. Aduertas ergò, an in instrumentis adsit constitutio precarij, uel constitutum simplex. Et vide decis. Neap. 1;9. vide simile per Maran. in Spec. vbi agit de materia interdictorum. vide gl. in l. alienatio. ff. de contrah. empt.

DE QVADRIEN. PRAESCRIPT. Tit. 37.

Ad l. bene a Zenone. 3.

Scot. Hæc l. non habet locum in ecclesi. vt per Roma. sing. 612. vide multas limitationes per Iacob. de sancto Georg. in tracta. de feud. uersic. sed an Princeps. nu. 10.

§. 1. *uers. non a fiscalibus rebus, sed ex priuata* &c. } Scot. Nota res fiscales differre a priuatis rebus principis.

§. *& nemo uidetur, uers. uel panes ciuiles* &c. } Scot. Annonas ciuiles appellat Leo, in l. hæreditatis, supra, de hæred. instit.

DE PRAESCRIPT. XXX. VEL XL. ANN. Tit. 39.

Ad l. sicut. 3.

Vers. uel præscriptione. } Scot. Lege, persecutione, vt etiã in glos. verb. persecutione extraordinaria &c.

d. glos. persecutione extraordinaria, ueluti &c. } Scot. Singu. dicit hanc glos. Bal. hic, de qua vide Ias. l. 1. col. 7. ff. de iurisd. omn. iud.

Ad l. cum notissimi. 7.

Glos. §. quam obrem, uerb. prorogari. sed cum &c. *uers. resp. non tollitur* &c. } Scot. Facit glos. 1. uers. inefficacem. supra, si aduers. credit. præscrip. oppo.

Ad l. si quis emptionis. 8.

§. *sed hac super illis detentatoribus* &c. } Scot. De intellectu, vide Alexã. in l. 4. §. Cato. col. 3. cum seq. ff. de verbo. oblig. Bart. l. quidam in suo. de condit. insti.

Ad l. fin. 9.

Vers. cum fortes humana multa sint. } Sco. Arist. lib. 1. Ethic. ad Nicomach. multæ mutationes in uita fiunt, variæque fortunæ.

Glos. 1. uers. & sic istis casibus cessantibus, dicebat Aldri. non perpetuari &c. } Scot. videntur tacitè sentire cum Aldrico doctores nostri, dicentes litem non prosequentem, non intelligi interrumpere præscriptionem. Soc. reg. 304. Fallent. 2. & reg. 308. fall. 2.

DE ANNAL. EXCEPT. &c. Tit. 40.

Ad l. 1.

§. *ne autem imperfecta* &c. *Summar. hodie filiosa* &c. } Scot. vide l. qui se grauatos. in fin. C. de cens. & censib. lib. 11.

DE ALLVVIO. ET PALVD. &c. Tit. 41.

Ad l. 2.

Scot. vide Herod. lib. 2. de simili lege condita per Sesostrim antiquissimum regem Aegypti.

Ad l. ea quæ per alluuionem. 3.

Scot. vide aliam legem horum Impp. ad Cyrum præfectum orientalium, incip. semper magnum &c. in C. Theod.

Vers. neque a quolibet peti, nec separatim censeri. } Scot. vide consi. 1. ad fin. post tracta. Petri, de collectis.

QVOMODO, ET QVAN. IVD. Tit. 43.

Ad l. consentaneum. 8.

Glos. uerb. ad cogendum eum. No. fieri citationem re, & uerbo, & hoc per &c. } Scot. Hanc conclusionem tenent communiter docto. in l. 2. contra gl. ibi, de iurisd. omn. iudic. Sed facilè posset teneri contrarium, vt ibi per Modern.

DE SENTEN. EX BREVICVLO recitan. Titul. 44.

Ad Rubricam.

Scot. Ita legit Accursius, in l. diuus. de in integr. restit. ff. & glos. ter, aut quater in ca. fin. de re iudic. in 6. Alciat. lib. Dispunct. 1. c. 16. ita & ipse legendum putat. Qui tamen lib. 4. de verbo. signif. legit, sine periculo.

Ad l. 2.

Glos. uerb. recitauit. & sedendo &c. } Scot. vide Matth. c. 19. facit Luc. 14. uerbo, prius sedens, & uerb. sedẽs prius, & c. 16. uerb. sede cito, cum simil. Sedendo autem dupliciratione. Prima est, quia sedendo anima fit prudentior, ex Hieronymo; Secunda est ne stando fumant officium aduocati. l. quisquis, hic alleg. Azo in sum. supra. Et quæ des. aduo. par. iud. suppl.

DE

DE SENTENT. ET INTERLOCV. omn. iudic. Tit. 45.

Ad l. prolatam. 4.

Glos. un. uers. cum ibi sit peruersus ordo &c. } Scot. Maior est præposteratio unius ad se ipsũ, quàm ad aliud. Facit l. legem. supra, de natur. lib. ubi maius est uitium quod intra est, quàm quòd extra. vide Ias. l. 1. §. si quis simpliciter. col. 2. in fin. cum seq. ubi ad id allegat hanc gl. de verb. oblig.

Ad l. nemo iudex. 13.

Vers. cum non exemplis, sed legibus. } Scot. Facit c. lator. 2. q. 7. uide l. ult. infra, quib. res iud. non noc.

Ad l. cum Papinianus. 14.

Scot. vide c. 2. de mut. petit. & l. debitor. §. 1. ff. de legat. 2.

Ad l. fin. 4.

Scot. Ad intellectum l. huius, vide Abb. in c. pastoralis. col. 2. de appell.

DE FRVCTI. ET LITIS EXPENS. Tit. 51.

Ad l. 2.

Glos. uerb. accepit. Nota, quòd post &c. } Scot. Faciunt notper illum tex. in c. fin. de concess. preb. lib. 6. in glo. fin. & in marg.

DE EXECVT. REI IVDIC. Tit. 53.

Ad l. 1.

Glos. 1. } Scot. vide Alex. in rubr. supra, qui admitt.

Ad l. stipendia. 4.

Glos. 1. vers. idem in præbendis &c. } Scot. Stipendia militum, & præbendæ clericorum comparantur.

DE VSVRIS REI IVDIC. Tit. 54.

Ad l. 3.

Scot. Non sequitur quin statim possint conuenire ad sortem, absque vsuris, inquit Alciat. lib. Parerg. 1. cap. 32.

Vers. ultra quatuor menses. add marg. glos. 2. in c. præterea &c. } Scot. Sed hanc l. iunge cum l. si debitori. ff. de iudi. uers. modicum autem.

Glos. uerb. porrectæ, repeto ultra &c. add. in corpore. Aduertas quòd Bart. hic &c. reprehendit hanc glos. &c. } Scot. Cuius similem habemus in l. si debitori, in glo. fin. ff. de iudic.

SI EX FALSIS INSTRVMENTIS &c. Tit. 58. Ad Rubr.

Scot. Hic titulus, & l. diuus. ff. de re iudic. habent locum, etiam si fuerint producta instrumenta falsa absque dolo partis. Ita Bart. in l. si ex falsis. in glos. verb. præcipimus. supra, de transact.

DE APPELLATIO. Tit. 62.

Ad l. a proconsulibus. 19.

Glos. 1. } Scot. Datis a principe, non a præfectis. singul. Alex. in rubr. de offi. eius, cui mand. est iurisd. col. 5. circ. med. per text. l. 1. §. a præfecto, de leg. 3.

Ad l. præcipimus. 32.

Glos. uerb. intelligant, ita quod &c. uers. & ff. de aur. & arg. lega. l. 1. } Scot. l. ult. infra, de ædif. priua.

Vers. priuato homini (idest non illustri) lite &c. } Scot. Nota priuatum hominem esse, qui non est illustris.

Ad l. si quando duciano. 36.

Scot. Sic in l. 2. supra, de offic. milit. iudic. habes Comitianum officium, idest, Comitis, sicut hic ducianonidest, ducis.

Ad l. fin. 37.

Glos. ult. §. fin. uers. ut dixi in uniuersali. } Scot. vide Azo. in sum. supra, de eden. col. 3. post nu. 15.

DE TEMPOR. ET REPARAT. appellat. Tit. 63.

Ad l. 2.

Glos. uerb. executioni. sed nonne &c. uers. perinde est ergo, ac si &c. } Scot. l. fin. §. pen. uers. tanquam si ab initio, infra, eod.

QVAN. PROVOC. NON EST NEC. Tit. 64.

Ad l. 1.

Summar. Salyc. contrà sententiam &c. non potest. } Scot. In eadem instantia. Ita intelligitur hæc l. Orian. cap. quoniam contra. ch. 7. de probatio. Secus in diuersa, nisi opponatur exceptio rei iudicatæ. Orian. ibidem.

Glos. 1. uers. sed quæ est ratio &c. } Scot. Adde quòd hęc sententia secunda nõ ualet, etiamsi in eam partes consenserint. glo. & Bald. in l. si diuersa, supra, de transact. nisi tacitè, puta in alia instantia nõ opposita exceptione rei iudicatæ. vide Orian. vbi supra, & imputet sibi qui non excipit, sicut qui non replicat. Alex. l. qui Romæ, §. fin. post nu. 26. de uerb. oblig. Sic spontè litigat, qui non excipit. de ferijs, l. 1. ubi Bald. ff. de fer.

Ad l. 2.

Glos. uerb. palam est. non ualet ergò &c. uers. sed dic quòd si expresse &c. uers. ubi autem non exprese &c. } Scot. vide gl. in l. si furti. supra, de infam.

Ad l. cum non eo die. 6.

Scot. Not. quòd præses prouinciæ dat iudicem, & supra, l. 2.

QVO. APPELL. NON RECIP. Tit. 65.

Ad l. quisquis. 6.

Glos. uerb. innoluat, scilicet, superior iudex. } Sco. Imò mulcta viginti librarum argenti.

SI DE MOMENTA N. POSSESS. fier. appellat. Tit. 69.

Ad Rubricam.

Scot. Dicitur momentaria in l. un. vbi de possess. agi oport. & in l. si secundum veram lecturam, Qui legit perso. l. momentariæ, infra, vnd. ui. Et Bald. in c. cum dilectus. de caus. possess. & propriet. not. 3. iunct. uers. ult. uidetur intelligere omnem possessionem esse momentaneam. Sed nu. 8. vidétur appellare momentaneam, eam de qua pronunciatur in eadem

eadem sententia ad ordinem iuris seruandum. Quod fit, cum in eodem libello cumulatū est possessorium & petitorium.

Ad l. 1.

Glos. uerb. momento. idest, possessione momentanea &c. uers. uel tertio, ut dixi supra, qui legit. person. l. fin. Scot. Scilicet propter celerrimam expeditionem, qua vtendum est, vt ibi glo. 1. uers. ult.

Ead. glos. respon. quia est interlocutoria &c. Scot. Ita dixit text. in c. ei qui. §. de possessione. 2. q. 6. sed uide qđ addidi ad Bal. hic.

Glos. uerb. reformationem, idest, institutionem &c. Scot. vide l. ult. ad fi. supra, de ijs qui ad eccles. confug. uerb. reformandis.

QVI BO. CED. POSS. Tit. 71.

Ad l. 1.

Scot. vide ante gl. vers. sed utrum, in c. peccatum, de reg. iur. lib. 6.

Ad l. legis Iuliæ. 3.

Scot. vide Alcia. lib. 2. Parerg. ca. 47. vbi pulchrè de cessio. bono. deque hodierna cessorum pœna. Tamen Troama. in Rosel. de Cas. uerb. restitutio, vlti. ad fi. princ. dicit statuta, & consuetudines super vituperijs cessorum, non esse seruandas, secundū docto. uide Alex. cons. 210. nu. 10. lib. 2.

Scholia Federici Scoti Iureconsul. &c. ad Octauum Librum Codicis.

VNDE VI. Tit. 4.

Ad l. si quis in tantam. 7.

Scot. Non cadit in pœnam huius l. quem tuetur præsumptio iuris. Innoc. cap. cum in officij. de testam. Bald. in Auth. licentiam. col. ult. C. de episc. & cleric. Cępol. consil. 4. in fi. quod procedit etiam in priuato. Marsi. sing. 157.

Add. marg. ad uerb. in tantā, qua incip. Concord. cum hac l. &c. Scot. Et ecclesia non amittit proprietatem, si prælatus & capitulum deliquerit: sed hi tantum duo rei debendi condemnantur in æstimationem rei. Bald. in prælud. feud. in fi.

Ad l. momentariæ. 8.

Vers. quippe cū a sententia lata &c. sed a sententia super &c. Sco. Fortè posset considerari, an absoluatur reus, an condemnetur: vt primo casu non possit appellari, secundo possit, sicut in simili dicitur de sententia super alimentis, a qua condemnatoria non appellatur, absolutoria appellatur.

Ad l. fin. 11.

Vers. hoc ad alios modis omnibus &c. Scot. Concord. l. vn. de colo. Illyr. lib. 11. C. vide l. item veniunt. §. item eos. ff. de petit. hæred.

SI PER VIM, VEL ALIO MO. &c. Tit. 5.

Ad l. 2.

Vers. quia negotiorum merita &c. Scot. vide adag. 2050. Cic. ad Attic. lib. 7. epistol. Quarto nonas, vbi affert principium Hesiodici carminis, quod totum ponit Ald. ad eum, & attribuit versus Phocylidi. vide d. adag. 2050.

DE AEDIFIC. PRIVA. Tit. 9.

Ad l. 1.

Glos. ult. uers. sicut fit Florentiæ in turribus &c. Scot. Ias. in §. æquè. Instit. de actio. num. 44. legit turibus.

Ead. glos. uers. & l. præses. Scot. l. qui luminibus. ff. de seruit. urba. prædior.

Ad l. 2.

Glos. uerb. aspectus, ut si, ne quid &c. Scot. l. prætor ait. §. hoc interdictum prohibitorium est. ff. de oper. no. nunciat.

Ad l. 4.

Vers. centesimis usuris. Scot. Alij omittunt verbū hoc.

Vers. Placitum antiquitatis. Scot. Alij legunt antiquitus.

DE OPER. PVBLI. Tit. 12.

Ad l. omnes. 7.

Scot. vide Vitruuiū lib. 10. in princ. vbi de lege Ephesiorum super architectis.

Ad l. omnes. 11.

Vers. pro uiribus singulorum &c. Scot. De mobilibus intelligit istud, pro viribus singulorum, cum deinde sequatur de immobilibus. Antibolus tracta. de muneribus. §. nunc transeo ad secundum. sub nu. antepen. & nu. pen.

Ad l. fin. 21.

Scot. videtur maior laus perficere opus imperfectū ab altero relictum, quàm nouum construere.

DE PIGNOR. ET HYPOTH. Tit. 14.

Ad l. 1.

Glos. uerb. redigere. quod semper præsumitur &c. Scot. vide Bald. & Moder. in l. creditor. ff. si cert. pet.

Ad l. vsucapio. 7.

Glos. 1. Scot. videtur glos. intelligere ius pignoris nō extingui triennio in mobilibus, licet hæc usucapiantur triennio. glos. l. in rebus, §. omnis. uerb. vsucapionum. in fi. supra, de iur. dot.

Ad Auth. hoc si debitor.

Addit. in corpo. sub glo. 1. uers. & Azo in sum. isti titu. Scot. Licet hic non, vt supra, in glo. uers. uel secundum Azo.

QVAE RES PIGNOR. OBLIG. poss. &c. Tit. 17.

Ad l. fin.

Vers. quàm futurarum. Scot. Bona præsentia, & futura obligari possunt. l. si quis obligatum. ff. qui si. manumiss. ad libert. l. ab eo. sup. de seru. pign. da. manu.

QVI POTIORES IN PIGN. HABEANTVR. Tit. 18.

Ad Auth. si quis vult.

Scot. Infra, de infanti. expos. in Auth. habentur hæc verba: quod per Iustinianum ad ius commune liberi ventris reductum est.

Ad l. 2.

Glos. ult. uers. & l. illud. Scot. vide infra, de distract. pignor. l. si residuum.

DE PRAETOR. PIGNOR. Tit. 22.

Ad l. 1.

Glos. ult. uers. in omnibus. Scot. Lege, in nominibus, sed hodie legitur, mouentibus.

Ead. glos. uers. & confitente debitum. Scot. vide Bart. in l. is qui. §. fi. ff. vt in possess. lega. tangit in l. fi. in princ. ff. de donat.

ETIAM OB CHIROGRAPHIAM pecun. &c. Titu. 27.

Ad l. vnic.

Glos. uerb. simpliciter. idest sine pignore. Scot. Imò sine chirographo, quamuis sit, & sic sine pignore.

DE DISTRACT. PIGNOR. Tit. 28.

Ad l. si residuum. 5.

Glos. uerb. oblato superfluo. si autem pecunia non obtulerit &c. Scot. Aliàs si nec offerat, nec confiteatur se paratum, nõ impeditur alienatio: & facta manet firma. l. 2. supra, si antiq. cred. cum sim.

SI VEND. PIGNOR. AGATVR. Tit. 30.

Ad l. si vxor. 3.

Vers. iubebit emptores recepto pretio restituere seruos. Scot. Nihil dicit de vsu, sicut in l. 1. & benè, quia nec dicit de fructibus. Proinde hic agitur de re mobili, ibi de fundo.

DE LVITIO. PIGNO. Tit. 31.

Ad l. 2.

Glos. ult. uers. nam & ibi est plerumque propter casum huius legis. Scot. Potest etiam esse propter casum fideiussoriæ, quæ ex post facto sublata principali consistit. Paul. Castrẽs. l. 1. §. si quis ita. col. 2. circa med. ff. de verb. oblig.

SI VN. EX PLVRIB. &c. Tit. 32.

Ad l. 1.

Vers. pignus uerò insolidum &c. Scot. Nisi in casu l. 1. supra, commu. de leg. ubi Bart. pen. oppo.

DE EXCEPT. SEV PRAESCR. Tit. 36.

Ad l. si quidem. 20.

Glos. 1. Scot. Codex Specu. non habebat hanc gl. nec Codex Io. Andreę. Vide Io. Andr. in add. Specu. tit. de posit. §. 10. Habetur ergo pro noua glos.

d. glos. uers. cum non uideatur promisisse. Scot. Lege, respõdisse. vide Castrens. d. l. 1. §. si quis simpliciter, post Specu. quem alleg.

Ad l. fin. 4.

Scot. Nõ habet locum constitutio hæc in re, de qua lis coram arbitro pendeat. Bald. in l. fin. supra, cõmu. diuid. sequitur Alex. in l. filiusfa. §. diui, col. 6. num. 18. de leg. 1. vbi uide addit. Franc. Curt. allegat consil. docto. Quod intelligo in arbitro voluntatis, non iuris, per not. per Doct. in l. fi. supra, de iudic. ut statuario. Et nota, quòd licet vitium litigiosi impediat alienationem, vt hac l. non tamen impedit confirmationem alienationis præcedentis cõ testationem. Textus est singul. secundum Bal. ibi. in l. si post. de re. uendic. nec confiscationem, ut per Lucan. tractat. de fisco, & priuileg. eius 2. part. sub num. 29.

Vers. ut uera æstimatione facta, cum pretij datio non est &c. Scot. Facit l. fi. cum gl. uers. partem pretij, & glos. seq. supra, de iur. emphyt.

Vers. uel transactionis. Scot. vide Signor. cons. 71. ubi diuersimodè inducitur hæc lex, an transactio sit alienatio. Adde casibus hic enumeratis, casum confiscationis, vt per Iasred. concl. 86. per l. si constante, §. ult. ff. solu. matri.

In casu uers. uel donationis facta. Scot. Lege, diuisionis.

Glos. uerb. transactionis. cum transigo cum eo & c. secund. Ioan. Scot. Dando rem de qua litigatur, vel aliam, ut in l. si pro fundo. supra, de transact. intellige litigiosã ne sit de indubitabili.

Vers. cum quo etiam de eadem re habeo &c. Scot. Alb. post Oldrad. dicit legendum, non habeo. Aliàs eadem esset cum prima. Sed errant isti 1 octo. tum quia repugnat dictio, etiam, proximè posita; tum quia inter non litigantes, & non habentes controuersiã de re, non cadit transactio. l. 1. ff. de transact. tum quia non est verum, quòd sit eadem cum prima: quia in prima res est in litigio inter duos, unum scilicet actorem, & unum reum. in secunda habetur controuersia de re ab vno reo, cum duobus actoribus ex diuersis iuribus uenientibus, iuxta l. is a quo fundus. ff. de re. uendi.

Ead. glos. controuersiam. Accur. Scot. Dando rem de qua litigatur, non ?ed aliam dando, satis potest. Sed cui hoc dubium? Dices tu existente illa alia non litigiosa. Tu ergo intellige de alia litigiosa.

DE CONTRAH. ET COMMITT. stipul. Tit. 38.

Ad l. secundum responsum Domitij Vlpiani. 4.

Scot. vide Restaurum in tractat. de Imper. q. 63. ubi Bald. legit domini: & notat, ut ibi per eum: sed malè.

Ad l. nuda. 5.

Scot. Alc. lib. 3. Parerg. c. 9. ponit intellectum: & declarat quando dicatur conditio existere.

Ad l. fin. 15.

Glos. uerb. momento. hoc enim fieri &c. licet Christus dixerit &c. Scot. Sed facilior est destructio, quàm constructio. Prætera Christus hoc potuisset tamquã Deus, iuxta illud, Dixit & facta sunt. Præterea Christus loquebatur de corpore suo.

DE

DE DVOBVS REIS. Tit. 40.

Ad l. 1.

Add. marg haec lex in quibusdam &c. } Scot. Recitatur per gl. infra, post Auth. hoc ita. in vlt. gl. d. Auth. in fin. mutatis quibusdam, vt ibi adnotaui.

Ad Auth. hoc ita.

Glos. uerb. ad solutionem, nisi renunciauerit &c. uers. Hic ponunt, & habent quidam talem legem, quae non est in codice, scilicet, si duo pluresue rei &c. } Scot. Est l. 1. supra, eo. nisi quòd ibi dicitur, traditione conuentionem in solidum iniuerint, non traditionem communem acceperint in solidum, vt hic. Quidam codices nõ habent d. l. 1. ut ibi habetur in marg. vbi subditur a typographis hactenus fuisse omissam.

DE FIDEIVSS. ET MANDA. Tit. 41.

Ad l. blanditus. 12.

Vers. [illegible] } Scot. Haec suppositititia dicit Alciat. lib. Parerg. 1. c. 4. legitque [illegible]. Abijcit etiam dictionem verborum infr. positam. Limita autem hanc l. in casu l. cum ostendimus. in fi. ff. de fideius. tut. Ias. post alios in l. 1. in prin. col. 2. in fi. de verb. obliga.

Ad l. sancimus. 26.

Scot. vide Alciat. lib. 3. Parerg. c. 20.

Vers. nisi pacti tenor &c. } Scot. Nota posse renunciari purgationi morae: de quo per Alex. l. si insulam. col. 8. limit. 2. ff. de uerb. oblig.

Vers. quòd si secundo tempore &c. } Scot. Not. hunc text. singul. quòd casus eueniens intra tempus purgandi moram, non liberat debitorem. De quo post Barto. qui simpliciter notat, Paul. & post eum Ias. in l. quod te. col. 1. si cert. pet. vbi allegat Barto. & moder. in l. si insulam. q. 7. de uerb. oblig.

DE NOVATIO. ET DELEG. Tit. 42.

Ad l. fin. 8.

Scot. Ex cursu temporis praesumitur nouatio; cum apparet aliud tempore longissimo solutum fuisse, quàm debebat: puta Cortonienses minus ualẽtes pro Imperialibus plus valentibus. Ita Bald. in ca. querelam. col. 2. de elect. vide etiam limitationem ad hanc l. per Barto. in l. ita stipulatus. col. 13. nu. 30. de verb. oblig. per Ias. in l. singularia. sub num. 34. ff. si cert. pet.

Vers. & hoc expresserint. add. marg. scilicet, uerbo, uel de hoc argumentis euidentissimis &c.] Scot. Contra infra, uers. & si non uerbis &c. Quod uerius est: & supra uers. uel quantitatem augendam &c.

Glos. ult. uers. quid enim si multas cautiones &c. } Scot. Non probo. Benè probo exemplum supra, l. 2. in gl.

Vers. ut arg. ff. de praeto. stipul. l. pen. } Scot. vbi ponit hoc exemplum, sed exprimit de ante terminum.

DE SOLVT. ET LIBERAT. Tit. 43.

Ad l. pecuniae. 14.

Glos. 1. uers. qua scriptura dicitur apocha. } Scot. l. si acceptolatum. ff. de acceptil.

Ad Auth. hoc, si debitor.

Scot. Adhoc vt habeat locũ dispositio huius Auth. multa requiruntur, quae ponit Roma. cons. 163. incip. Constitutio Curię, mercator. & dispositionem huius Auth. limitat Alexã. cons. 37. col. 7. uol. 2. & vtrum dispositioni huius Auth. possit renũciari, ponunt Salyc. & Alex. d. cons. 37. & communiter cõclusum est, quòd sic, secundum Pract. pap. in for. libell. act. hypot. uerb. exceptionem solutionis. aliquid per Bart. in Auth. de fideiuss. §. quod autem.

Glos. uerb. cautela. quod scilicet de pretio &c. } Scot. Imò de euictione, vt sequitur. Dic quòd haec gl. debet signari super verb. cautela, vltimo, seu quod sequit.

DE EVICTIONIBVS. Tit. 45.

Ad l. emptor. 8.

Scot. Idem de accipiente insolutum. l. libera, ubi Barto. supra, de sent. & interlocu. omn. iud.

Ad l. super. 16.

Vers. sed autricem conueniri &c. } Sco. No. auctricem, pro autorem, & malè.

Ad l. si post perfectam. 24.

Vers. emptorem, si satis ei non offeratur, ad totius &c. } Scot. Nota singulariter ad limitationẽ huius l. quòd etiã quando satis offeratur emptori, & dentur fideiussores pro euictione, non tenetur emptor ad solutionem pretij, quando appareret in limine contractus euidenter, & notoriè periculum euictionis. Ita est notabile dictum Io. Fabri, in §. nouissimè, Institu. de suspect. tuto. Quod dicit commendandũ memoriae, & alibi se non legisse Ias. in l. a diuo, §. si post aditum, ff. de re iudic.

Ad l. si fundum sciens. 27.

Vers. desiderio tuo, iuris forma negantis &c. } Scot. Negantis non iuris, sed tuo: & clarius fuisset dicere, reddere, quàm reddi.

DE INFANTIBVS EXPOSITIS &c. Tit. 52.

Ad l. sancimus. 3.

Glos. uerb. Paruulus, idest, qui hoc ipso ipso &c. uers. uel dic puerum, idest, infantem, ut restringatur puer &c. } Scot. vt infra, uers. neque enim oportet. & uers. sed neque ijs qui eos nutriendos &c. iunct. uers. & de ijs &c. supra, in rubr.

QVAE SIT LONG. CONSVETV. Tit. 53.

Ad l. 2.

Glos. ultim. uersicu. Hae autem consuetudo patrimonio singulorum &c. quod facere non potest pars maior &c. } Scot. Hanc glos. ponderat Salyc. in l. ciuitas. ff. si cert. peta. ad hoc, quòd uniuersitas non potest ex proprio contractu obligare singulas personas, non consentientes obligationi. De cuius ueritate, uide latè Alex. l. 4. in prin. col. 6. de re iud. ubi Bartol. in vlt. col. tenet contrarium.

DE DONATIONIBVS. Tit. 54.

Ad l. si aliquid. 13.

Scot. Contra vulgarium opinionem, qui putant chi-

rographum

rographum non valere, nisi perscribatur in folio duplicato.

Ad l. vice donatricis. 20.

Verb. uoluntatem eius. } Scot. Ego legerem uoluntate, vt in l. in donationibus. infra, eo.

Ad l. constante. 21.

Glos. in uers. sed ipsam actionem, sine spem &c. } Scot. Hanc glo. reputat singul. Bald. hic, & Cyn. in l. si prædiū. C. de iu. dot.

Ad l. in hac sacratissima. 30.

Scot. Insinuatio donationis non habet locum in ijs, quę pro derelicto habentur Bald. l. mater. col. ulti. supra, de reuocand.

Ad l. in donationibus. 31.

Scot. l. illud supra, de sacrosan. eccl.

Vers. uel alius uoluntatem eius. } Scot. Ego legerem, volūtate, sicut supra. l. uice.

Ad l. sancimus. 34.

§. alias. uerb. nisi glos. uerb. etiam nisi, idest, si non.

Ad l. si quis argentum. 35.

§. similique modo, uers. sed hic &c. } Scot. Deest, &c. vt appa ret ex gl. Probat supra, uers. similique modo, & ver si. & hic nominatim, & uers. & hic mediocris.

§. sin autem hoc minime. } Scot. Nuda conuentio donatio nis pārit actionem. Quòd si paciscar, uel promittam, me donaturum, uel dixerim donabo, non eo porrigitur hęc constitutio, quicquid Accurs. §. per ficiuntur. uerb. manifestauerit. Instit. de donat. & Bartol. in l. iuris gentium. in princ. col. pen. & an dispositio huius. §. dum limitat iura antiqua in dona tionibus inter uiuos, quòd sufficiat nudum pactū, habeat locum in donatione causa mortis, uide latè per Alex. in l. tempus. cum sequen. de re iudic. vbi dicit communem opinionem esse, quòd sic. vide Ang. in §. in personam, colum. 13. Institut. de act. vbi remittunt ad intellectum huius l. Intellige autem agi ex pacto nudo donationis aliquid dandi, non faciendi. Bart. l. si unus. §. pactus. col. 4. nu. 3. ff. de pact.

DE REVOCAND. DONAT. Tit. 56.

Ad l. 1.

§. hoc tamen ius stabit inter ipsos tantum &c. } Scot. Ego legerem, intrà.

Ad l. velles, nec ne. 6.

Scot. Facit l. alimenta. §. ult. ff. de alim. lega. vbi uir & vxor erant socij omnium bonorum.

Ad l. si unquam. 8.

Glos. 1. add. in corpo. hanc l. limita &c. } Scot. vide Socin. in rubr. ff. de liber. & posthu. uersus finem, & latè etiā in l. 1. supra, de pact. ubi limitat notabiliter. Hanc l. repetierunt Ripa & Tiraq.

Ad l. fin. 10.

§. hoc tamen usque ad primas &c. } Scot. vide l. cum hic status, in fi. princ. ff. de donat. int. vir. & vxor.

Vers. si ipse, qui hoc passus est, tacuerit. } Scot. vide ad propositum in add. Ang. de malef. uers. che hai adulterato &c. sunt Alex. & Vgonis de Arimino inuicem aduersantium, ut ibi.

Vers. & non a posteritate eius suscitari concedatur, uel aduersus eum qui ingratus &c. uel aduersus eius &c. } Scot. Tamen videtur, quòd ipse donator etiam aduersus hæredes donatarij possit agere, argumen. huius finis a sensu cōtrario, uel ab exclusione unius. sed Bald. in l. se. . . §. quod si quem. concludit, nec aduersus donatarij hęredes a donatore agi posse. C. si seruus, uel lib. ad decur. aspir. lib. 11. (fortè dicere uoluit l. 1. C. de præd. decur. lib. 11.) Hic autem Bald. intelligit, quod dicitur de successionibus, tam respectu donatoris, quàm respectu donatarij dici, ob uers. supra hac l. uel quasdam conuētiones, vt propter pacta aliud sit. Quod indicatur etiam hic, ubi ante clausulam, uel aduersus eius successores ponitur clausula, uel aduersus eū, qui ingratus &c. quasi deinde non agatur de ingratitudine, quæ transit contra hęredes: sed de inobseruatione pactorum, quæ transit contrà hæredes. Et ita dicit se intelligere hunc finem: licet hęc lex, ut ait idem, multum indistinctè loquatur. Sed ego sentio uers. uel quasdam, speciem in se continere ingratitudinis: cum iūctim ponatur cum alijs, sub vers. donationis acceptor ingratus &c. cum uers. infra, & præfatis malis ab ingrato &c. Item sentio vers. hoc tamen, vsq; ad primas personas &c. de donatore tantum loqui: cuius silentium eius posteritas non suscitat, nec aduersus eum qui ingratus est, nec aduersus eius successores: quasi prima persona rectè uel aduersus ingratū, vel aduersus eius successores querimoniam possit instituere. Nam prima persona est quæ patitur, non etiam eius successores. Item donatarij successores, non debent præferri donatori iam læso. Sed eius causa potior esse debet, quæ contra eorum autorē potior erat. Tum iniuria est personalis, seu ingratitudo, at reuocatio est realis.

Scholia Federici Scoti Iureconsul. & cat. ad Nonum Librum Codicis.

DE ACCVSAT. Tit. 2.

Ad l. singuli. 14.

Glos. uerb. relationibus. ut dicat quarite &c. uers. & sic officiali soli &c. } Scot. Ergo nec nuncio esset credendum. De quo in c. quoniam contra. de proba.

Ad l. accusationibus. 17.

Vers. uinculum inscriptionis &c. } Scot. vnde Plaut. in Pœnu. Cras, inquit, subscribam homini dicam.

DE EXHIB. ET TRANSMIT. RE. Tit. 3.

Ad l. 2.

Vers. sufficientium dierum. } Scot. Limita ut per Bartol. in extrauagan. ad reprimendum. uerb. per edictum. quem refert Roma. singu. 800.

DE CVSTO. REO. Tit. 4.

Ad l. 1.

Scot. vide de carcerato apud Mosem, ad custodiam. addidi in marg. ad l. aut damnum. §. solent etiam præsides. ff. de pœn. ubi gl.

SI QVIS IMPERATORI MALEDIXERIT. Tit. 7.

Scot. vide Senecam lib. 1. de clementia.

AD LEG. IVL. MAIEST. Tit. 8.

Ad l. quisquis. 5.

Scot. Dicitur hoc pessimum omnium peccatorum, in Auth. de nupt. §. mitiores. & facit Luc. c. 19. ver. verumtamen inimicos &c.

Vers. susceperit sacramentum &c. } Scot. Facit Sallust. in Catilina.

Vers. qui consiliis. } Scot. l. uerum. §. ex facto, ff. de mino. vide l. & si excepta, uers. quoniam tamen, infra. de malef.

Vers. pars corporis nostri. } Scot. Martial. Ille sacri lateris custos, martisque togati. c. 1. ne cler. vel mona.

Vers. nobis militat. } Scot. Facit 2. ad Timoth. c. 2. nemo militans Deo &c. Claudian. cui militat omnis Gallia, & cui militat æther.

§. *filij.* } Scot. Emancipati non patiuntur hanc pœnã. Glos. §. uerum, 6. q. 1. vbi de iam natis, & post natis etiam habes. Non habet locum commisso delicto contra vicarium principis. Angel. tractat. de malefic. gl. che hai tradito. vide Ias. consi. 106. lib. 4. in crimine hoc legimus ex necessitudine legis, quartam datam accusatoribus M. Lepid. cætera liberis apud Corn. Tacit. loquentem de Silio condemnato, lib. 4. cuius uerba ponit Alc. in l. indicas. §. eff. de verb. sign.

Vers. exempla metuuntur. } Scot. vide Iuuena. Satyr. 14. Niconit. repet. rubr. ff. de op. no. nunc. num. 96. vbi allegat Cicer. pro Mure. Qui Catonis, inquit, proaui tui naturæ similitudo ad te magis, qui ab illo ortus es, quàm ad vnumquemque nostrum, peruenire potuit? Quam Cicer. autoritatem dicit se didicisse a Carolo de Monte, viro in omni disciplina absolutissimo, dum ex tempore agerent de hoc diebus præteritis. vide Cicer. in epist. ad Brut. epist. 12. & 15. de liberis Lepidi, & 16. de filiis tyrannorum. Metul potest etiam vindicta. Vide Iustinum lib. 21. de Hannonis occisi filiis, & cognatis pariter occisis. Vide aliam rationem per Alcia. in l. aliud est fraus, in fi. prin. ff. de verb. sign. pro qua facit Cicer. ad Brut. de liberis Lepidi d. epist. 12. & 15. vide etiam Bud. in annot. reliq. in Pandect. pagin. 24. qui vult hanc l. corrigi, per l. sancimus. infr. de pœnis, & ad intellectum huius l. per eum ibi, de correctione non placet. Et aduerte quòd sunt leges eorundem Impp. & l. sancimus, est posterior. Contra, vt non puniatur pater pro filio, nec e contrario, Deuteron. capi. 24. & quòd hoc procedat etiam in crimine læsæ maiestatis, apparet ex eo, quod legitur lib. Reg. 4. cap. 14. Sabell. Ennead. tom. 1. pag. 312. seu Ennead. 3. lib. 9. Exemplum diuini iudicij, vide apud Corium loquentem de Ioanne Maria Duce Mediolani filio primogenito Io. Galeatij, qui puerum filium vnius ex coniuratis, obtulit sæpius canibus assuetis ad dilacerandos homines, qui omnes abstinuerunt. Tandem illum iugulari iussit, vt ibi per eum. Sic Dantes in infernis, damnat Pisanos necatores filiorum Comitis Vgolini proditoris, fame cum patre necatorum. Connan. lib. 1. commentar. iur. ciuil. cap. 12. Sp. Cassius a sequentibus affectati regni damnatus, de saxo præcipitatus est. De eius libris dubitatum est. Sed uicit eorum sententia, qui dicebāt indignum facinus esse insontes filios pro patrum scælere puniri. Quod tractum est a posteris in exẽplum: neque vnquam postea maleficio patris, dedere pœnas filij.

Vers. sint postremo tales, ut his perpetua egestate sordet ib. &c. } Scot. vide Cæsar. in orat. apud Sallust. in Catilin. ubi dicit, in luctu, & miserijs, mors ærumnarum requies, non cruciatus est. Cice. in oratio. pro Cluẽ.

Glos. uerb. supplicium sic 74. distinct. &c. } Scot. vide l. bona fides. ff. depos. ubi mali debent egestate laborare.

AD LEG. IVL. DE ADVLTER. Tit. 9.

Ad l. Gracchus. 4.

Vers. quod legitimè factum est. } Scot. Adde 24. q. 4. c. qui peccat. Dec. l. nuptias, ff. de reg. iur. & c. de his. 28. distinct.

Ad l. eum qui duas. 18.

Scot. vide latissimè Neuiz. in syl. nupt. ch. 38. col. 2. & seq. Alex. cons. 165. lib. 7. & ibi addit.

Ad l. quamuis. 19.

Glos. uerb. præsentiam aliter enim &c. uers. uel ideo postulabat, ut obijceret quòd iste non poterat &c. } Scot. In casibus in quibus non admittitur procurator, ut in causa criminali, nisi opponatur per partem congruo tempore, procedit iudicium, in quo talis procurator interuenit. glo. ad hoc non est alibi secundum Bald. in c. ex conquæstione. de probat. concord. decisio. habes per Iaso. in l. certi condictio. §. quoniam. col. 6. ff. si cert. pet. licet secundum eũ, ipsam reprobet Bartol. in l. 1. §. ad crimen, ff. de public. iudic.

Ad l. quamuis. 30.

Vers. sacrilegos autem. } Scot. Facit cap. quid ergò. §. quæras hic aliquis. 23. quest. 5. Et aduerte, quòd ibi loquitur Hieronym. qui fuit ante Constanti. ita quòd uidetur non primus Constantinus induxisse pœnam adulteris uitæ amissionem. vide l. vxor. supra, de repud. & supra, hoc tit. l. castitati. Quantum autem hoc adulterij crimen esset apud ueteres, uide Gen. cap. duodecimo, cap. 20. & cap. 26. vbi imponitur pœna mortis adulteranti uxorem Isaac, ab Abimelecho rege.

Ad Auth. si quis suspectum.

Vers. sub præsentia trium testium. } Scot. vide Tiraq. in 9. l. connub. nu. 68. ubi quòd in corpore Græco, non habetur trium, & habetur uirorum. vnde legendũ virorum fide dignorum.

Ad l cum uir. 31.

Scot. Domitianus etiam prohibuerat. Martial. lib. 9. Tanquam parua foret sexus iniuria nostri &c. sed infra certam ætatem, non generaliter, vt inde colligitur. vide Tiraq. de ll. connub. l. 16. gl. 1. par. 16. sub num. 38. vers. plusque illic placet quisquis virum in fœminam magis fugerit. Minori 12. annis parcitur apud Hermenop. lib. 6. tit. 4.

Vers. in fœmina uiros paritura.] Scot. Alcia. in l. inter stuprum. de verbo. sign. allegat in fœminam uiris pariturам, nescio an mendosè. vide eundem lib. 10. Parerg. c. 11.

AD LEG. IVL. DE VI PVBL. VEL priuata. Tit. 12.

Ad l. si quis ad se fundum. 7.

Scot. vide sexdecim limitationes ad regulam, ne possit expulsor obijcere se dominum: quas affert, & discutit Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. a col. 8. usque ad 11. de acquir. possessio.

Ad l. seruos. 8.

Vers. bis, aut sæpius.] Scot. Nota bis peccare, non esse sæpius peccare.

DE RAPTV VIRGINVM, SEV vidua, necnon sanctimonia. Tit. 13.

Ad Rubricam.

Scot. Helena Paridi: Crimen erat nostrum, si delinita fuissem. Cum sim rapta, meum quid nisi nolle fuit? & paulo post, Reddidit intactam: minuitque modestia crimen: Et iuuenem facti pœnituisse patet. Etiam olim pœna raptus erat mors. Accont. Cydip. mors huius pœna rapinæ vt sit erit, quam te non habuisse, minor. vide Cæl. Calcagn. lib. episto. 15. episto. incip. Petis a me.

Ad l. vn.

Scot. vide latissimè Neuiza. in syl. nupt. ch. 73. col. 4. cum plur. seqq.

Glos. uerb. sponsam suâ. Idem e contra si sponsa, uel mulier &c.] Scot. Et si uir rapiat virum. Damohud in pract. crimi. quòd non.

§. & si non nupta. uers. siue maritum nolentes accipere &c.] Scot. Tex. contra dictum Castrens. in l. Titio centum. §. 1. circ. med. ff. de condic. & demonstr.

DE EMENDA. SERVOR. Tit. 14.

Ad l. vn.

Vers. si uoluntate eum ictu fustis &c.] Scot. Quæ probanda videtur propter repugnantiam generis teli non apti ad occidendum.

Vers. uel certe usus.] Scot. Hie præsumitur animus occidendi ex genere teli: & forte est præsumptio iuris & de iure: contra quam non admittitur probatio, quæ etiam videtur impossibilis.

DE EMENDATIO. PROPINQ. Tit. 15.

Ad l. vn.

Vers. senioribus propinquis &c.] Ang. consi. 397. extendit etiam ad non propinquos in casu, de quo ibi, per eum.

AD LEG. CORNEL. DE SICAR. Tit. 16.

Ad l. 1.

Glos. uerb. non occidendi animo. Sed quomodo probatur &c.] Scot. De qualitate instrumenti, & loci, vide Bald. consi. 361. lib. 1. Merito autem cogitur percussor probare se non animo occidendi percussisse: cum in §. si quis rusticus. in tit. de pace tenen. & eius violator. palam dicat Imperator, malum animum habere arma deferentem. Quid ergo dicendum de percutiente.

Ad l. is qui. 2.

Scot. Huius legis pœna non habet locum in statutis punientibus occisorem. Ias. in procem. Institut. de actio. Nec seruatur hæc lex, ut per Bald. consi. 361. lib. 1. Huic textui similem habes in l. aut facta. §. euentus spectatur. ff. de pœn.

DE MALEFIC. ET MATHEM. &c. Tit. 18.

Ad l. eorum est scientia. 4.

Scot. vide Crinit. lib. 9. de honest. discipl. c. 5. Alciat. lib. 10. C.

Ad l. multi. 6.

Vers. natura peregrini.] Scot. Significatione antiqua, qua significatur hostis. Cic. in offic.

Vers. feralis pestis.] Scot. Glos. l. præced. intelligit quod dentibus ferarum detur laniandus. Sed hoc est prohibitum iure digestorum. l. aut damnum. §. 1. ff. de pœn. Rectius ergò glos. hic, ea morte, quæ bestiæ, idest gladio.

DE SEPVLCRO VIOLATO. Tit. 19.

Ad l. qui sepulchra. 4.

Glos. 1.] Scot. Habetur illud dictum psal. 48.

Add. in corpo. sub glos. ult. uers. ex quo infert Bart. quòd si statutum pro homicidio &c.] Scot. Aduerte, quód exprimitur in textu non derogari. uers. quæ pœna &c.

AD LEG. FLAVIAM DE PLAGIARIIS. Tit. 20. Ad Rubr.

Scot. Phaniam vocant hanc legē Beroaldus, Perot. Catellia. vide Alcia. lib. 1. Parerg. cap. 46. ubi legit Fabiam. citat Cicc. in oratio. pro C. Rabirio. explicat quid plagium, & vnde Beroald. pulchrè in Asinum Apuleij, lib. 2.

Ad l. fin. 26.

Scot. vide Alc. lib. 1. Parerg. c. 23. qui intelligit principium l. in Romanæ ciuitatis ius habentibus, & qui ex quo delicto alij decoliātur, ipsi in metallū dantur: finem in alijs: ut non multū discrepet a Doctoribus intelligentibus principium in nobilibus, finem in ignobilibus.

AD LEG. CORNEL. DE FALS. Tit. 22.

Ad l. querela. 12.

Scot. Tiberius audiuit quæstionem veneni, post annum uigesimum, contra uxorem accusatus.

Ad l. vni. 22.

Vers. sed inter utranque personam sit iudex medius.] Scot vide

vide pulchrè Gell. de hac taciturnitate iudicis, & de alijs lib. 14. c. 2.

Vers. postrema sententia. quid sibi liqueat &c. } Scot. Habes pulchrum exemplum apud Hygin. fab. 23.

Ad l. damus. 23.

Scot. Sic mendacium nemini nocens, non punitur. gl. Bald. in l. seruum. ff. de euict. vnde dicitur falsita tem, quæ non inducit ad citius concedendum, nō vitiare gratiam. Brun. cons. 6. nu. vlt.

DE IIS QVI SIBI ADSCRIBVNT in testamento. Tit. 23.

Ad l. quod adhibitus. 5.

Vers. in quam credo te &c. } Scot. vide ad hunc textum Bald. in l. 1. in princ. de leg. & uide Bart. qui non al legat hunc text. in l. quoties. not. 3. de hæredibus instituend.

DE FALSA MONETA. Tit. 24.

Ad l. 1.

Vers. quia ætas eorum. } Scot. Intellige q ad hoc, ut non puniatur tanquam maior. Io. Andr. gl. uerb. infantes. c. contra Christianos. de hæret. lib. 6.

DE CRIMIN. SACRILEG. Tit. 29.

Ad l. fin. 3.

Scot. vide l. vlt. supr. de offic. recto. prouinc.

DE INIVRIIS. Tit. 35.

Ad l. 2.

Glos. uerb. tibi, o mulier &c. } Scot. Imo o marite, quia rẽ scribit Clauo. & ita supra, in casu.

Ad l. si quidem. 10.

Vers. dixit Zenodorus, ac recessit. } Scot. Potest dici in timidum conuiciatorem, quique infixo aculeo fugiat.

DE FAMOSIS LIBELLIS. Tit. 36.

Ad l. vnic.

Scot. Facit Eccl. c. 19. vers. audisti uerbum aduersus proximum &c. Nota hunc textum contra facientes cantilenas contra aliquem in publico in scriptis: & siue dicat uerum, siue falsum, hoc casu pœnam legis euitare non uidetur. Directè est hic casus contra Massum de Placantijs de Bononia, qui pridie super altare Palatij Bononiæ, clandestinè posuit quandam cædulam diffamatoriam regimi nis Bononiensis. Debuit enim decapitari per hãc l. sed indulta fuit sibi pœna capitis, & uersa in pœ nam pecuniariam duorum millium ducatorum.

Glos. uerb. salutis. quia interest reipublica &c. } Scot. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil.

DE QVAESTIONIBVS. Tit. 41.

Ad l. milites. 8.

Scot. Adde singulariter ad hanc l. quòd consuetudo, vel statutū disponēs, q milites, uel clerici torqueatur, non est obseruandum, singul. dictum Bart. in l. omnes iudices. per illum text. C. de decur. libr. 10. Sequitur Ias. in l. iudex, col. 2. ff. de re iud.

DE ABOLITIONIBVS. Tit. 42.

Ad l. fallaciter. 3.

Glos. uerb. prodita. & iste incidit in crimen læsę &c. } Scot. Intellige hoc, & declara ultra Salycet. hic, vt per Ang. in §. interdum. Instit. de hęred. quę ab intesta. defer.

DE GENERALI ABOLITIONE. Tit. 43.

Ad l. vlt. 3.

Glos. ult. uers. item nota uersum Ouid. &c. } Scot. vude Claudius Cęsar cum notam remisisset cuidam, litura ta men extet, inquit: Nã licet scriptura deleatur spon gia, graphiove radatur: manet tamen lituræ, vel ra suræ uestigium. Huc enim allusit.

AD SENATVSC. TVRPIL. Tit. 45.

Ad l. si is de quo.

Glos. uerb. suorumque iniuriam. Sed quis dicitur suorum iniuriam &c. } Scot. Hanc gl. reputat sing. Ang. hic. per quam vide singularem decisionem Bald. in repet. c. si pater. de testa. in 6. ad fi.

DE CALVMNIATORIBVS. Tit. 46.

Ad l. mater. 11.

Glos. uerb. cauit. dictum defuncti, præsumptionem utilem, non probationem facit ut hic, & ff. &c. } Scot. vide Ang. hic, & omnes.

DE POENIS. Tit. 47.

Ad l. si quis in metallum. 17.

Scot. Fallit de iure canonico, ut in c. ad audientiam, de fals. Barto. tract. de differ. int. ius ciuil. & canonum. 128. vide Valerium Flaccum lib. 2. Vstoque placet sed barbara mento. & ibi Io. Bapt. Pium. & facit l. stigmata, de fabric. libr. 11. l. decernimus. C. de aquæd.

Vers. quo facies, quæ ad similitudinem pulchritudinis &c. } Scot. Facit Gen. c. 1. & loci, quos allegat Hierony. ad Cypria. in psal. 89. col. 2.

Ad l. cum reis. 18.

Scot. Aliquot notabiles casus, in quibus est supersedendum, uide per gloss. in cap. cum apud. 11. quæstio. 3. ponit Ias. post alios in l. debitoribus. ff. de re iudic.

Ad l. si uendicari. 20.

Scot. vide Neuiz. in syl. nupt. ch. 151. col. 4. & etiam supra. Hic autẽ tex. secundũ Mart. Laud. tractat. de principib. rubr. de consi. prin. c. 1. esset scribendus literis aureis. Et causã quare factus sit hic solennis tex. vide in c. cum apud Thessalonicẽses. 11. q. 3. Ias. l. debitorib. ff. de re iud. vide qđ in apophteg. D. Augusti scribit Plutarchus, cum a Philosopho monitũ, ne quid, per iram faceret, diceretvè, anteq̃ secum viginti quatuor elementa Grecanica percurrisset. Ira. n. furor breuis est: momentoq; tpis sedatur. Facit quod historici tradunt de Romano Pontifice, i. Nicolao Quinto, qui arguit ministros, quòd subitò interemissent eum, quem præ ira interimi iusserat, paulo post ductus pœnitentia. vide Didac.

Didac. Relect. par. 1. sub num. 5. Habes pulchrum exemplum de Ioab redarguente Dauid in facie, super præcepto numerandi populum Israel, & minus exequentem, quàm præceptum fuerat, Paralip. 1. c. 21. 2. Reg. c. 24. sic Herodes Mariannem vxorem interemptam per sæuitiam, per amorem vocabat vt viuam. vnde Petrarcha,

Marianne chiamando, che non l'ode.

Idem de Tiberio traditur, qui Messalinam interfectam, uocari iubebat ad mensam.

Ad l. sancimus. 22.

Vers. nec enim affinitas, uel amicitia &c. } Scot. Bald. l. eos, C. de testib. licet non allegat hanc l. Alc. l. latæ. §. amicos. de uerbo. sign. qui nec ipse allegat hanc l.

Vers. quod si reperiatur delictum. } Scot. Deuter. c. 25. uide supra l. quisquis. ad leg. Iul. maiest. Bud. in annotat. poster. in Pandect. vult hanc l. corrigere. d. l. quisquis. §. 1. uide pag. 24. annot. reliqua.

DE BONIS PROSCRIPTO. SEV damnato. Tit. 49.

Ad l. 1.

Scot. Ad hanc l. uide vltra Bart. & Ang. hic, Cæpol. caut. 5. Ias. qui simpliciter transit cum dictis Ang. in l. debitoribus. ff. de re iud.

Ad l. si quis posthac.

Scot. vide l. fin. supra, de postul. l. nemo. supra, de episcop. & cleric.

Vers. (quod absit.) } Scot. Principes hodierni dicunt, q̃ adiit: vnde illud, Quod non capit Christus, rapit fiscus, ca. maiores. 26. q. 7. & est fiscus saccus malè acquisitorum. Prepos. in c. j. col. 3. de prohib. feud. aliena. per Fed. Neuiz. in sylu. nupt. ch. 8. col. 3. in fin. & seq. seu saccus sine fundo. De sacculo pertuso habes text. in c. de pertuso. de pœnit. dist. 4. Qđ absit dixit etiam Iuppiter, apud Ouid. Quam cupiens falsam, summo delabor Olympo.

Ad Auth. bona damnato.

Summar. Salyc. hodie bona damnatorum &c. & descendentib. } Scot. Desunt verba, & ex latere.

Vers. non sunt lucro &c. } Scot. vide Bald. in c. 1. in prin. col. 3. & 4. de pace tenen.

Vers. & ex latere &c. } Scot. vide Beltr. cons. 194. lib. 1. vbi quòd hæc uerba etiam habentur in corpore.

Vers. in maiestatis uero &c. } Scot. vnde etiam quòd quis se suspendat metu criminis, non confiscantur eius bona, vt per Amanellum de clar. aq. in singul. suis.

Glos. ult. } Scot. vide §. quanta. in Auth. quomo. opor. episco. vbi bona confiscantur. & in Auth. de rapt. mulier. quæ raptor. nub.

DE SENTENT. PASS. ET RESTIT. Tit. 51.

Ad l. 1.

Vers. honoribus, & ordini suo, & omnibus cæteris restituo. } Scot. Ad hũc locũ facit, qđ no. Bud. in anno. reliq. in l. honores, ff. de decur. de ordinare, & ordine.

Ad l. si debitor. 3.

Scot. Sed an fructus restituantur? communis opinio, quòd non. Ias. contrà in l. iusiurandum. §. procurator. ff. de iureiur.

Ad l. fin. 12.

Glos. §. minores. uers. libidinum, uitiorumque seruo. } Sco. No. inquit gl. qui facit peccatũ, seruus est peccati. cui conuenit. c. secuti sunt. in fin. 2. q. 7. sic qui accipit mutuum, seruus est fœnerantis. Prouerb. cap. 22. l. quidam, de constit. pe cu.

Scholia Federici Scoti Iureconsul. & cæt. ad Decimum Librum Codicis.

DE IVRE FISCI. Tit. 1.

Ad l. 2.

Scot. Addidi ad Paul. Castrens. super hoc textu in l. si cui libertas. ff. de condi. & demonstr.

DE BON. VACAN. &c. Tit. 10.

Ad Rubricam.

Scot. Ciuitas nemini succedit ab intestato.

DE ANNO. ET TRIBV. Tit. 26.

Ad l. omnes omnino. 3.

Vers. nec uocari &c. } Scot. Nol. regulam, vt per Dec. extra in rubr. de iudic. col. 7.

DE EXACTORIBVS TRIBVT. Tit. 19.

Ad l. quoties. 3.

Glos. uerb. crediderit. & subtraxerit &c. uers. item not. hanc l. &c. } Scot. Fiscus quandoque minus habet, quã priuatus.

DE IMMVNIT. NEMI. CONCED. Tit. 28. Ad Rubr.

Scot. Facit 3. Reg. c. 15. uers. nemo sit excusatus &c. vbi uocantur omnes ad onus, de quo ibi.

Ad l. vlt. 2.

Glos. ult. capitum, idest, animalium. } Scot. vide infra, l. fi. de mune. patri.

DE DECVRIONI. Tit. 31.

Ad l. in albo. 9.

Scot. Facit quod ponit Caccialup. in cons. pro monachis, in causa præcedentiæ. col. pen.

Ad l. quidam ignauiæ sectatores. 26.

Scot. vide Rutil. in Ima. lib. 1. Alc. li. 2. col. 48. de verb. sign. Viues in lib. 18. c. 52. de ciuit. Dei.

Glos. uerb. monazonton. idest. collegio &c. uers. sic ergò no. quòd sub prætextu religionis facta &c. } Scot. vide l. 1. de testa. in ll. Nouel. Martia. ubi de alia lege contra clericos, ne possent hæredes institui a uiduis, quarum domos frequentabant.

Vers. hos igitur. } Scot. Qui tamen manifestis curiæ nexibus illigantur. l. quamuis, in fi. infra eo.

Ad l. quotiescunque. 37.

Vers. uel origo fecerit. uel latum inter partes &c. } Scot. Nota quòd sententia æquiparatur origini. De effectib. sententiæ Ias. in rubr. de re iudic.

Ad l. nullus solius. 44.

Glos. uerb. immunis. de personali &c. uer. nec doctum facit &c. } Scot. vide Doct. & Ias. in l. qui in aliena. §. inter eũ. per illum tex. in fi. de acquir. hær.

DE PRAEDIIS DECVR. SI DECR. &c. Tit. 33.

Ad l. curiales vendere. 3.

Scot. De ratione huius l. Alcia. l. filius fa. §. diui. de leg. 1. Faciunt quæ ponit Quiddib. vlt. Metamorph. in princ. de lege Cratoniatarum.

Verf. de pretio non redhibendo locuta sunt. } Scot. vbi fit mẽtio de pretio, intelligitur emptio. vide Iaſ. in princ. l. 2. ad ff. ſi cert. pet.

Gloſ. uerb. permittimus, ſpecialiſſimum &c. uerſ. item poteſt hic eſſe alia ratio: quia &c. } Scot. De ueritate huius gloſ. quam vbique Doct. ſunt ſecuti, vide Alexan. in l. filiusfam. §. diui, col. 7. uerſ. & licet gloſ. in d. l. fi. &c. de leg. 1.

Verſ. nec ex tabella. } Scot. Ideſt non tabellari, ſed uocali ſuffragio. Bud. in annot. reliq. pag. 68.

Gloſ. uerb. intelligi, nam in uenditione eſt pretium, non in alijs &c. } Scot. Facit glo. 1. in l. illicitas. ff. de off. præſid.

QVAN. ET QVIB. QVAR. &c. Tit. 34.

Ad l. 1.

Verſ. naturale quippe uicium eſt &c. } Scot. Claud. de rapt. Proſerp. lib. 3. Leuius communia tangunt.

Verſ. quid enim tam durum, tamquam inhumanum eſt &c. } Scot. Facit l. fi. C. de alim. pup. præſtand. Qui duo text. faciunt, ad id, quod not. dixit Barto. in l. id ab vna. nu. 6. ſup. de anno. & tribu. Adde Gen. c. 31. & Pſal. 109. & Deuter. c. 2. Luc. de Penn. in d. l. id ab una. Adde Eccleſ. c. 21. ut per Luc. prædictum in d. l. id ab una. Ad idem l. qui domum. ff. de iniur. vt ibi per eundem. Simile apud Macrob. lib. 1. Saturnal. c. 6.

DE INCOLIS, ET VBI QVIS &c. Tit. 39.

Ad l. ciues. 7.

Gloſ. uerb. allectio, ideſt latio honoris &c. uerſ. aut ciuis fit &c. } Scot. Lego at ciuis fit.

DE MVNER. ET HONOR. &c. Tit. 40.

Scot. vide Ariſto. in Politicis.

DE VACATIO. PVBL. MVNER. Tit. 45.

Ad l. 1.

No. arg. ex hac l. quod ea quæ inducuntur per l. dicuntur ordinaria. Quod intellige, ut per Dec. extra, in rub. de iud. col. 8. concord. l. 1. in fin. ſupra, de indict.

DE EXCVS. MVNE. Tit. 47.

Ad l. maximarum. 12.

Gloſ. uerb. Pollinis, aliàs polline, ideſt, tenuis buretatio de ſtaminga &c. } Scot. Ab hoc uocabulo ſtaminga, uidetur deductum uocabulum ſtamegna: qđ apud nos ſignificat obſepimentũ papyraceũ, quo feneſtra clauditur hyemis tempore: quia papyrum farina tepẽte aqua compacta, ad cancellos ligneos applicamus, quo frigora propulſemus.

QVI AETAT. VEL PROFESS. SE excuſ. Titul. 49.

Ad l. 1.

Verſ. maximè circa &c. conſiſtendo in ciuitate Berytiorũ, prouinciæ Phœniciæ &c. } Scot. Hinc annotari poteſt, ut aliquis excuſetur, oportere eum in urbibus vbi conſueuerunt doceri iura, profiteri. Nota eum, qui annum uitæ ſexageſimum abſoluiſſet, ab omni ſenatus munere uacauiſſe, Plin. lib. 4. epiſto. 23. epiſtol. Crin. & Calcagn. in coll. uetuſt. Nota etiam iuris ſtudium dici liberale. Item vacari poſſe iuri, & alijs liberalibus ſtudijs ſimul.

Ad l. 2.

Gloſ. 1. uerſicu. quia eadem perſona &c. } Scot. Ad hanc gl. vide omnino Iaſ. in l. ſciendum. in prin. col. pen. ff. qui ſatiſd. cogan.

Ad l. manifeſti iuris. 3.

Verſ. maiores lv. annis. } Scot. Tempore Plinij iunioris, erant ſexaginta, vt habetur ex epiſt. 23. lib. 4.

DE PROFESS. ET MEDIC. Tit. 65.

Ad l. medicos. 9.

Scot. videtur hæc l. habere locum etiam in practicantib. per l. fi. infr. eo. ubi adnot. ad uerſ. qui in ſacro.

Gloſ. 1. uerſ. & not. quod in accuſatiuo &c. } Scot. Hoc inconueniens euitabitur, ſi legeris, uel exarchiatros, qui ſunt ij, qui fuerunt archiatri, ut exconſules, exquæſtores, excubicularij, & ſimiles.

Ad l. fin. 11.

Verſ. ut uniuerſi qui in ſacro palatio inter archiatros militarunt &c. } Scot. videtur loqui de practicantibus.

DE PERIC. SVCCESS. PARENT. Tit. 61.

Ad l. vn.

Scot. Argu. quòd ſi pater fecit creari filium Doct. & contraxit æs alienum, eſt ſoluendum illud æs alienum ab hæredibus patris communiter.

DE TABVLAR. SCRIBIS &c. Tit. 69.

Ad Rubricam.

Scot. Tabularij publici meminit Apul. apol. 2. Pater, inquit, eius natam ſibi filiam more cęterorum profeſſus eſt: tabulæ eius partim tabulario publico, partim domi aſſeruantur.

Ad l. fin. 4.

Gloſ. 1. uerſ. unde Boethius. } Scot. Habes hic etymologiam nominis Boethij.

DE SVSCEPTORIBVS PRAEPOS. & arcar. Tit. 70.

Scot. Meminit Apoſt. epiſt. ad Rom. in fi. Habes arcarij uocem in l. Thais. in fi. ff. de fideic. liber.

DE ARG. PRAET. QVOD THESAVR. infer. Tit. 70.

Ad l. vn.

Verſ. pro argenti ſumma. } Scot. Ad pondus. Nam infra dicit pro ſingulis libris.

Scholia Federici Scoti Iureconsul. &cæt. ad Vndecimum Librum Codicis.

DE PRAED. ET OMNIB. REB. NAVIC. Tit. 2.

Ad l. 2.

Vers.qui rei exiguæ mercator accessit. } Scot. Mercator, id est, emptor.

DE MVRILEGVLIS &c. Tit. 7.

Addi.marg.Muricilegulis mallet Pyrrhus. } Scot. Et ita legit Philander in Vitruuium. Interpres Cic.ait, murilegulos esse, qui salis tributum colligũt: quos Cic. salitores appellat. vide Calep. verb. salitor.

DE VESTIB. OLOBERIS &c. Tit. 8.

Add.marg.holobryzis, mauult Alciat.hic alij &c. } Scot. vide Tiraq.l.3.connub.gl.1.par.3.nu.17.

Ad l. temperent vniuersi. 4.

Versi arguto pectine solidanda fila &c. } Scot. Allusit ad illud Vergil.1.Georg. Arguto coniux percurrit pectine telas. & 7.Aeneid. Arguto tenues percurrens pectine telas.

NVLLI LICE. IN FRAENIS. &c. Tit. 11.

Vers. margaritas, & smaragdos &c. alijs autem gemmis &c. } Scot. Nota margaritam speciem gemmæ.

Vers.aptare postbac. } Scot. Facit illud M.Varronis ex hecatõbe 2.vbi illa phalera, gemmeaque ephippia, & arma, margaritum? Non.verb. margaritum.

DE MENDICANTIBVS VALIDIS. Tit. 25.

Ad l. vnic.

Glos.uerb plenitudinem.aliâs lenitudinem etc. add.marg.in exẽpla. Victor.lenitudinem. Malim ego lentitudinem. } Scot. Id est, ignauiam, etiam apud Cicer. in Tuscul. quæst. Alij legunt plenitudinem, idest imposturam. Nam planus est impostor. vide Connan. c.9. lib. commen.iur.ciuil.

DE GLADIATORIBVS. Tit. 43.

Ad Rubricam.

Scot.vide Alc.lib.1.Parerg.c.22.& lib.2.c.45. vide tu Demonacis Philosophi, & Constant.Imper.apophteg.in lib.apophteg. Add.Cic.lib.episto.ad diuersos.7.epist.1.qui autor huius ludi, Athen.lib.4.cap.20.ni fallor.

DE CAPITATIONE CIVI. CENSI. exim. Tit. 48.

Scot. Exactionis acerbissimæ capitum, & ostiorum, meminit Cicero lib.epist.3.epist.incip. & si quantam &c.ubi uide Ald. in expositionibus Græcorũ.

IN QVIBVS CAVS. COLO. CENSI. &c. Tit. 49.

Ad l. 2.

Glos.uerb.& cuius ipsi sunt coloni, non serui. & sic, quoad seruitium, non quo ad dominium. nam sæpe vulgariter dicit amicus amico, tuus in omnibus sum, & me tuum &c. } Scot. vide c.cum uenissent, de insti. Ias.l.1.§.si quis ita col.3.de uerb.oblig.

DE CENSIBVS ET CENSITO. ET peræquatorib.&c. Tit. 57. Ad Rubr.

Scot. Erant etiam peræquatores victualium rerum in urbe regia &c. Cassiod.lib.6.varia.vt citat Luc. de Pen.in l.si qui in schola, de prox.sacr.scri.li.12.

Ad l. qui se grauatos. 5.

Vers.competitionis habeant facultatem. } Scot. Idest, antidoseos, seu actionis ad adęquationem, q̃ vulgo ęqualizatio. Bud.in cõmẽ.linguę Gręcę, uerb. antidosis.

DE FVND. PATRIMO. &c. Tit. 61.

Ad l. quicunque. 2.

Vers.scientibus ijs, quos talium rerum cura sollicitat &c. } Scot. Hæc clausula facit ad clausulam rescriptorũ nostri Ducis in tutelis, uel curis quæ deferuntur duobus agnatis, seu in citationibus, quæ decernuntur ad dictos agnatos loco tutorũ, uel curatorum, ad experiendum contra pupillos, uel minores.

DE MANCIP. ET COLO. PATRIM. &c.

Ad l. fin. 4.

Vers. nequaquam placet tela in usum uomeris &c. } Scot. Benè placet illud, & curuæ rigidum falces conflantur in ensem. Verg.1.Georg. cum simil.

DE FVND. REI PRIVA. &c. Tit. 65.

Ad l. 2.

Glos.uerb. non patiatur. sic supra &c. } Scot. supr. de omn. agr.desert. l.pen.

Ad l. uniuersi. 4.

Vers.ab his uniuersarijs solutionibus. } Scot. Not. vocabulũ vniuersarius, ria, rium, pro uniuersalis, uniuersale.

DE CVPRESS. EX LVCO DAPHNE. &c. Tit. 77.

Ad l. 1.

Scot. Facit quod Dion Cocceius scribit lib.51.historiæ P.Turulium ab August. occisum, quòd syluam Apollini sacram in insula Cœa nauibus faciendis sustulerat.

Scholia Federici Scoti, Iureconsulti &c. Ad Librum duodecimum Codicis.

DE COMITIBVS CONSISTORIANIS. Tit. 10.

Ad l. 2.

Vers. quibus uiri clarissimi principes scholæ agentium in reb. } Scot. Hi sunt etiam spectabiles. l. proconsularis. in fra, de princ.agent.in reb. Comes, seu Comitus remigum. Calep. uerb. nauarchus. Comes Salicus Spieg. sub uers. salicam legem. Comites iudicum Bud.in poster. seu reliq.annot.in Pand. Comes regis.2.Reg.c.20. Boer.in tracta. de autor.mag.consil.num.109.

DE PROFESSOR. QVI IN VRBE Constantinop. Tit. 15.

Ad l. vn.

Glos.ult.ex uicaria. Sed vicarius æquiparatur Comiti, & Duci. Ergò est Comes, & Dux.} Scot. vide Ias. l. 1. col. 4. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd.

Ead. glos. uers. & not. quod sic dicit de magistro Ioanne &c.} Scot. Cassen. in catalog. glor. mundi. par. 1. conclusio. 28.

DE PROX. SACRO. SCRIN. &c. Tit. 19.

Ad l. comperimus. 13.

Vers. sed posterioris licentiam temporis &c.} Scot. No. pro decreto olim emanato circa senatores Mediolani. Est uerũ quòd diuus Augustus abortiuos, senatores in pristinum numerum, & splendorem, delegit. De quo apud Tranquillum in Augusto.

DE PRINCIP. AGENT. IN REBVS. Tit. 12.

Ad l. proconsularis. 3.

Scot. Est etiã clarissimus. l. 2. supr. de Comit. cõsistor.

DE RE MILITA. Tit. 35.

Ad l. cum supra. 12.

Vers. publicos oculos nudus incedet.} Scot. Facit Insti. quib. mod. tut. finia. in princ.

Ad l. fin. 18.

Vers. dispositiones autem ante latas.} Scot. vide Roman. singul. 21. Viget.

DE EROGAT. MILIT. ANNO. Tit. 38.

Ad l. nulli militarium. 7.

Scot. Hunc text. reputant singul. Roma. & Ias. in l. quoté. ff. si cert. pet. ad hoc, quòd sola oblatio non liberat debitorem a debito ipso iure: & hic est specialis casus. Alium uide in l. qui decem. de solu. in fi. princ. Aliàs solùm per exceptionem liberatur, nisi fiat consignatio, & depositio rei debitę in loco publico, vt requirit. l. acceptam. C. de vsu. l. obsignatione. C. de solu. & d. l. qui decem in prin.

Ad l. fina. 17.

Glos. uerb. agnoscere. uidetur quòd custoditus &c.} Scot. Hãc gl. pro singul. not. Bar. in l. sanctum. ad quam uide quæ ibi adduntur.

DE SALGAMO HOSPITIBVS NON præstan. Tit. 41. Ad Rubr.

Scot. Aliqui intelligunt salgamum, idest, mellificiũ, & salgamarios, idest, mellificos, a quibus pyra, mala, nuces melle condiuntur, & si qua similia. Andr. Fulu. de antiq. vrb. Roma. lib. 4. castra salgamariorum in vrbe Roma. Leand. in descript. Ital. ca. de urbe Roma.

DE CVRSV PVBLICO &c. Tit. 51.

Ad l. iudicibus. 9.

Scot. Idest, præsidibus. Bud. in poster. annot. in Pandect. char. 111.

Ad l. fin. 23.

Vers. uiolauerint, seu uiolare concesserint.} Scot. Agentes, & consentientes, pari pœna puniuntur.

PVBLIC. LAETI. VEL CONSVL. &c. Tit. 64.

Ad l. vn.

Glos. uerb. fastus. quia homo sit fastuosus &c. add. marg. imò fastus hic librum significat, in quo &c. quamquam Pyrrhus Accursium hic tueatur.} Scot. Et meritò. Dixissent enim Impp. fasti, non fastus. vnde libri fastorũ, seu de fastis, non fastuum, seu de fastibus, Nasonis: quamuis Lucanus ut poeta dixerit. fastibus pro fastis, Nec meus Eudoxi uincetur fastibus annus.

Finis Scholiorum; D. Federici Scoti Iurecons. &c. ad libros Codicis.

SCHOLIA D. FEDERICI SCOTI, AD CONSTITVTIONES DN. Iustiniani sacratissimi principis, quas Auth. uocant: & primò ad præfationem Haloandri. quæ illis præmittitur.

Hæc præfatio Holoandr. habetur in catalog. Cons. Rom. in libris emendatioribus.

VErs. quo in numero, & Annæus Seneca &c.} Scot. Aduerte quòd Seneca lib. 3. de ira, ait, se Consulem factum, sed non ordinarium: a se anni initium factũ, licet sacerdotium non habente, cooptatum tamen in collegium. vide illum locum, quia videtur confundere illud, quod hic dicitur, neque ut tempora designent. Sed aduerte quia Seneca loquitur de se tãquam de alio, quærendo q̃ non consequatur ad plenum quod cupit: & extenuãte beneficiũ, quasi dicat, Consul factus sum, sed non ordinarius. Ordinarius factus sum sed sine sacerdotio, cooptatus tñ in collegiũ. Habeo hæc oĩa, sed patrimonio nihil accessit, tanquã honor sine utilitate fuerit. vide eũd. Sene. li. 2. de benef. uers. qñ Lẽtulus. ad fi. uer. nemo agit &c. Cõsulis suffecti mentio fit, in l. 2. §. post hũc maximè. ff. de orig. iu. Sueto. in Claudio. c. ult. Cũ Cõsules, inquit, designaret, neminem ultra mẽsem quo obijt, designauit. Et uidetur loqui de ordinarijs.

Ibi, Anno ab eiectis regibus 556. A. Vitellius, L. Vitellius iij, anno a condita urbe 799.} Scot. vide Sueto. in Vitellio cap. de matre Vitellij &c. ubi dicit. patrem uidisse hos Consules, & quidẽ eodẽ anno ambos, totoq;

anno

anno, cum maiori minor in sex menses successisset: & tamen & in catalogo est differentia vnius anni inter eos.

L. Septimius Seuerus, cum M. Bassiano Antonino Caracalla filio. } Sco. Aduerte, quia Seuerus etiam solus tenuit Imperium, inquit Antoninus Augustinus lib. sing. ad Modestinum. l. si duos. §. præterea à tutela. ff. de excusat. tutor. Addo probari ex ijs locis etiam, in quibus dicitur D. Seuerus decreuit, vt l. post legatū. §. ijs verò, ff. de ijs quib. vt indign. nulla mentione facta Antonini.

Theodotus Paulinus. } Scot. Paulinus tantùm dicitur, in l. vn. C. de emend. Cod. Iustin.

AD PERORATIONEM EIVSDEM præfationis.

Versi. tum verò in numeris temporum &c. } Scot. Ita etiam Io. Picus lib. 5. contra astrologos. c. 7. & Sabell. in Aenead. & cæteri scriptores noui Authenticon Græcè, Latinè authoratum &c.

Scot. vide Alciat. lib. 2. Parerg. c. 46.

COLLATIO. I.

De hæred. & Falcid. &c. Tit. I. *Ad Rubr.*

Scot. de istis Auth. vide gloss. constit. unic. de emend. Cod. uerb. cōgregationem. Min sing. §. quorum numero ult. in proœ. Inst. Pulchrè autem contrà interpretes horum Auth. Natt. in Auth. Hoc inter liberos. uersi. 4. præmitto. C. de testa. Ex græcis, inquit, bonis, Latina fecit non bona.

Versi. quamuis nunc primum Romanorum &c. } Scot. vide hic Montic. seu Porcel. in tractat. de Inuentario. c. 13. ubi recenset historiam: gloss. hic, & Angel. repræhensis.

Glos. §. si quis autem, uerb. auferri. ut ipso iure &c. uersi. item hoc erat debitum etiam priusquam &c. } Scot. contrariū determinant Cyn. & Bartol. in l. ultim. ff. de liber. agnosc.

Glo. §. si uerò absunt. uerb. Quantum ad hoc. ergò à contrariorū. uersi. l. in donationibus. } Scot. vbi vide gl. & Bal.

Ead. glos. uersi. & quod in d. l. in donationi bus continetur &c. } Scot. vide Dec. in c. quoniam contra. col. 8. de probat. uersi. in gl. 3. in uerb. uiros &c.

Glos. uer b. testium, scilicet, trium &c. } Scot. & benè, in Authen. sed cum testator. C. ad l. Falcid. uersi. aut interesse noluerit, succedat &c.

Glos. uerb. reposito, idest, remoto &c. uersi. uel melius dic reposito &c. } Sco. Hoc verum. d. Auth. sed cum testator, uersi. hac quoque. ibi. absque præiudicio &c.

Glos. uerb. substitutis. scilicet, & cohæredes &c uersi. nunquid idem &t. add. marg. idem Barto. & Ang. hic &c. } Scot. vide Bart. in l. nemo potest. q. 1. de legat. 1. vbi tenet contrarium.

Glo. §. non autem, uerb. receptioni. alias retentioni &c. uersi. iste nota &c. & sextus &c. } & sic sunt sex, licèt dixerit quatuor. Septimus est, in §. si quis autem. suprà eo, uersi. & hæc quidem omnia, ibi, illum quidem priuari &c.

De non eligen. secund. nub. Tit. 2.

§. si autem non ualuerit, uersi. nec quælibet est lex, aliquid tale dicens. Scot. Nota secundum Bald. in Auth. ex testamento, colu. 1. C. de secund. nupt. quòd quis non debet perdere legis beneficium, nisi hoc specialiter aliqua lege caueatur. De quo latè, & pulchrè vide per Ias. in l. quod te. colu. 13. ff. si cer. pet. eundem, qui dubitat de veritale huius regulę, in l. 1. columna ult. C. de transact.

De fideiusso. &c. Tit. 4.

Versi. non simpliciter. } Sco. De hac dictione, Docto. & add. l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de uerb. obl. Bal. l. in testamento. C. de suis, & legit.

Glos. §. si. uerb. moderno, scilicet, huius constitutionis &c. uersi. Dic ergo si argentarius &c. } Scot. vide ad hanc gl. Ias. in l. singularia, col. 19. si cer. peta.

De monachis. Tit. 5.

Glos. §. si uero is quidem, uers. & ad uirtutis augmentum &c. } Scot. Tiraq. tract. de pæn. temper. caut. 29. sub nu. 5. lege argumentum.

Versi. volumus enim nullum monasterium &c. } Scot. Nota contrà Carthusienses habentes proprias habitationes, in quibus vnusquisq; comedit, & dormit, & manet seorsum ab alijs.

Quomo. oport. episco. &c. Tit. 6.

Glos. §. quanta. uerb. uocabantur. erant enim quædam mulieres &c. } Scot. intelligit Iustinia. de vestalibus, quæ viuæ sepeliebantur apud Romanos, licet glo. non intellexerit, respiciens ad fabulas de Diana, & comitibus. & lege in textu, non, eorum, sed, eum errorem.

COLLATIO. 2.

De non alien. aut permut. reb. eccles. &c. Tit. I.

Versi. & loco circumclusa. } Scot. Not. legem localem, esse parum fauorabilem.

Glos. uerb. quidam. sic construe. quidam &c. uersi. & postea accipe, colonarium ius est &c. } Scot. De colonario Alcia. l. ædificia, de verb. sign.

Glos. §. nos igitur, uerb. tradere credi. Sed nunquid sine &c. uer. ut sup. 1. respons. } Scot. Facit l. 3. C. de ser. pigno. dat. manum. in vlt. verb.

Glos. uerb. & in perpetuum. Hic not. &c. uers. uel dic fieri in perpetuum, idest, in tertiam &c. } Scot. Facit infra, de restit. fideico. vbi perpetuum fideicommissum intrà quartam generationem, seu gradum concluditur.

§. *Scire autem &c. uersi. & nolentibus præpositis &c.* } Scot. Non enim cadit emphyteota ipso iure, sed volente domino, couè, ad quem res ea pertinet, l. 2. ubi gl. & Bar. ff. si ag. uectig. uel emphyt. Barto. in l. 2. C. de iur. emph. inf. de alien. & emph. §. si uerè quis. uersi. si verò noluerit.

Vt iudic.si. quo. suffrag. &c. Tit. 2.

Glos.uerb.locupletibus.No.hic &c. add. margin. subditos suos locupletes esse &c. } Scot.immo mauult,quàm se.

Vers.& uno hoc introducto ordine &c. } Scot. Dato vno incõuenienti,sequitur aliud.vt aliàs dixi. l. stipulatio ista.38.ff.de verb.obl.

Glos.uerb. illicito. No.quòd praecedente uno malo &c. } Scot. l.ratas.C.de rescind. uend.

Glos. uerb. eloquiorum. No. argumentum , quòd possunt &c. } Scot.vide ad hanc singul.glo.Alex.in l. 1.

Vt ecclesia Roma. &c. Tit. 4.

Versi.tempus pro puritate. } Scot.videtur legendum, pro veritate,& colligi potest ex glo.hic,versi.si non est hic pro veritate,& est speciale:aliàs ergò est,tempus autem pro veritate,idest annorum cursus, pro rei dominis.

De incest.& nefar.nupt. Tit. 6.

Glos.uerb.illicitas.hoc generale nomen est &c. uersi. vnde non est bona sua argumentatio:licet noster fuerit concinis , scilicet Florentinus. } Scot.Martinus glossator fuit Florẽtinus,& sic conciuis Accursij.

Glos.uerb.alia necessaria.ad ueslitum &c.uersi sed quomodo pasceret eum &c. } Scot. vide l.legatum.& ibi gloss.ff.de capit.diminut.

COLLATIO. III.

De Lenonibus. Tit. 1.

Versi.si enim pecuniariorum eos furtorum &c. quomodo non multò magis castitatis furtum &c. } Scot.Leno dicitur fur castitatis. Errat ergò Neuis. qui in syl.nupt. char.137.col.2. dicit,deflorantem virginem non committere furtum,post Cępo.in Auth.sed nouo, iure nu.91.C.de ser.fugit.

De defensoribus ciuitatum. Tit. 2.

Glos. §.& indicare,uerb.quendam.qui vulgò massarius uocatur Bononiæ.aliàs Camerlingus.sed in iure ædiles uocantur : ut ff.de orig.iur.§. item quod ait. } Scot. lege itemque vt essent.

Glos.uerb.maiores.ut Florentia. } Scot.vide Nic.Neap. inter Lectu. Bart. in l.si duas.§.Grammatici.ff.de excus.tutor.

De mandat.princip. Tit. 3.

Versi.licet spectabiles uiri,uel clarissimi,uel præsides sint. } Scot. Nota præsides, nec spectabiles esse, nec clarissimos.

Glos. §. si. uerb. præsentem. Nota malum grammaticam &c. } Scot.Fallitur.hic gloss.& add. margin. legendum certè faciunt presens tibi cingulum &c. Potest enim & dici cingulus, vt testis est Cicer.de somn. Scip.qui loquens de cingulis,idest, zonis cœli,ait quorum australis ille &c. alter subiectus aquiloni &c. vtique cingulus. Vergil.tamen dixit, nona. Aeneid. aurea bullis Cingula,& 12.notis fulserũt cingula bullis Pallantis pueri.

De trien. & semiss. Tit. 5.

§. prohibemus.uersi.nouimus enim aliqua &c. } Scot.carpũtur vxorij,sicut in l.4.ff.de inoff.test.

Glos.uerb. nudam.& illam fortè &c. } Scot.immo omnem suarum rerum.

Glos. uerb.relinquat. hoc est commune &c.uersi. non grauatur, quia omnium &c. } Scot.Hæc ratio vera non videtur. Quamuis enim sit habiturus omnia patris bona, moram tamen in legitima portione non patitur, d.§.cum autem,ne pereat interim fame. Quod Iustinianus hic docet.Facit l.omnium.ff.de vsuf.Fortè procederet,si haberet omnium rerum vsumfructum:quia cessaret ratio legis:& ferè semper plus haberet,maximè si descendentes eius essent instituti hæredes vniuersales.

Glos.§.erubescimus, d.uerb.erubescimus.No. non ualere responsionem &c. } Scot.Adde l.illam, C.de collat.Bald. in consi.schismat.in prin.post tit.C.si quis aliq.testa.prohibu.

Glos.§.& quod sæpè.uerb.decies millies,scilicet , orta sunt.& facit ad hoc verbum &c. } Scot.& ins.de restitut. & ea quæ par.§.si.

COLLATIO. IIII.

De nuptijs. Tit. 1. Ad Rubr.

Scot.Haloander restituit, de ijs qui nuptias iterant. Nam de nuptijs est extrà materiã. Spieg. in ll. 12. tab.tit.de success.ex testa.& de lega.In fragmento quoque Imper.constit.legitur, Nouella 22.de ijs, qui nuptias iterant.

Versi.alia nanque omnia &c. non omnibus competunt , nec hominibus &c. } Scot. Sic Cicer.de iusticia, in libris de officijs.

§.mitiores itaque. } Scot. Anton.August.Hispa.ad Modest.lib.sing.leg t, mitiores itaque nuptiarum solutiones, quæ generali sermone bona gratia solutæ dicuntur, eiusmodi propemodum esse sciendum est. Facit ins. rubr. neque uirum quod ex dote est, uersi.si uero bona gratia soluantur &c.

§.sis itaque,uersi.Ratio quoque ex &c. } Scot. Anton. August.eo.lib.legit,quæ de ijs causis dicta sunt, e contrario quoque procedunt,& si mulier &c.

Glos.§.est quoque.uerb.immoderationes. No.aduertendum &c. uersi.unde uersus uix fine &c.cura. } Scot. lege gaza.

Glos. §.soluto igitur,uerb.differentia.hac dictio &c. uersi.in si ne illius notula,sed in eo &c. } Scot.notulæ, idest, gl.& inf.eo.§.nec illud.

Glos.§.nec illud,uerb.secundis, idest,filijs &c. uersi.& plenè diximus in illa notula,hac dicta differentia &c. } Scot.vide sup.eo.§.soluto igitur.& ubi dicit, hæc dicta, lege, hęc dictio.

Glos.§.qua uero,uerb.& defuncti.propter idem &c. } Scot.& dicitur dare honorẽ prioris viri alteri.Vnde apud Homer.lib.11.Odyss.Anticlea mater ad Vlyssem, Tuum(inquit)nondũ quis habet pulchrũ honorẽ. Vndè apparet viduitate viri, honorem cõseruari.

§.Vnde

§. *Vnde sancimus, uers. unum ex duab. conditione habere etc.* } Scot. immo melius fuisset & legatum præstari, & conditionem hanc reijci, argu. l. sed si hoc. §. ult. l. hoc modo. ff. de condit. & demonstr. Ioan. Olden. tract. de vsucap. C. de tempor. circ. nupt. consid. uers. cum quis olim.

De consulibus. Tit. 4.

Vers. quanto enim minora sunt, qua p̄rogātur, tantò plures etc. Scot. Not. pro eleemosyna facienda, vt detur parum cuilibet, quo pluribus detur.

Versi. legem animatam etc. } Scot. Alius dicebat regem esse legem animatam. vide Stobe. sermon. 43. ubi tribuit hoc dictum Architæ Pythagoræo ex scriptis de lege, & iusticia.

De restit. & ea que par. Tit. 6.

Glos. §. sed quia lex, uerb. decies millies, & hoc colore loquendi etc. } Scot. & suprà de trien. & semiss. §. & quod sæpè, & inf. vt omnes obed. iudi. uers. & non respiciunt &c.

COLLATIO V.

Vt præpon. no. Imper. Tit. 1.

Glos. uerb. actore, puta in nomine &c. uers. apponendi sunt add. margin. Concord. glo. in c. &c. } Sco. Idem in processib. glos. inf. in med. lit. nō sic. & c. ad fi. uerb. proœmijs. Vide Bar. hic not. 3.

De exhiben. & introd. re. & c. Tit. 6.

d. rubr. uersi. de indotatis uxoribus &c. cui relinquitur. } Scot. lege, qui relinquitur: & expone, idest superstes.

Glos. uerb. aguntur, idest, deducuntur, quæ miseria &c. } Scot. Vide quod per hanc glo. dicit Alex. in l. si cum dotem, §. si maritus, col. 1. ff. solu. matri.

Glos. §. sancimus, uerb. libellum, idest, scriptam petitionem &c. uersi. sed quod dixi de actione, de consuetudine non seruatur &c. } Scot. Hoc adducit Dec. in l. edita. C. de eden.

Glos. uerb. hoc est 20. nunquid diminui &c. uersi. sed puto semper posse abbreuiari: quia inuenio &c. } Scot. Idem tenet glos. uerb. coarctatione. §. omnem. inf. de litig. Ias. latissimè in l. 2. ff. de re iud.

Glos. §. si uerò, uerb. repudiare. hic u. t. reg ulam &c. uersi. l. generaliter causam. } Scot. Adde §. semel autem, Inst. quibus ex cau. manum. non licet.

Glos. §. igitur, ne latente. uerb. index. nunquid ordinarius &c. uersi. nam non mittit in possess. sed de mittendo &c. } Scot. vide Ang. hic, Ale. l. 1. §. si quid ita, de ver. obl. col. 3.

Glos. §. fin. uerb. pauper. Quis hic dicitur pauper? &c. } Scot. in auth. præterea. C. vnde vir, & vxo. uerb. locuples, arbitrio iudicis relinquitur, quem dici locupletem, vel inopem, per l. tam dementis. C. de episc. audien.

Vt de cater. commu tat. ecclesiast. re. &c. Tit. 8.

Glos. uerb. præscriptione, scilicet, nisi centum annorum &c. uersi. uel hodie 40. annis. } Scot. vide Bart. in l. cum fatis, C. de agric. & censib. lib. 11.

Vt in priua. domib. Tit. 11.

Ver. Et priscis &c. } Sco. Facit Frāc. Bald. in 7. l. Romuli.

Vt omnes obed. iudi. & c. Tit. 20. *Ad Rubr.*

Scot. Nulla virtus est sine iusticia.

Versi. non indicantes potentioribus, magis quàm iusticiam uolentibus &c. } Scot. Not. contra iudices, non ita audientes paruum, sicut magnum, vt iubentur facere. Deute. c. 1. Io. c. 7. Paralip. 2. 19. Leuit. c. 19. Act. c. 10. cum simil.

COLLATIO VI.

Quib. mo. natur. efficiant. legit. & c. Tit. 1.

Glos. uerb. corrigimus, idest, adijcimus, & interpretamur. } Sco. No. adijcientem, & interpretātem, dici corrigere.

§. *si quis sanè, summar. ubi matrimonium non potest &c.* } Sco. Idem omnino summarium cū infrascripto. §. seq. Quomodo hoc stare potest? Nam sequeretur, quod esset idem tex. duplicatus.

Vt ij qui obligatas & c. Tit. 2.

Glos. §. ut autem non demus &c. uerb. parentes, & per consequens ipsos &c. } Scot. Hanc glo. dicunt singularem Doct. vt per Ias. in l. ei qui. not. 1. de acquir. hæred. l. necessarijs. eo. tit. 1. Contraria opinio est magis communis secundum Alex. in dd. ll.

Glos. §. Quod si quis. uerb. facilia. Facilitas enim &c. uersi. in medio l. &c. } Scot. Hodiè vulgò dicimus, circ. med. l.

§. *quoniam autem uidemus, uersi. tunc i llud solum mutuare curator &c.* } Scot. De iure Canonico, quod seruandum, non cogitur tutor vsuram facere. Io. Andr. in c. pen. de donat. int. vir. & vxo. contra gl. ibi.

De instru. caute & fide & c. Tit. 3.

Glos. uerb. imitatio. aliàs imitatio, & aliàs mutatio. } Scot. & sic habes quid sit falsum. vide quod addidi ad Cale p. uerb. imitor. vbi sic habes. vnde falsitas est imitatio veritatis. Accur. in Aut. de instrum. cau. & fi. vide Bud. uerb. in poster. annot. in Pandect. quo Iurisconsultus vtitur, tit. de fals. Quintil. lib. 11. c. 3. dixit alios affectus ueros esse, alios fictos, & imitatos, idest, simulatos.

§. *oportet uerò &c. uersi. actore quidem &c. sicuti index &c.* } Scot. vide. ca. 1. in fin. inf. de success. fratr. in vsibus feud.

Vt non luxurientur homin. contra natur. & c. Tit. 5. *Ad Rubr.*

Scot. Huc pertinet quod scribit Niceph. Call. eccle. histo. lib. 7. c. 23. ad epito. red. a Cassiodoro, cuius verba sunt: In Pontifices, etiam quos admodum de sodomitarum hæresi insanire repererat, acerbè, seu potius fœdè Iustinianus animaduertit. Vide

de edictum, de ijs qui luxuriantur contrà naturam. Nouell.constit. Iustin. 142.

Glo.uerb.capillos.scilicet, Dei.} Scot. Vide c.si quis per capillum. 22.q.1.

De Quaestore. Tit. 8.

Versi.hos non frustrà esse, terrae onus permittere.} Scot. Iustinianus respexit ad illud ex Homero translatum, Telluris inutile pondus.

Constitutio quae de dignitatibus &c. Tit. 9.

Versi. si emancipationis olim dudum quidem, & per eas quae nancupantur legis actiones, facta, cum iniurijs, & alapis liberabat eos &c.} Scot. vide Sigon. lib. 1. c. 6. de antiq. iur. ciui. Roma. Nota tamen quod ibi agitur tantùm de manumissione: hic uerò tantùm de emancipatione: considera an in utraque id fieret.

Glos.ult.uersi.item liberat a seruili &c.} Scot. sed alia dignitas Canonicatus, aut clericatus, non liberat a patria potestate. text. est, ex quo infertur hoc, in c. constitutus, de in integr. restit. Vide notam Fontanam ad c. si. de iudic. in 6.

COLLATIO VII.

Quib.mod.natur. efficiun.sui. &c. Tit. 1.

Glos.uersi.licet non in potestate paren.sint.} Scot. contrariũ videtur per §. liceat igitur. in d. Auth. quib. mod. natur. effic. legit.

§. & quoniam uarie.} Scot. vide Dec. post alios in l. fin. col. 2. C. vnde legit.

Versi & propterea ad ias legitimorum ascenderint: non sinimus eos &c.} Scot. Not. legitimatos esse suos, & necessarios hæredes sine beneficio obstinendi.

§. illud tamen, uersi. si uerò plurimis existentibus &c.} Scot. Qui volunt, eliguntque, fiant: non ergò fiunt antequam velint, eligantque. Contrarium voluit Doct. in l. Gallus. §. forsitan, de lib. & posthu. Faciunt verba, dum filij hoc ratum &c. sup. Quod extendunt ad absentes, arg. l. iubemus, ubi Bar. C. de emanc. liber.

Versi. aut (quod omnium putant leuissimum) peierant.} Scot. Homines leuissimum putant peierare.

Glos uerb. uncias. Sed quare &c. uersi. ibi non fuit protestatus aliquid & sic &c.} Sco. concubina præsumitur vxor, nisi vir prædixerit. De iure canonico præsumitur coitus illicitus. 10. q. 5. c. 1. glo. c. illud. de præsump. Bal. d. l. in liberæ.

De testibus. Tit. 2.

Versi.multorum, bonorumque virorum &c.} Scot. Cicero in 2. officio. (quę magna in populo multitudo est.)

Verb.ueneraible.mos erat antiquitus, ut saltem signum crucis te flator &c. ut arg. &c.} Scot. vide glos. sup. de instru. caute. §. sed & si.

Glos. § si uerò non huiusmodi &c. uer ex supplicijs. Innuit quod etiam non fide dignus &c.} Scot. de veritate huius gl. vide Bald. & Imo. in l. ad testium. §. conditionem. dc testa. Ias. l. admonendi. cha. 45. 2. aut. 3. col. ff. de iureiur. l. 1. §. ult. colum. 4. de verb. obli. qui vtrobique eam sequitur.

Vt sine probib.matr.debitr. Tit. 4.

Gloss.uerb.existimamus. No. mirabile &c.} Sco. vide quod per hanc glos. iuncto textu notat Abb. in c. propofuit. de appell. Ias. in l. a duo. Pio. §. in conditione, ff. de re iudic. per gloss. ibi. uerb. animalia.

§. quia uerò multum &c. ut facile iuiurandum &c.} Scot. Not. non facile iurandum propter periculum præuaricationis. Contrà tabelliones hodiernos, qui iurisiurandum ubique infartiunt.

De aequalitate dotis &c. Tit. 8.

Glo. §. aliud quoque, quod circa. uerb. priuilegium aliàs &c. uer. quid ergò si mulier &c.} Scot. Alia est gl. in l. in contractibus. ubi Bald. C. de non num. pecu.

De tempo non solu.pecu.super dote. Tit. 10.

§. si autem neque intra decenniũ &c. neq; ei post decenniũ &c.} Scot. si interpretaremur soluto matrimonio, esset minoris fauoris. Vnde placet glos. in auth. quod locum. C. de do. cau. non nu. uerb. transcurrerit.

Versi. contestationem uerò dicimus, non in sermonibus, solũ &c.} Scot. vide pulchrè Alciat. lib. parerg. 2. cap. 13. ubi cur protestatio non nu. dot. scripturam requirat: quia iurgia coniugum legislatori fuit suspecta, vt hic, contrà Doct. in l. si. C. de negot. gesti.

Glos. uerb. nuptiarum contractarum secundum M. &c. uersi. uel dic contr. abendarum. secundum Bulga.} Scot. vide Azo. in sum. C. de temp. in integr. rest. col. 2.

COLLATIO VIII.

De testa.imperfectis, &c. Tit. 2.

§. & si quidem. uersi. sub praesentia testium septem.} Scot. Aliqui addunt, vel quinque: & interpretantur in codicillis. Natta in Auth. hoc inter liberos. uers. quarto præmitto. C. de testa.

Haec consti.inno.constit. &c. Tit. 7.

Ad Rubr.

Glos. scilicet quae est & c. uigilanti.} Scot. immo cap. si diligenti.

Versi. constitutione nostra nuper indultum &c.} Scot. considera uerb. nuper, & tempora, l. ut inter diuinum. alleg. in glo. C. de sacrosan. eccles. & constitutionis. sup. vt eccles. Roma. cent. annor. &c. quæ prima facie videretur iunior, d. l. vt inter. quia est in hoc libro Nouellarum, vltimo opere Iustiniani. Et aduerte quòd in d. l. ut inter. fit mentio ciuitatum, hic non: nec in d. auth. Vt eccl. Rom.

De litigios. &c. Tit. 8.

Glos. §. ad excludendas, uerb. interlocutionibus. idest praeceptis &c.} Scot. Latius quid sit interlocutio, declarat Ias. rubr. de re iud. ubi allegat duas glos. huic concordantes: licet hæc reputet singularis p alios ibi.

Vt

Vt diuinæ iussio. &c. *Tit. 10.*

Glos.uerb.contineatur.ex hoc §.sumitur, quod est, &c. } Sco. intellige,quod est,non in text.sed in gl.uerb. quæstor.Aliàs esset ridicula hæc glo. tum quia nihil de hoc in illo textu:tum quia hoc est ius vltimum , et respectu ipsius Iustiniani, quantò magis respectu Zenonis autoris.d.l.fi.

In medio litis non fieri &c. *Tit. 11.*

Glos.uerb.ex proœmijs.quę sunt &c. uersi. item libellus cum pactis &c. } Scot. Hanc glos.reputat singularem Anton.de Alex.& Moder.in rubr.C.de eden.

Vt cum de appell.cognosc. *Tit. 12.*

§.causas autem iustas &c. } Scot.vide Dec.in c.cum speciali, de appella. vbi dicit Doct.tenere hunc text. procedere in similibus hic expressis, vel grauioribus.

Versi.si alicui ex prædictis. } Scot. vide glos.& Bald.in l.filio,de sponsal.Io. Andr.in c.1.de desponsi.impub. Abb.d.c.1. ubi vult hæc correcta.

Versi.sed luxuriosam degere uitam &c. } Scot. Quod præsumitur,cum nolit ingredi monasterium. De quo vide Castrens.in l.Titio centum.§.1.nu.6. de condit.& demonstr.

Glos.uerb.usque ad. 25. ergo econtrà &c. uersi.inf.proxi. §. } Scot.melius inf.proxi.uersi.uel hoc §. non proxi.

§. hęc autem disposuimus &c. uersi. inuenimus pulcherimam filiam &c. } Scot.lege, inuenimus Polyceriam filiã.

Glos. §. Quia uerò,uerb. largitatis. Hac pœna de tertia &c. } Scot.Adde glos.l.fina.C.de repud.uerb.æqua lance. Sed non facit,quia voluit allegare. §.quia verò legem.secundum,sup.hac auth.

COLLATIO. IX.

De hæred.ab intesta.venient.&c. *Tit. 1.*

Glos.uerb.potestatis.hic adijcit Irn. &c. uersi.item nota, quòd hic corrigitur totus ille tit. ff.de coniung cum eman.li.&c. } Scot.Adnotaui de hoc ad rubr.ibi.

Glos.§.si igitur defunctus,uerb.fratres fuerint.No.si fuerint & c.uersi.si uerò neque &c. } Scot.text.est in §.cum filius. in fi.Inst.eod.titu. pro Azo. Facit infrà, uersi.sin & ipsis fratrum &c.sed in §.cum filius, agitur de successio.descenden.

§.si uerò neque fratres, neque filios fratrum. } Scot.simul cũ fratribus defuncti, seu cum patruis ipsorum filiorum fratrum.

De alie. & emphyt.&c. *Tit. 3.*

Verb.proastijs. } Scot. de proastijs in templorum locis vide Alciat.lib.2.c.4.Parerg.

§. sanctissimas uerò ecclesias &c. } Scot.Hunc §.not. Alex. in l.filiusf.§.diui.colu.1.de leg. 1. ad limitationem dicti §.post Comens.& Imo.& multos concord. ibi per eum relatos,vbi tamen limitat regulam huius §. in causa necessitatis, post Ang.sup. in §. hoc etiam. 1.licet posteà in fi.col.1.videatur in hoc tenere contrarium.

Vt fratr.fil. &c. *Tit. 7.*

Glos.uerb.iuris.quæ est sup. &c. } Scot. immo est l.ult.C. de repud.& §.quia uerò plurimas, & §.quia quædam,in d.Auth.ut lice.matr.& aui. & §. sic itaque, seu §.si quis enim.sup.de nupt.

§.ult.uersi per nostram legem. } Scot. per nostram legem intelligit,tam l.vlt.C.de repud. quàm §. quia verò legem dudum.2.alleg.in glo.& §. quia uerò plurimas.& §.quia uerò quædam , in d.Auth.& §.quia verò tanquam.in d.auth.& §.sic itaq;.seu §. si quis enim.sup.de nupt.

De restit. Fideic. &c. *Tit. 8.*

§. Nos igitur,uersi.nouellę uerò legi. } Scot. uidetur legendum,legis,&addendum,facto.Hinc elicitur,quòd alienans volente lege, non peccat in testatorem. Facit l.peto.§.prædium,de leg.2.l.pater,§. cum inter.eod.tit.

Glos. ult.soluiste.No.prohibitionem alienationis. } Scot.Quod videtur verum in hoc textu : quia filij nominatim erant grauati,vt sup.in prin. Cõmunis tamen opinio vult hoc procedere , si prohibiti sunt filij tacitis nominibus,expresso tantùm vocabulo filij. Ias. l.filiusfa.§.diui.Lectu.2.colum.antepen. circ.medquem vide.

Vt nulli iudic. &c. *Tit. 9.*

Glos. §. fi. uerb. pro furto &c. suspenduntur enim &c. addit. marg.ut scilicet teneantur &c. } Scot. vide inf. de pac. tenen.§.si quis quinque solidos.

Vt differentes iudices &c. *Tit. 10.*

Glos.uerb.commentum.quid dicemus &c. uersi.in se supplices. } Scot.in se iudices.

Glos. uerb. cognitionaliter , idest. secundum ordinem iuris. Accurs. } Scot. Qui tam in Auth.si verò. C.de iud.exponit,idest,aliorum consilio, & per annotationẽ, idest,proprio animi motu.

De vsuris nauticis. *Tit. 11.*

Versi.conuocaste naucleros,quib. hac mutua cura sunt. } Sco. No.a præfacto sacrorum prætoriorum, cõsuli nau cleros super mutuis nauticis,tanquam talium negotiorum peritos.Pro Bartol. qui conferebat cum mercatoribus de rebus mercantilibus, vt per Ias. in l.quidam cum filium,de verb. obl.

De rapt.mulier.quæ rapt.nub. *Tit. 13.*

Versi. Quòd si parentes iam decesserunt, qui huiusmodi &c. } Scot. Not.bona mortuorum confiscari.

De collatoribus,& al. cap. *Tit. 14.*

§.ad hæc,in fi.uersi. contrà tamen nouissimum supplicium &c. } Scot.Nisi periculum sit in mora, Cyn.l. placet.C. de peda.iudi.4.oppos.vide Bar.l.1.de offi.eius.Cy. sequitur Alc.d.l.1.nu.52.aduersus Alber.& no.hic cõiungi nouissimũ suppliciũ,& mẽbri abscissionẽ.

De

De sanctissimis episc. &c. Tit. 15.

Glos. §. praesbyteri autem &c. uerb. archiatris. generasunt locorum &c. } Scot. immo archiatri sunt medicorum Principes. Vnde Aesculapius dictus est archiater, tanquam praeses medicorum. Sunt etiam medici principum, per l. archiatri, de Comit. & archiatr. lib. 12. vbi Alciat.

§. iubemus igitur, uerb. & archiatris. } Scot. Hic subest mẽdum secundum Tiraq. tract. de nobil. c. 31. sub nu. 18. non tamen emendat. Tu expunge haec duo verba, & archiatris; & repone, mulierum, secundum versionem Haloandri.

Glos. §. sed & hoc, uerb. pro non scriptis. primo casu &c. } Sco. Limita, nisi vnius monasterij facta esset prohibitio, arg. l. cum ita, ff. de condit. & demonst. & Imo. post Bald. in l. hoc modo, eod. tit. Dec. c. ecclesia, col. 13. post num. 34. de constit. Limita etiam, nisi mens testatoris sit expressa, ne res deuoluatur ad monasterium. Nam textus hic praesumptiuè loquitur. Castrens. l. Titio centum, §. 1. col. pen. de cond. & demonstr. nec haec conditio reijcitur per aliquã legem, vt ibi per eum. Limita etiam, nisi quis legando, vel donando poneret conditionem in se ipso. ita M. Pyll. vide Ioan. And. in d. ca. in praesentia. in add. margi. ad glos. & Nouel. qui se remittit, vt ibi. An habeat locum in facto clerico seculari, vel in clerico in minoribus constituto, docet Ruin. cõs. 153. lib. 3. ad quem se remittit Cagn. In l. 2. sub nu. 120. scu. q. 22. in fi. C. de pact. int. emp. & vend.

Scholia Federici Scoti, Iureconsulti &c. Ad Libros feudorum.

Lib. primus, de consuetud. feudo.

De ijs qui feud. dar. poss. &c. Tit. 1. Ad Rubr.

Scot. Aliquis similat feuda clientelis: aliquis militijs, aliquis instituto Alex. Imperato. vide Budae. Connan Anton. Augustinum Hisp. Spieg. Zas. Francis. Bald. l. ult. Romu. Longouall. in l. imperiũ, ff. de iurisd. omn. iud.

Glos. §. hoc autem notandum, uerb. legibus. quod uerum est, uersic. & praeterea filia iure Lombar. non recipit compositionem &c. } Scot. vide Paul. Castren. post Ang. l. 4. §. Cato, in fi. ff. de uerb. obl.

Quib. mod. feu. amitt. Tit. 5.

Ad c. vnic.

Versi. non mortuum, nec ad mortem vulneratum. } Scot. mortuus, & ad mortem vulneratus aequiparantur.

Glos. 1. uersi. cum plerãque moriturus erat &c. } Scot. Bart. quoque in l. si quis graui. ff. ad Syllan. dicit excusari vasallum non adiuuantem dominum omnino periiurum. Refert Dec. in c. ex ratione. col. penul. de appell.

Glos. uerb. cucurbitauerit, quod hic dicitur &c. } Scot. vide hoc ve. bũ inf. de vasall. qui contra const. Loth. c. 1.

§. Rursus, si fidelis &c. & domino refutauerit: tunc ille qui ab eo &c. } Scot. Facit l. lex vectigal. Quibus mod. pignor.

De natura feudi. Tit. 7.

Ad c. vnic.

Glos. ult. uersi. seddomino dante ibi &c. } Scot. ibi, idest, d. c. 1. de benef. fratr. secund. Aluarot. hic, dicentem glos. voluisse hic se remittere ad d. c. 1. de benefi. ubi plenissimè loquitur.

De successio. feud. Tit. 8.

Ad c. vnic.

Versi. nulla ordinatione defuncti &c. } Scot. vide Felin. in c. prudentiam, colum. 3. de offic. deleg. vbi, quòd iste text. intelligitur de patre disponente in extraneũ. Vnde potest testari in primogenitum: & ibi allegat Castrẽs. cons. 160. in causa, quam magnificus dominus. col. 4.

De feudo Marchiae, vel Ducatus &c. Tit. 14. Ad Rubr.

Scot. inf. tit. constit. feud. Loth. praeponitur Marchio Duci.

De benef. fratr. & quali. &c. Tit. 20.

Ad c. vnic.

Vers. morienti sine filio. } Scot. vel dictum sit, de vno in alterum reuertatur. Alcia. l. si mihi, & Titio, de verbor. oblig. Alex. consi. 103. col. pen. in fi. lib. 1.

De feud. si. cul. non amitt. Tit. 21.

Ad l. vnic.

Versi. Nam si steterit viginti annis &c. feudum non amittit, add. margin. Haec regula est uera in omnibus &c. } Scot. Adde quę habentur per Dec. in c. constitutus. col. 7. uersi. secundò praedicta conclusio, de constitut. Bald. in l. arboribus. §. nam si agger. uersi. secundò noto. ff. de vsufruct. &ar. in l. in filijs. C. de decur. lib. 10. ubi Alex. in addit. ad eum. Cano. in c. ad audientiam. ubi addit. ad Abb. de praescript. Ias. l. fin. col. antep. & seq. ff. de const. prin.

Quo temp. mil. inuest. &c. Tit. 22. Ad Rubr.

Scot. Quod non obtinet in Sicilia. Cardin. Alexand. hic colum. 9. add. ad Dyn. cap. ignorantia, de reg. iur. in 6.

Glos. uerb. & mensem. sic ergo uidetur &c. uersi. sed pone, quòd post annum &c. } Scot. Idem inf. glos. ult.

Glos. ult. uersi. sed si dominus &c. } Scot. Idem sup. gl. 3.

Si de inuest. int. do. & vasal. lis oria. Tit. 26.

Glos. §. si quis se, uerb. ab [illegible] nimirum actore &c. uersi. immo quasi probat. &c. } Scot. Bald. hic not.

FEVDORVM LIBER SECVNDVS.

De feudi cognitione. Tit. 1.

Artic. vnic.

Obertus de orto, Anselmo filio suo dilecto salutem.] Scot. Alij vocant Vbertum. Fuit hic consul Reipubl. Mediolanen. anno domi. 1171. cum alijs. Anselmus de anno 1162. vt apud Corium. Qui Anselmus vnà cum collegis cõfirmauit Hospitale in Brolio propè sanctum Stephanum sub priuilegijs concessis per Pirouanum Archiepiscopum, de cõsensu Galdini tunc archiepiscopi Mediolanensis. Et mirandum, quòd nullibi dicit eos fuisse iurisperitos.

De for. fidelit. Tit. 6.

Scot vide Carafam lib. 10. histo. regni Neapol. vbi de forma fidelitatis, quę iuratur regi Neapolitano.

Ad c. vnic.

Versi. sed quia non sufficit abstinere a malo, nisi &c.] Sco. Hęc verba ponit gloss. sup. in l. iustitia. ff. de iustit. & iur. Instit. eo. §. iuris praecepta. Declinet a malo, & faciat bonum. Petr. epist. 1. c. 3. Gregorius, Minus est mala non agere: nisi quisque studeat & bonis operibus insudare. citat Calistus in enarrat. euangel. Matth. c. 25.

Quis dica. Dux, Marchio, &c. Tit. 10.
Ad Rubr.

Scot. Alber. in si. prin. rubr. ff. de sta. hom. legit, quis dicatur Marchio, Dux, Comes. & malè, quia contrà ordinem ipsius textus. Et quis praeferatur, dicit videndum Hostien. in sum. de poenit. Marchio hîc praeponitur Comiti. sic inf. constit. Frider. de statut. &c. Frider. praeponitur Marchio, in cap. fundamenta, de elect. in 6. dicitur, nullus Imperator, seu Rex Romanorum, aut alius Imperator, vel Rex, Princeps, Marchio, Dux, Comes, aut Baro, vel quicunque alterius notabilis &c. Corius etiã praeponit Marchionem paulo post principia operis, enumerans dignitates nostri temporis. Aduerte tamen, quòd omittit Regem. Marchio tamen praeponitur Duci, sup. tit. 19. constitut. feud. c. 1. sup. de feud. March. & c. videntur confundi ista: & postponitur Ducatus Marchionatui, vt etiam d. tit. 19. cõstit. feu. c. 1. sup. de alie. feud. dicitur Comitatus, vel Marchiae. Vide, vt etiam mandat Alber. vbi suprà Hostiens. in sum. de poenit. num. 38. cui marchio. vbi dicit, quòd Marchio minor est Duce, maior tamen Comite. Vnde Marchio dicitur spectabilis, Comes clarissimus. 11. q. 6. anteriorum. secundum quosdam. Sed certè (inquit) idem secundum diuersarum regionum consuetudinem debent talia iudicari, sicut & de alijs officijs, vt not. sup. de offic. Archid. §. & quibus pręesse intelligatur, & de offic. Archipraesby. §. pertinent. uersi. de his Cardinalibus. & de offic. Primice. Nam in regno Italiae planum est, quòd maiores sunt Marchiones, & in regn. Alemaniae. In regn. verò Arelat. & Vienn. Comites sunt maiores. Vnde nomen Comitis, praeponitur in literis, sicut Comes dicitur Sabaudiae, & Marchio, in Italia Comes, & Marchio in prouincia. Barto. in l. vn. C. de dign. sub num. 78. & Rex, Marchio, Dux, uel magnus Comes. Sub num. 96. Ducatus, Marchiae, (ita legendum, non Marchio) Comitatus, confundit ista, vt vides. Leand. Albertus in descript. Ital. quando agit de Neapo. ponit Marchiones ante Comites, & Principes ante Duces. Vide etiam inf. de prohib. feud. alien. per Fed. c. 1. in prin. & §. ducatus, de pace tenen. & eius violato, in princ. Comes praecedit Marchionem in Concil. Triden. Sess. 15. in Saluo conductu protestantibus dato, dicitur, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, nobilibus militaribus, popularibus. Sess. 25. seu ult. c. 19. Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites & c. c. 20. Imperatorem, Reges, Respubl. Principes, & omnes, & singulos &c. Baronibus, Domicellis, Rectoribus, alijsve dominis temporalibus, seu magistratibus &c. & §. Declarat sancta Synodus &c. Imperatoris, Regum, Rerum publicarum, ac Principũ suorum iura &c. In acclamatione patrum, in fi. Cõcil. Imperatori, & omnibus Regibus, Rebuspub. & Principibus nostris &c. Vide descriptio. Electo. Imperatoris per Zabarel. consi. 154. & in princip. horum librorum, & alibi, vbi primò ponitur Marchio Brandeburgensis, deinde Comes Palatinus, in fi. trac. Cons. de potesta. Regia. ubi de elect. Imper. Sansouinus in historia Vrsinorum, vbi de Nicolao Tertio, nel Quarto grado i Baroni, i Conti, i Marchesi della Toscana.

Ad c. vnic.

Scot. vide de Ducibus aliquid per Alcia. in libell. de singul. certa. plenius per Leandr. Alber. in Descriptio. Ital. c. de Vmbria. Ducatus, verbum in hac significatione legitur apud Sueton. in Nerone, teste Spieg. in Lexi. uerb. Ducatus. De Marchione per Alciat. ubi suprà, per Dulcem in vita Caroli Quinti Imper. char. 2. & per alios.

De success. fratr. &c. Tit. 11.

Ad c. vnic.

Vers. si feudum sit paternum, hoc est, si fuit illius parentis qui cinu fuit agnationis communis.] Sco. Tex. not. Bal. hîc.

De milit. vasal. Tit. 22.

Ad c. vnic.

Glo. ult.] Scot. vide Barto. in l. vt vim, not. 2. de iustic. & iur. & adde hîc, quae ibi adducuntur.

In quib. caus. feud. amitt. Tit. 23.
Ad Rubr.

Scot. De Oberto, & Anselmo vide suprà, de feud. cognit.

Glos. uerb. sapientibus, aliàs non est sapientibus.] Sco. & benè, quia non est apud Senecam.

Quae fuit pri. caus. benef. amitt. Tit. 24.

Ad c. 1.

Glos. uerb. diem, loquitur secundum Modernos &c. uersi. sup. quo tempor. mil. inue. pe. deb. c. 1.] Scot. vbi addidi.

§. sed quia natura.] Scot. Arg. quòd in poenalibus statutis,

tutis, & consuetudinibus proceditur de similibus ad similia. Text. est hic melior de iure secundùm Bald. Vide Ias. in l. si constante. in prin. 9. q. Bart. in part. uel si ultimo in quantum tenet Barto. quòd in odiolis & c. solu. matri. eundem, in l. cum quidam, de lib. & posthu. Adde bonum text. in ca. 1. suprà, quib. mo. feud. amitta. quod incipit, si capitanei.

Si de feud. defunct. conten. sit inter dom. & agna. vasal. *Tit. 26.*

Ad c. 1.

§. naturales filij. } Scot. Nisi legitimatus fuisset primus accipiens. Vide Ias. in l. generaliter, §. cum autem. in fi. C. de instit. & subst. Ratio huius c. ponitur per Alex. post Ang. consi. 67. col. 4. lib. 1. Facit l. in arenam. C. de inoffi. testam.

Glos. uerb. legitimi. hic notabis & c. uersi. hoc autem, quod de naturalibus dicitur & c. } Scot. Sed hoc est falsum in feudis impropriam naturam habentibus. Moder. ad consi. Alex. 2. col. 7. ubi Alex. sequitur hanc gl. & Doct. in c. perlatum, qui fil. sint legit. de qua glo. Alex. consi. 60. nu. 2. lib. 2.

§. si quis decesserit filiorum. uersi. alius tamen pro eo faciens seruitium admittetur. } Scot. arg. ad solutionem canonis per alium in emphyteuta: & quòd quis possit seruire per substitutum.

Glos. §. Titius filijs. uerb. per annum. remouebitur ergo iste & c. uersi. quod ideò fortè contingit & c. } Scot. Hanc gloss. sequitur Alc. in l. si mihi, & Titio, col. fi. de uer. obl.

De pace tenen. & eius violato. *Tit. 27.*

Ad c. 1.

Glos. §. si tres, uel plures. uerb. requirat. quid ergò & c. Respon. Beatus qui tenebit & c. } Sco. Not. illud vulgatum, Beati possidentes. citat Tiraq. in tract. de iur. primig. q. 17. 11. opin. sub nu. 2 1.

§. si quis quinque solidos. } Scot. cruciatur iste Federicus in inferno propter hunc §. Ita Neuiz. in syl. nupt. ch. 12. col. 4. post Parid. de Puteo, in tract. de synd. uerb. crudelitas, in fin. Sed habes aduertere ad excusationem Federici, quòd hic non intelligitur de solidis, idest, assibus, sed de solidis, idest nummis aureis legalibus; quorum septuaginta duo constituunt auri libram, vt l. quotiescunque. C. de suscep. & præpos. & arca. lib. 10. vnde multi populi reperiuntur crudeliores Federico, apud quos pro re va lente libris decem, infertur furi suspendium, velut apud nos. Quamquam ego ad nostrorum, & similium statuentium excusationem, interpretor statutum nostrum de furto rei, vel rerum, quæ potuissent tunc temporis, seu tem pore ipsius statuti valere libris decem, quo tempore precia rerum, erãt vilia, vt cognosci potest ex statutis taxantib. pretia mul tis generib. rerum, quæ sunt in lib. ult. quæ statuta fuerunt edita de anno 139c. tempore Galeazi vicecomitis, domini Mediolani. & pariter de furto paris pecuniæ valori dictæ rei, seu rerum.

Hîc finit lex, deinde consuetud. reg. incip. *Tit. 28.*

Ad c. un.

Versi. aut cum dubitatur. } Scot. Not. hunc tex. ad hoc, q; in dubio bellum præsumitur iustum, & principes sunt adiuuandi. De qua, & Moder. l. 1. ff. de acqui. possess.

De fil. nat. ex matr. ad morganat. contrac. *Tit. 29.*

Ad Rubr.

Scot. vide Paradinum historiæ suæ li. 4. facit scriptũ de Q. Fabio a Sigonio. lib. 1. de antiq. iur. ciui. Roman. c. 9.

De feudo fœmina. *Tit. 30.*

Ad c. 1.

Glos. uerb. postposuerit statim enim, uersi. ff. de adopt. qui libertus. } Scot. l. quidam in testamento. l. rogo, ff. de fideicom. liberta.

Versi. Idem in omnibus, qui habitum religionis & c. } Scot. Not. quòd conuersi dicuntur assumere habitum religionis.

De alien. pater. feud. *Tit. 39.*

Ad c. 1.

Glos. ult. §. 1. } Scot. glos. sentit eum periurum esse, qui non soluit in termino iurato etiam propter impotentiam. Cuius contrarium dicunt Doct.

De contro int. dom. & empt. feud. *Tit. 42.*

Ad c. 1.

Versi. quod ignorãs esse & c. } Sco. Facit l. si. §. fi. ff. de leg. 2.

An agna. vel fil. defunc. poss. & c. *Tit. 45.*

Ad c. vn.

Glo. uerb. repudiare. hoc etiam verum est & c. uersi. ut sup. notatum est. } Scot. Simile seu contrarium huius conclusionis in filio dicitur in l. ut iurisiurandi. §. si liberi, & ibi Bar. de oper. liber.

Glos. uerb. aut utrumque. Not. ergò hic, quòd & c. uersi. arg. hic quod sic. } Scot. Bat. contra loco sup. alleg. & Iac. de Beluis. hic, quem ibi refert, & sequitur Bar.

De feu. non haben propr. natu. feu. *Tit. 48.*

Ad c. vn.

Versi. & cui ipse dederit. } Scot. Not. quòd uis huius clausulæ est derogata per decretum factum de principib. Mediolani, & confirmatum per Ludouicũ Regem Francorũ. De qua clausula uide aliquid per Ias. in l. qui Romæ, §. ult. 8. q. Bar. de uerb. obl.

De eo qui fin. fec. agna. de feud. pater. *Tit. 49.*

Ad c. vn.

Ei, suisque haredibus, & cui ipse dederit. } Scot. Not. clausulam, & cui dederit, de qua per Doct. in l. qui Romæ, §. ult. sup. proxi. cita.

Versi. nisi feudum omnino refutauerit & c. } Scot. Dicitur aũt omnino refutari, si remissio fiat per Aquilianã stipulationem, & acceptilationem, uel renuncietũ ius competens, quàm competiturũ. Rom. cõs. 22. Alc. l. qui Rom. §. duo fratres. vlt. col. de verb. obl.

De

De prohibit. feu. alie. per Lothar. Tit. 52.

AD TITULI INSCRIPTIONEM QUAE in vulgaribus Codicibus reperitur.

Superscriptio. Lotharius diui fauen. clem. iij. Imperator Romanorum &c. Sco. debet legi 2. secund. Mod. Parisié. in consuetud. Paris. de feu. tit. 1. in prin. nu. 35.

De prohibit. a feudi alienat. per Fridericū. Ti. 55.

Gl. §. callidis insuper, uerb. reuertatur, ipso iure, ut puto & c. alienauit, & tradidit. Scot. Secus si non tradidit. Quod & in emphyteuta est. Paul. Castr. in l. peto. §. fratre, in prin. de leg. 2.

§. pen. uerb. coniuratos. Scot. No. uerb. coniuratos, in bonum, sicut alibi conspiratio in bonum.

Quae sint regaliae. Tit. 56.

Ad c. Vn.

Verb. Armandiȩ. Scot. Bal. legit Archimandiæ.

Versi. & dimidium thesauri &c. Sco. vide hist. Neap. li. 3. de lege iniqua Gulielmi Regis super thesauris, q totus thesaurus esset regis, non aūt inuentoris, nec dñi soli. & ob id acquisiuit cognomentū Mali. Nā fuit appellatus Guliel. Malus. Huic fuit filius cognomento Bonus. Dictus est enim Gulielmus Bonus.

CONSTITUTIONES FRIDERICI Secundi Imper. incip.

Scot. vide alias constitutiones huius Friderici, in directorio Inquisitorū nouiter impressō, cōditas Padue.

EXTRAVAGANTES HENRICI SEPTIMI Roman. Imper.

Quomodo in laes. maiest. cri. proceda. Tit. 1.

Verb. Caroli iiij. Rom. &c. Sco. Idem dicit Bar. se Cōsiliariū Caroli IIII. Imper. tom. consil. crim. 1. cōs. 5.

Verb. legitimationis. Scot. non tamen filiorum illegitimorum personarum illustrium, vel spectabiliū, vt ipse dicit in l. ex facto. ff. si quis rogatus. ff. ad Treb. vbi meminit horum suorum priuilegiorum.

Glo. uerb. fidelitas. quaedam est fidelitas & c. uersi. & de eo scriptum est, Diliges dominum Deum tuum &c. Scot. Bar. locum de Deo trahit ad Imperatorem.

Glos. uerb. absentia. huc usque posuit &c. Scot. Malè impulsiua, & finalis hic dicitur causa.

Glos. uerb. de plano. planum est oppositum &c. uersi. per hoc dico, quòd relationes &c. Scot. Tu vide Orran. in clem. sæpè. uerb. de plano, uersi. ex his ēt infert Bar. &c. de uerb. sign. Planè, & de plano idem. gl. l. cohæredi, §. cohæres. ff. de vulg. & pup. subst.

Ead. glos. uersi per hoc solum, quod exhiberet &c. Scot. vide Rom. consi. seq.

Glos. uerb. uidebitur. hoc uerbum uidebitur &c. uersi. sed licet aliās &c. Scot. in l. si sic. ff. de leg. 1.

Ead. glos. uersi quid si dicatur in statuto &c. Scot. vide Bal. in l. 1. in fi. ff. de euict.

Glos. uerb. per edictum. Iste modus &c. uersi. aut multi ciues unius ciuitatis. Sco. Per præconē sufficit citare multos. Ias. l. 10. col. 11. de uerb. obl. Bar. inf. ad fi.

Qui sint rebelles. Tit. 2.

Glos. uerb. rebellando. resistendo. uel non obediendo &c. uersi. quod nota pro ciuitatibus &c. ibi, quia tunc errant. Scot. ego malim legere, quàm tunc errant.

Ead. glos. uersi. uel quia licet. est etiam ipso iure priuatus, tamen donec toleratur ualent gesta per eum. Scot. loquitur de Rege Roberto, cui adaptat l. Barbar. ff. de off. pto.

LIBER DE PACE CONSTAN. &c.

Versi. Fridericus diuina &c. Sco. An iste sit Feder. Secū. qui Henricum interemit, considera: & vide Text. in Offic. c. de seueriſsimis, & maximè tetricis. Fuit Barbarussa pater Henrici Sexti. Hunc aūt librum glossauit Odofr. ex ptāte sibi attributa ab Imperatore, Cæpo. teste in Auth. sed nouo iure, nu. 32. C. de ser. fugit. vbi de autoritate data Bart. glossandi extrauag. Ad reprimendum; &, Qui sint rebelles.

§. si quis autem &c. uersi. hoc quod uos, uel noster &c. Scot. Bal. facit hunc versiculum. §.

Glos. §. priuilegia uerb. mittit. scilicet nuncium. hic dicitur &c. uersi. illud est uo. dignum &c. Sco. Notat hic gl. quòd mandatum nuncij clam pōt reuocari, quia mittēs nunciū, vult obligari per se ipsum, non per alium. Sed mittens procuratorem vult obligari per aliū, & non per se ipsum.

Glo. uerb. concesserimus. hic primò attende &c. uersi. sed illi qui ita eligunt &c. Scot. Idem inf. hac glo. uersi. sed hodie quidam principes.

Ead glos. uersi. sed hodie quid am principes. Scot. Idem sup. hac gl. uersi. sed illi qui ita eligunt &c.

Glos. §. uasalli, uersi. non omnis qui moritur est Ioannes euangelista. Sco. vide Iosephum lib. 4. antiq. Iudaic. c. 6. in prin. Cyn. in l. rationes. C. de prob. dicit aliquos reperiri in morte tàm largæ conscientiæ, quòd libenter de alieno dimittunt filijs suis: & ibi allegat Luist. C. ad l. Iul. repet. quod nemo præsumitur immemor salutis æternæ. vide Valer. Max. lib. 7. ca. 9. Facit illud Menandri, ne fidem habeas nec emorienti quidem fœminæ. Refertur a Tiraq. l. 9. connub. sub nu. 51.

§. Pacta Placentinorum uersi. ita tamen, quòd teneantur persolvere fictum &c. Scot. vide de hoc in chronico Locati de anno 1180. seu cha. 56. & Leand. Alber. in descrip. Itali. c. de Lombardia, vbi agit de ciuitate Ansula.

§. Sententia quoque, uersi. Opizoni Marchioni. Scot. vide in fra eo. §. in Christi.

Versi. excepto Romano ueteri, & Bariano. Sco. Hinc fortè familia Bariana Placentina.

Versi. & nominatim recipimus Ozolinum in plenitudinem gratiae &c. Scot. An sit Eccelinus, cōsidera tempora. vide gl. uerb. stratam, quæ dicit hunc fuisse patrem Eccelini, quem ipse vocat Ozolinum, dicens eodem nomine fuisse eius patrem, vbi legendum, de Romano, non de Roma.

§. hanc igitur, uer. & secundum quòd Lombardi eam bona &c. Sco. Nota uerba iuramenti, intelligēda secundum intellectum accipientis.

§. hi autem sunt, uersi. Abbas Gotifredus Imperialis Aulae Cancellarius. Sco. Nota Abbat. Cancell. Aulæ Imper.

Versi. Otto Dux B. Fridericus Dux S. Bertoldus Dux Z. Bertoldus Dux H. Hermannus Marchio V. Comes Henricus, Comes Theopolus, Comes Ludouicus. Scot. No. hic dici talem Ducem, Comitem talem. No. etiam illud, Comes Henricus, Dux Splen.

§. hi sunt nuncij, uersi. Loterius medicus. Sco. No. Loterium medicum inter nuncios Mediolani.

Versi. de Placentia Gherardus de Arizone, Iacobus Strictus, Hermanus de Caruocampo iudex &c. Scot. vide chro. Locati ch. 57. vbi de Armano de Carto, & Clapo

no iudice. Legendum ergo de Cario, & Claponus iudex, non de Carnocampo. Iudex aût tpe huius pacis dicebat quisquis magistratu fungebat, imò quisquis dabat operam foro. Sahell. tom. 2. pag. 442. seu Ennea. 8. lib. Montic. in tract. de Inuentario, c. 17. sub nu. 470. quo num. dicit, inf. legendum Pilius iudex.

Versi. de Bononia Antonius Potestas. } Sco. Legi debet Antoninus. Fuit. n. hic Antoninus de Andito Placentinus. Sic lege et inf. c. hæc aût sunt nomina.

§. hæc autem sunt nomina, uersi. de Placentia, Gacrdus Attizonus. } Scot. vide Chro. Locati char. 57.

d. §. uersi. de Bononia Antonius. } Scot. Lege Antoninus, vt legi debet sup. §. fi. hi sunt nûcij. quia est idê homo.

§. signum. versi. vice Christiani Maguntinæ Sedis Archiepiscopi, & Germaniæ Archicancellarij.

§. In Christi. uersi. & domino Opizoni Marchioni Malaspina. } Scot. vide de nobil. & antiq. Malaspinarum familiæ, Paulû Manutiû in epist. nuncupato. epist. suarû

§. die Lunæ. 1 1. Calend. Ianuarij in Placentia, in ecclesia sancta Brigida. } Scot. Ex libris archiuij Placentinæ Communitatis, legitur in ecclesia sancti Antonini.

Glos. uerb. in eorum præsentia. hic habes argumentum &c. } Scot. argumentum expressum, incepta locutio.

Glos. §. ult. uersi. lex est commune preceptum &c. } Scot. Habes hic multas definitiones legis.

Ead. glos. uersi. Pax enim multa bona &c. } Sco. commendatio pacis. Vide D. August. lib. 19. c. 11. & seq. de ciuit. Dei, qui c. 13. quid sit pax corporis, pax animę, & aliæ multæ paces.

Ead. gl. uersi. quia uerisimile est, quòd nondum &c. } Scot. vide Caccialup. in fi. tract. de modo stud. in vtroq; iure.

DECLARATIO ARBO. FEVDO. Petri Rebuffi.

Glo. 2. uersi. nisi feudum esset eo modo acquisitum, ut nulla fidelitas præstetur &c. } Sco. vr côtra, inf. sub lit. y. uide inf. lit. g. uers. imò tale feudû contineret repugnantiã.

Lit. Y. non iurabile &c. uersi. non tamen est tamen, quòd licet feudum &c. non tamen erit &c. } Scot. vr contra sup. in prin. lit. a. col. 2. uersi. limita nisi feudû esset eo &c.

IVSTINIANI VITA PER EGIdium Perrinum.

Scot. Iustinianus imposuit possessionibus vectigal intolerandum. Suid. lit. e. verb. vectig.

Glos. 5. uersi. & eius nomen Ioannes Fabri in sanctorum catalogo apud historicos se legisse dicat &c. } Scot. contrà hoc facit, quod ponit Alciatus ex Procopio, in epistola interclara, sub nu. 9. C. de sum. Trin.

Ead. col. uersi. instigante præsertim Theodora &c. } Scot. Multa hic traduntur, demonstrantia Iustinianum fuisse vxorium. Is tñ in Auth. de trien. & semis. §. prohibemus, ostendit se minime vxorium fuisse, dum vituperat vxorios. Finis Scholiorum ad feuda &c.

SCHOLIA FEDERICI SCOTI IVRECONS. &c. Ad institutionum Libros Quatuor, D. N. Iustiniani sacratiss. Principis.

Episto. incerti autoris Instituta ne vocanda sint hæc legum elementa, an Institutiones.

ETSI inter multos iamdiu &c. } Sco. Mihi tamen ridiculum vr hac in re dubitare, cum Iustinianus inf. in pœ. nominet Institutiones. §. cumq; §. igit. §. quas, & l. 1. ad fi. & l. 2. §. sed cum perspeximus. C. de vete. iur. enucl. Add. in proœ. ffo rum. in prin. & §. discipuli, & in const. de emend. Cod. Iustin. & in l. meminimus C. de leg. hęred. & quamuis Martia. Vlpia. Pau. Institutorum libros conscripserint, nihil id refert, tû quia nos debemus sequi nomen, quod Iustinianus autor indidit: tum quia possunt intelligi conscripsisse de reb. in mores receptis, vsumq; non scripto comprobatis, vt dr in vsib. feudorum, & regni consuetudinib. in practicis tam ciuilib., quàm criminalib. in scriptis per diuersos Doct. Bar. l. a. in princ. de vul. & pûp. p Doc. in l. de q b. de legi. Dec. rubr. ex. de côst. i utraq; lectu. Hermonopolus in Hexa biblio appellat Instituta: nec mirum, quia vidit in Pandectis linguæ suæ legi τὰ ἰνστιτοῦτα, vt hic scribitur. Sed Græci abutuntur verbis Latinorum: licet hoc fidem quodammodo faciat, quòd Institutiones Latinæ essent inscriptæ Instituta, & traxerint Græcos in errorem.

Ver. & Politianus in epistolis testetur Martianum &c. } Sco. immo legitur Institutionum in fronte Pandectarû mearum, vbi est nomenclatura iurisconsultorum.

Versi. a Lactantio Institutiones diuinæ. } Scot. qui et li. 1. appellat ciuiles Institutiones hos libros.

Vers. ab Aldo Institutiones Gram. } Sco. a Bud. Institutiones ut sup. a Flor. 12. Institutionum libri, a Caio libri Institutionû, vt in proœ. ffo rum. col. a. Firmicus Maternus Institutiones astronomicas, quarum meminit li. 5. Matheseos, vbi et iuris Institutiones noiat. De uerbo, institutum, Bud. in Anno. in Pãdec. pag. 31. Vide excerpta ex Platina de Iustiniano in pri. ff. ubi Platina appellat Institutio. Iustinia. in Auth. quib. mo. nat. eff. sui, in prin. appellat Institutionis. Considerandus tamê esset codex Græcus. Ficinus apud Politianû, imò ipse Politianus li. 9. epist. appellat Institutiones. Dionysius Musonij filius Rhodius, scripsit inter cæt. historicæ Institutionês li. 10. Suid. uerb. Dionysius Musonij. Iuliani medici Institutionum meminit Galen. lib. 1. de metho. med.

Ad proœmium.

In nomine domini nostri Iesu Christi Imperator Cęsar &c. } Scot. In fine Chronicorum Cassinensis Cęnobij, hr diualis sacra Flauij Iustiniani triumphantis in uicti, in qua appellat se Gothicum, Anticum, Alamannicum, Alanicum, Guandalicum, Africanû, Pium, Felicem, victorem, inclytum, triumphatorê, semper Augustum.

Glos. uerb. Cæsar. a Cæsare &c. vel dicitur Cæsar, quia fuit cæsus de uentre &c. Add. már. ista potest esse uera. } Scot. Imò non, quia falsa in Iulio Cæsare, sed uera in Cæsare Scipione. Textor in Offici. Denominationes a naturalibus, seu accidentarijs casibus.

Glo. uerb. Flauius. quia erat de familia Flauiorum &c. } Scot. vide Spieg. in Lexi. uerb. Imperator, vbi remordet Floridum mordentem Ferrarium Mantuanum.

Imperatoriam maiestatem. } Scot. Vergil. Iustitiæ ne prius miret, belline laborem? Auson. Duo sunt quibus extulit

extulit iogens Roma caput, virtus belli, & Sapientia pacis. Homerus tribuit regibus sceptrum, & hastam, idest, iustitiam, & fortitudinem. Bud. in annochar. 1. Homerus vtrumque, rexque bonus, fortisque bellator. Habetur hic versus Græcè apud Politian. in præfa. in Home. Quem etiam omnium Homeri carminum pulcherrimum videri sibi Magnus L. aiebat Alexander. Facit huc ille versus legis 12. Tab. Minores magistratus periti iuris, plures in prælio sunto. vbi Spieg. Verbum autem Imperatoriam, vt elegantius, ac plenius elegit Imperator. Verbum enim Imperiale est minus elegans, & minus sonorum. quo vtitur Iustinianus, infra. §. cumque hoc, & §. seq. & alibi sæpè, & alij Imp. in Codice, semel autem, (quod sciam) Iurisconsultus Paulus in l. 2. ff. de reb. eo.

Glos. uerb. armis decoratam quæritur quare quod erat armorum &c. respondetur, vt ostenderet &c. } Scot. Simile de Xerxe apud Ioseph. de bello, Iudaico, qui dictus est, nauigare terram, & ambulare mare. Simile de Francisco Francia Bononiensi, qui adeò excellēs aurifex, & pictor erat, vt in aureis, & argenteis vasis se pictorem scriberet, in picturis aurificem. Leā. Alber. in descript. Ital. sub uerb. Bononia.

Gl. §. quorum, uerb. cum summis vigilijs, idest, cum summo &c. add. margin. concord. text. &c. } Scot. Adde c. ecclesia, vbi Abb. col. 2. ad fi. de elect.

Glos. §. omnes uerb. herb. ad immensa. Nam erant tricies centena millia versuum, (idest, legum, uel § uel responsorum.) & duo &c. } Scot. Tu dic versuum, idest linearum, vt inquit rectè Cæcialius de mo. Budæ in vtro in in fi. & facit Io. Pic. lib. contra astrolog. 9. c. 8. Baten, inquit, in naturalium rerum speculo, multis millibus versuum probat, nec Ptolemæum, nec Laberē, nec Albategnum, quantitatem diametrorum Solis, & Lunæ certius indagare, quàm per defectus. Cicero quoque utitur, non semel. Ad Attic. primus versus epistolæ Et imbui ne versiculis his temporibus Brutus ad me pro R. P. vt cum lex aliqua recitaretur, primum versum attenderet. Vide obseruat. Nizol. in Ciceron. uerb. versiculus, & uerb. versus.

Gloss. uerb. desperatam, scilicet, a Constantino &c. } Scot. & a Iulio Cæsare ...

§. cumque hoc, versionem ab antiquis fabulis &c. } Scot. Facit l. antiquis ff. si pars hæred. pet. l. 2. Petr. Crinit. ... enim inde ostas fabulas fecerit ...

Gloss. §. igitur post libros uerb. digestorum. Itaque dicuntur digesta &c. } Scot. Aliqui plura congerunt, quàm digerant, quo nomine Petrum Appon. carpit Io. Pic. li. in astrolog. 1. c. 7.

Add. in corpo. sub dig. Dicebant quidem &c. add. margin. Multò aliter Alciat. &c. & aliter Laur. Vall. &c. } Scot. vbi dicit non per duplex ff. sed per D. literam Græcā maiusculam scribeodum, sicut per C. maiusculum scribitur Codex: per minusculam caput. Vide Haloand. in epist. ad decuriones Norib. Facit Tiraq. repet. l. si vnquam. in præfatio. nu. 61. in fi.

Glos. uerb. Pandectarum, a pan &c. add. marg. vide Bud. &c. } Scot. Ferrar. in procem. Pandectas inquit, fecit &t Tullius Tyro libertus Ciceronis, Pandectas, habēt & aromatarij, seu Parmacopolæ. Pandectas eque condidit Herennius Modestinus lib. 12. constat ...

Gloss. uerb. easdem Institutiones, idest, iudicis &c. add. marg. ...

verior secundum An. quia &c. } Scot. Falsum, vt inf. §. proxim. & §. sed cum perspeximus inf. glos. seq. alleg.

Ead. gloss. uers. partitio animum legentis &c. } Scot. vide Plin. lib. 9. epist. 8.

Glos. §. in quibus, uerb. desuetudine. No. legem tolli &c. add. margin. hoc est uerum si &c. } Scot. vide tex. quib. mo. natur. effic. sui. §. fi. uers. unde certa.

§. Quas ex omnibus. uers. rerum cotidianarum. } Scot. Aliās Aureorum, vt in catalogo iurisconsultorum Pādectis præfixo, uerb. T. Caius. De aureis orationib. Imperatorum vide Hermonopolū in prin. Prochiri. Dicit autem Caij nostri, sicut in §. item lex Cornelia, Inst. de publ. iudic. Caius noster, non ob familiaritatem, cum fuerit antiquior Iaboleno citante eum, in l. si quis legata, ff. de cond. & demonst. ubi habetur etiam solum nomen Caij: sed quia teste Constantino Hermonopulo, inter prudentes potiores partes occupabat; & etiam inter auditores Seruij nominatur a Pomponio, in l. 2. ff. de origin. iur. Tamen malè sonant duo prænomina Titus Caius. Malè itemi vnum nomen Caius. attamen vnū habetur apud Pomponium: qui locus caret suspitione: & in nomenclatura Pandectarum, vbi habetur Caiu tantum Græci scriptura, & vnum hic, & in d. l. si quis legata.

Scholia Federici Scoti, Iureconsulti &c. Ad Primum Librum Instit.

De iust. & iur. Tit. 1. Ad Rubr.

Scot. Iustitia est perpetua, & immortalis, Sap. c. 1.

Glos. 1. uers. sed nomine iniustum fuit &c. } Scot. vide Aristo. lib. 5. Ethic.

Ead. glos. §. cuiusque. } Scot. vbi vide Alciat. nu. 13.

Glos. §. hic igitur, uerb. simplici quo ad &c. Add. in corpo. & ideo positionibus &c. } Scot. vide l. 1. §. ideoque iubemus, & §. sed cum perspeximus. C. de uet. iur. enucleā. Vide etiam in procem. Digestorum. inf. de leg. in prin. inf. de publ. iud. in fi.

Glos. uerb. auertit. Nota contra &c. } Scot. 12. q. 1. c. 14.

Ead. glos. uers. audi Salomon: Tria &c. } Scot. Prouerb. ca. 30. vide Stob. Sermo. 52. vel 53.

Gl. uerb. maturius. hic nota prouerbium, Qui vadit planè, &c. } Scot. Salo. prouerb. c. 19. Qui Festinus est, pedibus offendet.

Vers. si primo leui. } Scot. vide Aggenum Vrbicum ad Frontinum in princ. Facit 1. ad Corinth. ca. 3. uers. tanquam periculis. Vide inf. de leg. §. 1. Ab euidentibus incipiendū. Gal. li. 1. de element. secūd. Hip.

Glo. §. iuris præcepta. uerb. honestè, scilicet quantum &c. add. in corpo. & ideo dicit Ang. } Scot. Hoc videt contra Bar. dantem cautelam in l. fi. C. de ind. uid. tollen.

Glos. §. huius studij, uerb. positiones, idest species &c. add. in corpo. pro concordia &c. & glo. in l. 2. ff. si cer. pet. } Scot. ubi Bar. in § motum.

De iur. natur. gent. & ciuil. Tit. 2.

Ius naturale est, } Scot. vide Bud. in annot. in Pand. Con. in Commen. iuris ciuilis. li. 1. Bonor. in Necyomā. dialo.

dialo.37.Alciat.l.1.ff.de acq.possess.vbi in scriptis manu mea addidi,& dixi,hic definiri ius naturale, vt speciem iuris naturalis generis.

§. *Sed ius quidem ciuile, versi. sed quoties non addimus nomen &c.*} Scot.Cicer.in Topicis, versi. sed vt Homerus &c.vide Connan. lib.1.c.2. Sic ubi dicitur iudex,intelligitur Papa.c.nemo.9.q.3.vbi Archid. Item vbi dicitur Philosophus intelligitur Aristoteles;vbi poetria,intelligitur Sappho.Tiraq.post Gal. l.11.connub.in indice,verb.Sappho.2.ubi fabula, de Aesopica.Theon in Progymnasmatis,de fabula;vbi vide omnino.Vbi Satyricus, vel Satyrographus,Iuuenalis:vbi Lyricus,Horatius:vbi patiens, Iobes.Galen.lib.quod animi mores,corporis temperaturam sequuntur. Homerum intelligimus cũ poetã dicimus, cum poetriam,Sapphonem, cum feram,Leonem:vbi lex,intelliguntur duodecim tabulæ,Francisc.Bald.in præfat.Comment. in ll. 12. tabu.vbi ips,intelligitur autumnus.Galẽ.in 6.Hippocr.de morb.vulg.Comment.4.nisi fallor,vbi dr magistratus,intelligitur Prætor:vbi Consiliũ Athenien.Areopagitarũ.Mysing.hic.vbi post Fabrũ,q verbum æquiuocum debet sumi in digniorẽ partem. De Homero Gal.lib.1.de dieb.decret.vbi dr Episcopus,intelligitur de Papa.Arch. super rubr. 6.de constit. vbi dicit, aliquando singulariter appellatur eps,vt 1.q.3.Saluator.in tit.& c.ex multis, in tit.20.q.3.c.2.in princ.& sic debet vniuersaliter antonomasticè appellari, vt patet sup.eod. lib.in prin.cum simil.

Gloß.§.*ius autem gentium,verb.bella.sed quomodo &c. Addi. in corpo. in quo moderamine &c.versi.de iure gentium secundum Ang.&c.*} Scot.immo ciuili.d.l.1.C.vnde ui.

§. *Constat autem,verb.aut scripto.*} Scot. vide Strabo. li.6. Georg. q Esopis vrbs prima scriptis legib.est usa.

§. *plebiscitum,versi.plebs autem a populo &c.*} Scot.nisi exprimatur vt species;sicut apud Vergil.cum patrib. populoque,penatibus,& magnis dijs,in ll.12.tab. cum populo,patribusque:sicut alia multa vocabula ponuntur generaliter,& specialiter, vt alibi docui.ibi autem,idest,in margine Vergiliana,notaui Macrobium aliter legere illum versum. λαος, significat plebem,populum indistinctè. Tusan. in Lexi. Græcolati.Ibi.etiam, idest in insigni Romanorum specialiter ponitur Populus, Senatus, populusque Romanus.Vide Dec.in l.in toto.ff.de reg.iur.Connan.lib.1.Comment.iur.ciui.c.13. Alciat. alicubi, vt l.plebs.ff.de verb.sign.

Versi. lege Hortensia lata &c.} Sco.vide Plin.lib.16.c.10. vbi quòd Q. Hortensius dictator, cum plebs secessisset in Ianiculum,legem in esculeto tulit ,vt quod ea iussisset,omnes Quirites teneret. Fit huius mentio in l.2.§.deinde cum esset,vbi glo. offundit tenebras,vt ibi tetigi.ff.de ori.iuris.Reperio etiam Philone dictatore latum, vt plebiscitis omnes ciuitatis ordines tenerentur,Sabell.tom.1.pag.534. seu Ennea.4.lib.4.

§. *responsa prudentum.*} Scot.vide Gammar.in tract. de extens.nu.12.in l.si quando.ff.si seruit.uendi. consilium dant iurisperiti. Vndè Doctores appellarunt consilia sua responsa.sic in l.cum ex filio.ff.de vul.& pup.subst.dicitur ex consilio &c. Responsa prudentum hodie sunt consilia Doctorum. Sed necessaria ex forma statutorum vocantur consilia sapientum.Comparantur responsa prudentum, cũ constitutionib.principum,in l.apud Celsum,§.cõtra Senatuscons.ff.de do.excep.& hic sunt ita species iuris,atq: principis placita.§.cõstat aũt, §. sed & quòd principi,& hoc.§.

Versi.quibus permissum erat iura condere.} Sco.concor.l.1. §.iubemus.C.de vete.iur.enucl.aliqui legunt, non iura condere,sed de iure respondere;quod magis conuenit uers.quib.a Cæsare &c.inf.

Versi.quibus a Cæsare ius respondendi datum est.} Sco.vide l. non puto.& ibi gl.ff.de iur.fisci.

Versi.vt est constitutum.} Scot. vide Ferret.in l.4.§. Cato,in prin.ff.de uerb.obl.& in l.1.nu.6.ff.de lega.1. Qui Ferrat.in d.§.Cato,dicit hunc.§. intelligi, de coniectis in corpus iuris ciuilis, & iõ vicem legis habentib.Quod non placet. Vide Spieg. in Lexi. uerb.leges condere,vbi legit,responso, non respõsis,ibi,recedere a responso. in d.auth. l.1. intelligit Ferretus,per verbum tamẽ fortasse,loquens, hũc §.de cõmuni(vt ita dicat) opinione, quæ ius hoc constituebat,quod appellatur ius ciuile, in §.his latis.in 2.l.de orig.iur.si plures in eandem sententiã concurrissent,de eo quod e lege diecebatur, quod ex interpretatione acceptum est. Responsa diualia,pro rescriptis imperialib.seu statutis, habes in l.in officio.C.de strato.lib.12.

Gloß.uerb.opiniones.opinio est &c.} Scot.Adde quòd sententia iudicis appellatur opinio.l.eos.§.super his. C.de appell.

Glos.uerb.a Cæsare Augusto.} Scot.l.2.§. primus diuus Augustus.ff.de orig.iur.

Glo.uerbo, ut iudici,scilicet nulli.} Scot.quandoque iudices ipsi consulebant prudentes,vt habes exemplũ in l.3.§.1.ff.de mino.

§.*ex non scripto &c.versi.diuturni mores.*} Scot. Mos accipitur etiam pro obseruatione legis scriptæ. Hora. lib.carmi.3.Quid leges, sine moribus vanæ proficiunt?Tu vide glos.1.distinct.c.mos.

§. *& non inelegante.*} Scot. Vide Ioseph.lib.2. contra Appio. Isocra. in Pan. ubi dicit, Lacædemonios non discere literas.

§. *Sed naturalia.versi. vel tacito consensu populi.*} Scot. lex abit in desuetudinem non vtendo. Auth.quib.mo. natur.effic.sui.§.fina.uersi. & quoniam non utẽdo. Glos.l.sacri.C.de diuers.rescrip. Glos.l. rem non nouam,ubi latissimè Ias.C.de iud.

Glos.§.fina.uerb.persona.nam homo est dignissima &c.} Scot. cuius facies ad similitudinem pulchritudinis est cælestis figurata.l.si quis in metallum,C.de pœnis. Facit Gen.c.1.Cic.lib.de legi.1.& lib. 2. de natur. deor.

De iure persona. Tit. 3.

Glos.§.serui,uersi.nec occidere solent.} Scot. faciunt verba Cicero.pro Pub.Quintio, iugulare ciuem &c.

Glos.§.si.uerb nulla est differentia. Sed videtur &c. Sunt in dignitate.} Scot.Huc pertinet Adag.1261.

De ingenuis. Tit. 4.

§.*sed & si quis.*} Scot.Cicer.lib.3.de natur.deor.Apud Persas idem,nisi fallor.Herodo.lib.1.

Versi.

Versi. si libera conceperit &c.} Scot. Quid si libera concipiat: & antequam fœtus animetur, fiat serua? Connan. lib. 2. Comment. iur. ciuil. disputat partum nasci liberum.

De Libertinis. Tit. 5.

Glos. uerb. tria genera. si erat unum &c. uersi. quod falsum est: quia quod primò erat &c.} Scot. Facit Bar. in l. si is qui ducenta, in prin. de reb. dub.

Glos. §. *serui uerò, uerb. transitu, idest, dum transit. & est ratio &c.*} Sco. Hanc gl. allegat pro singulari Bal. in l. consentaneum, col. 5. quo. & quan. iud. & alibi secundùm Alex. in l. 1. col. 4. de iurisd. omn. iud. & ibi vide Ruinn. colu. 9. qui notabiliter declarat hanc glo. ubi Lancell. Dec. col. 4.

§. *Libertinorum autem status.*} Scot. Apud Liuium Deca. 4. li. 9. Hispala libertina post patroni mortem, quia in nullius potestate erat, tutore a Tribunis, & Prætore petito, fecit testamentum. Alc. in l. liberti appellatione, ff. de verb. sign. taxat Iustin. vt confusum nimis, adducens aliqua ex Caio ad rei dilucidationem.

Quib. ex caus. manum. non licet. Tit. 6.

Versi. ne iniuria defunctus afficiatur.} Scot. vide Plin. epist. 2. epist. 4.

De lege Fusi Cani. toll. Tit. 7.

Scot. Huius legis meminit Cicer. actio. 3. in Verrem. Io. Vldaric. Zas. in catalog. ll. Roma.

Glo. uerb. quam; scilicet, legem &c. uersi. canis seruabat natiuam &c.} Scot. vide adag. canis in præsepio. Facit illud Matth. c. 23. uersi. vos enim non intratis, nec alios &c. Plau. in Trinum. act. 2. Scæn. 2. ciui immunifico scis quid cantari solet, quod babes, ne habeas. Et illud quod nunc non babes, habeas malum: quandoquidem, nec tibi benè esse potes pati, nec alteri. Achilles Alionus in epist. ad Ioã. Neoiz. ante syl. nup. laculantur & alij in te poetæ Anglici disticon, in præsepe canis fœno nec vescitur ipse: nec permittit equum, qui cupit illud edat.

De ijs qui sui, vel alie. iur. sunt. Tit. 8.

§. *sed & maior, uersi. expedit enim reipublicæ &c.*} Sco. vide Isocra. in oratione ad Nicoclem de regno.

Glos. uerb. bonis conditionibus. Scilicet, vt precium &c. uersi. & ad dominum &c. uersi. nec simul &c.} Scot. vel ad bestias dantur, l. circumcidere. §. seruo, vbi gl. ff. ad l. Cornel. de sicar.

Glos. uerb. malè utatur. quia interest &c. uersi. §. *considerauimus. coll. 2.*} Sco. & in Authen. de defensor. ciuita. §. nos igitur.

Ead. gl. uer. & nota, quòd illud &c. Arg. contrà &c.} Scot. intellige cum res perit, alias cum ad alium transfert saltem subditum, nihil interest hic, an ille habeat, l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petit. hæred. Alc. c. cum contingat, nu. 132. de iureiur. & hic probatur, quia vendens hic habetur pro benè utente re sua

De patria potestate. Tit. 9.

Glos. §. 1. *uerb. Romanorum, i. omnium &c. add. in corpo. dum dicit, quòd filij Francigenarum &c.*} Sco. vide Ias. in l. quod dicitur. 5. q. Bar. ff. de verb. obl.

d. add. uersi. & uide totum in l. pen. &c.} Sco. vbi uide Alex. col. ult. tamen aduerte, quòd gl. non est vera: quia Galli habent rõne patriæ ptãtis. Guid. Pap. q. 54. tpe quo aduocabam. refert, & sequit Dec. in l. qui se patris, col. 1. C. un. liber. & Bal. in d. titu. de fratr. de no. benef. inuest. dicit se nescire, an dicat uersi gl. nra, & de rege Francorum, dic quòd de iure subest Impe. Rom. gl. c. per venerabilem, uerb. recognoscat. Qui filij sint legit. & contrà hanc gl. nfam, tenet Alciat. in l. ptãtis. ff. de uer. sign. nihil allegãs, nec hanc gl. quæ facit contra: nec aliquid pro se. Adde Andr. Barul. tit. de patr. potest. in ll. Longob. Contrà Imperatorem pro Rege Franciæ vide Pet. Iac. in pract. tit. de præiud. actio. ubi multum detrahit Imperio Romano, & Imperatori.

§. *Item qui ex filio &c.*} Scot. Ouid. in Hermio. Oresti, arbitrium neptis habeat auus. Vide præcedentia, & sequentia: vbi quòd si auus maritauit neptem, pater non potest infringere factum.

De nuptijs. Tit. 10.

Versi. ciues Romani.} Scot. Quomodo hoc intelligat Iustinianus, dicit se nescire Sigon. lib. 1. c. 9. de antiq. iur. ciui. Roma. vide l. in orbe Romano, ubi babes, quòd in orbe Romano, qui sunt, ex constitutione diui (aliàs Imperatoris) Antonini, ciues Romani effecti sunt. August. li. 5. de ciuit. Dei. c. 17. Gratissimè, atq; humanissimè factum est, vt oẽs ad Romanum Imperium pertinentes societatẽ acciperent ciuitatis, & Romani ciues esset. Viues, olim inquit, populi Latij solebant in ciuitatẽ adsciscí. Hinc ventum ad alios Italiæ populos, & trans Padum itũ, & trans Alpes, & trans mare. Claudius Cæsar multas barbaras gentes donauit ciuitate Romana, dicẽs, nihil magis fuisse Lacædemonijs, & Atheniensib. exitio, quàm quòd in societatem ciuitatis nunquã recepissent, quos vicissent armis.

Glos. uerb. uiripotentes, idest, maiores 14. annis &c. add. in corp. pro notab. in hac glo. uersi. an autem mulier possit contrahere matrimonium &c.} Sco. Anabaptistę cogunt virgũculas. decennes ad contrahẽdum matrimonium. Parad. historiæ suæ lib. 3.

§. *Affinitatis uersi. si fuit nurus &c. Add. mar. sic uerba prateriti temporis &c.*} Scot. Hinc fluxit practica notariorum, fuit, & est, coniungentium. & ad hunc locum vide 1. ad Corinth. c. 1. Luc. c. 3.

§. *Socium quoque.*} Scot. considera epigramma Martialis lib. 4. in Gallum. Phocylides, Nouercam ne tãge, secunda cubilia patris.

Glos. uerb. postea. scilicet, post natiuitatem &c. uersi. item e contrà: quia &c.} Scot. De huius glos. intellectu Ias. l. 1. C. vnde vir & vxor.

§ *Si aduersus ea. add. marg. Rationem huius etymi &c.*} Scot. ciuitatis filios appellabat Lycurgus. Mantua li. 9. Polymati.

Glos. § *fi. uerb. instrumentis. Sed nunquid &c. add. margin. Dic quòd hodie &c. Ias. hic.*} Sco. ubi habes p Doct. & in c.

per venerabile & Qui filij sint legit. in existes in extre mis possit contrahere matrimoniu, vt filij iam nati legitimentur per subsequens matrimonium. De qua q. Ias. in l. sed & quaesitu, nu. 4. ff. de li. & posth.

De adoptionibus. Tit. 11.

§. *Sed hodie.* Scot. olim exibant de patria potestate, & introibant in potestatem patris adoptiui. Vnde Cic. li. 1. de finib. bono. & malo. ait L. Torquatum in adoptionem D. Syllano filiu suu emancipasse.

Versi. si verò pater naturalis &c. Scot. & intellige solui patriam potestatem, §. sed & si. inf. tit. 1.

§. *cum autem impubes &c. versi. publicę personę.* Scot. Aliqui tex. habent, idest, tabellioni, & malè, vt per Tiraq. tract. de iur. const. par. 3. limit. 30.

Glos. verb. quartam partem. Quid ergo &c. versi. quartam sua partis &c. Scot. At filius adoptiuus patri succedit ab intestato cum naturalibus, & legitimis in virile, l. si te parens. C. de suis & legit.

Ead. glos. ver. absurdum est enim &c. Sco. arg. §. & quonia natie, uersi. ita tamen vt non amplius. Auth. Quib. mo. natur. effic. sui. Porrò fauorabilior est adoptione legitimatio. Ias. l. si is qui pro empto. num. 24. & duob. seq.

§. *minorem natu.* Scot. Clodius minori natu se in adoptionem dedit. Vide Sueto. in Tiberio.

Versi. plena pubertate, idest, octodecim annis &c. Sco. Apud Graecos quoq; plena pubertas hoc tempore concludebatur, vt Apollonius apud Philostratum testis lib. 2. de vita Apollonij.

§. *Sed si quis nepotis, versi. ne ei inuito suus &c.* Scot. vide similem rationem per Barto. in l. in bello, §. medio tempore, ff. de capti. ubi & tex. ipse.

§. *Faemina.* Scot. secundum legem Mosis poterant, glo. c. Ismael, 56. dist.

§. *si. versi. liberum esse &c licet hoc &c.* Scot. Facit Auth. si quis liberos, C. de natur. liber.

Quib. mod. ius patr. potest. soluitur. Tit. 12.

§. *cum autem. Pari ratione. gl. Hic not. ubi &c.* Scot. Bal. in rubr. C. de naut. foeno. ait meliorem tex. caeteris ad hoc probãdum, esse in l. his solis, versi. satis etiam tacitè cautum putamus. C. de reuoc. donat.

Glos. verb. retinent. nota differentiam &c. versi. l. 1. add. margi. istam communiter &c. Scot. Alex. consi. 116. col. 2. per tot. lib. 2.

§. *filiusfam. versi. summa Patriciatus dignitat.* Scot. Belisarius fuit patricius. Vide in vita Iustiniani.

Versi. quem sibi patrem elegerit. add. marg. patrem, idest, senatorem inquit &c. Scot. Vergil. vbi certa sedet patrib. sententia pugnae, idest, Senatoribus.

Glos. §. si ab hostibus, verb. pendet. hic colligitur &c. versi. Ergò alium in potestate &c. Scot. vndè illud, qui semet ipsum non habet, sanum petit.

De tutelis. Tit. 13.

Glo. in princ. verb. non fuit. qui ergò &c. versi. sed contra. C. de senten. &c. Scot. Haec glo. est addititia, vt videre est in antiquis codicibus.

§. *est autem tutela &c. uis, ac potestas.* Scot. Hae duae voces idem notãt, vt alibi, scilicet. inf. §. seq. & inf. de interd. §. sequens diuisio, uersi. eiusque vis, & potestas haec est, & §. sed interdicto, uersi. quorum vis ac potestas plurimam &c. vt aucupari verba non debeamus. Scatent Latinorum volumina talib. loquendi formulis. Facit l. scire leges, cum gl. uersi. itẽ nota q uis, siue ptãs &c. ff. de legi. licet ibi gl. prius visa sit distinguere, nec bene.

Glos. §. tutores autem, verb. qui ades, ut est praefectus. Sco. est ridicula, sicut glos. in l. cum pater, §. donationis, verb. ad aedituum. ff. de leg. 2.

Glos. 2. §. fi. uersi. ita legitimus &c. in prin. add. margin. Dic quòd cõmunis opinio est in contrarium, propter &c. Scot. Adde nouam rationem: quia si uerum esset, q legitimus tutor huic praeferretur, quam vtilitatẽ consequeretur pupillus ex datione tutoris testamentarij, in casu, quo legitimus vellet administrare? Sed cum sit, q lex, & natura nihil operãtur frustrà, l. qui bis idem. ff. de verbo. obl. & cum vtilitas pupilli sit spectanda, l. utilitatem, de confir. tutor. necessariò debet dici, quòd opiniò glo. est falsa. Et sic legitimus tutor, non est huic praeferrendus.

Gl. 2. uersi. Responde. iu memoriam praecedentis potestatis &c. Sco. Hinc potest inferri ad id quod decidit Felin. in c. quae in ecclesiarum, colum. 26. de const. quòd Doct. nouellus post officium, fini debet adhuc praecedere alios Doctores in memoriam pristinae dignitatis. Ratio tamen gl. periculosa est. Nam pater si dederit tutorem filijs naturalib. hic tutor confirmabitur sine inquisitione; & tamen non in memoriam praecedentis potestatis, l. naturali, cum gl. de confir. tuto. Nam pater non habet filios naturales in potestate, sup. de patri. potesta. in princ. Sed ad hoc meliorem rationem adducit gl. l. 1. C. de confirm. tuto. quam sequuntur hic docto.

Qui testa. tuto. da. poss. Tit. 14.

Glos. uerb. filiusfamilias. cum enim tutela &c. Scot. Bart. in l. patri, ad l. Iul. de adult.

Glo. §. seruus, uerb. inutiliter, scilicet, vt statim sit: sed cum &c. Scot. quae conditio non adiecta, subaudiatur tamẽ, ne pereat actus. l. si haereditas, in fin. alleg. in gloss seq.

Glos. uerb. datur. quia directò non erit &c. Scot. videtur gl. in contrarium, in l. seruò. C. de testa. manum. Addi di ad Alex. l. 1. §. si quis ita. col. 2. de verb. oblig.

Glos. §. §. uerb. caeteri, etiam nati &c. Scot. vide §. fina. l. si quis ita. ff. de testam. tut.

De legit. agnat. tutel. Tit. 15.

Glos. §. fina. uersi. his autem deficientibus &c. Scot. contra hanc glo. videtur gl. in l. 1. ff. eo. quam ibi reprobat Bar. per hanc glo. & glo. l. 1. C. eo. vide pro concordia Nicol. Neap. & Io. Fabri hic.

Ead. glos. uersi. inter patrem, & filium &c. Scot. Cum hac glos. concord. glos. in l. legitimis, ff. vnde cogn. gloss. l. quem filius. ff. de adopt. gloss. l. 3. §. ult. ff. eo. gloss. §. ult. infrà de legit. agna. success. Facit gloss. §. 1. infrà de fiduc. tut. contrarium tenet glo. & Bar. l. qui se patris, verb. facultat. 1. q. C. und. libe. & sequuntur ibi Doct.

De

De capitis dimin. *Tit. 16.* *Ad Rubr.*

Scot. Festus, vt refert Viues in lib. 2. D. August. de ciuit. Dei. ait, capite diminutus appellatur, qui ciuita te multatus est: qui liber alteri mancipio datus est: cui aqua, & igni interdictum est.

Glos. §. maxima, uerb. liberis scilicet condemnatis &c. uersi. & fit hac reuocatio propter &c. non autem fit propter &c. } Scot. & meritò, quia plus delinquit faciens, quàm omittens, gl. l. si mora. ff. solu. matrim.

Gloss. §. minor, uerb. interdictum hanc pœnam &c uersi sed in- star excommunicatorum &c. } Sco. non tamen in omnibus. Abb. c. pastoralis. §. 1. col. pen. in fi. cum seq. de appell. quem videto.

De fiduciaria tutela. *Tit. 19.* *Ad Rubr.*

Scot. Quid fiducia, fiduciarius tutor, contractaq; fiducia, fiduciaria hæreditas, Alciat. ponit li. 3. Parerg. c. u't. Bud. in priorib. in Pandectas annot.

Versi. quo defuncto &c. } Scot. Apule. Apolo. 2. Verum. n. inquit, vanis frustrationib. nuptias eludit, eo quòd dum puerorũ auus fato concessit, relictis filijs eius hæredib. ita vt qui maior natu erat, fratri suo tutor esset.

Glo. uerbo, si liberi. qui remanserunt &c. uersi. idem puto &c. } Scot. vide Bar. in l. 3. in fi. cum l. seq. ult. memb. ver. uel e conuerso. Add. in corpo. istam gl. & c. uersi. ad Velleia. & l. 1. de legit. tut. Tunc frater est agnatus, & cognatus fratris.

Glos. uerb. sororis. sed certe &c. add. in corpo. istam gloss. reprehendunt communiter &c. uersi. & ad contrarium respondent &c. } Scot. Tu vide Barto. in l. 3. in fi. cum l. seq. ff. de legit. tuto.

Glos. uerb. atqui pro certè. aliàs, atquin &c. uersi. ex uerbis, & sententia l. 12. tabul. } Scot. tu dic, per constitutionẽ Anastasianam. l. 4. C. de legit. tuto. vide Bart. loco sup. alleg. coniuncta ratione l. 12. tab. vt hic per gl.

De autoritate tutor. *Tit. 21.*

Autoritas autem tutoris &c. } Scot. vide pro declaratione huius prin. Ias. in l. certi condictio, §. quoniam, col. 3. si cert. peta.

Quib. mod. tute. fin. *Tit. 22.*

Versi. etiam antiquis impudicum esse visum est &c. } Sco. Facit Dan. c. pen. vide Plato. de legib. dialo. 11. Gal. in Aphoris. Hippoc. lib. 3. non est, inquit, vnus omnium terminus certissimus pubertatis. lib. 5. Pubertatis tempus vsque ad 25. annum.

§. item finitur. uersi. uel deportati. } Scot. Not minorem annis 14. deportari, & sic finiri tutelam, si habeat tutorem.

De curatoribus. *Tit. 23.*

Versi. usque ad vicesimum quintum annum. } Scot. apud Græcos vsque ad uigesimum tertium. Philostr. in vita Apollonij. lib. 2

De satisdat. tuto. & curato. *Tit. 24.*

Glos. uerb. idonei. scilicet præsumptione iuris: contrà quam &c. } Scot. vide in l. non est uerisimile. & ibi gloss. ff. quod met. caus.

De excusat. tutor. *Tit. 25.*

Versi. & constat eos solos &c. } Scot. l. in bello. ff. de capt. facit Aul. Gell. lib. 2. ca. 15. ex c. l. Iul. 7. Liui. lib. 25. seu char. 183.

Versi. si enim qui pro republica &c. per gloriã &c. } Sco. Cic. Philipp. 13. aut appressa, quod omen auertat Iupiter, si non spiritu, at virtutis laude viuemus. Philip. vlt. uersi. o fortunata mors, quæ &c. uos uerò patres &c. Cic. siue Cornif. in Rhetoricis ad Herennuersi. nullum periculũ graue &c. Testator propter nomen, viuere dicitur. sup. quib. ex cau. manu. non lic. §. 1. Io. Annib. Canon. repet. l. post contractum, nu. 433. ff. de don. vide ridiculum Bart. in l. si is qui pro emptore, vbi Ias. 192. ff. de usuca. Prior erat ex consulib. qui plures filios habebat, vel bello amiserat. Gell. ubi sup. Caccial. consi. super præced. monac. col. pen. post consi. Card.

Glos. uerb. munerum, idest, onerum ciuilium &c. uersi. & l. in honoribus. add. margin. ab eo tamen excusant &c. } Scot. Octo filij, & quatuor ex vno, non excusant. Imol. cõsi. 77. ubi de concordia legum, tum 12. tum. 16. requirentium: & ibi soluit duob. modis, uel trib. vt ibi per eum: & ibi an mortuis aliquibus expiret immunitas: & an tps petitionis, an concessionis attendatur.

§. similiter. } Scot. imperiti literarum qui dicant, habes per Bar. in auth. sed nouo iure. C. si cert. petat.

Vers. quamuis. } Sco. Ponitur aduersatiuè, sicut in l. 1. C. si quis eam cuius tut. vbi glo. Vide Anton. August. Hisp. ad Modest. lib. sing. & sic ad l. athletæ. §. pe. & ult. hic alleg. in glos.

§. Qui tutelam. addit. margin. Alciat. lib. dispunt. } Scot. & in l. sed & reprobari. §. fi. dr̃, promulgatũ a diuo Vero & Antonino. Quod ad rẽ facit. Vide Bud. in anno. in Pãdect. ad quẽ adnotaui. Adde l. diuus. 2. de fal. uers. sed diuus. Addidi ad l. filiusf. §. diui, de lega. 1.

De suspect. tutor. *Tit. 26.*

Gl. §. ostendimus, uerb. omnes quidem tutores, idest, omnis &c. } Scot. sim: le, vult oẽs homines saluos fieri. Verg. Errabant acti fatis maria omnia circum.

Scholia Federici Scoti, Iureconsulti &c. Ad Secundum Librum Instit.

De rer. diuis. & acquir. ipsa. domi. *Tit. 1.*

§. Et quidem naturali &c. } Scot. Mare natura omnibus patet. l. uenditor. ff. commu. præd. Plaut. in Rudẽte, Mare quidem cõe certum est omnibus esse. Quid prohibetis aquas? vsus communis aquarum. Verg. Cunctis vndamq;, auramq; patentẽ. Aduerte aũt Ouidiũ paulò post appellare aquas munera publica, ponẽs publicum, & cõe pro eodem. Considera illud Num. c. 20. nõ bibemus aquas de puteis tuis. Sed ibi loquit de aquis putealib. & sic priuatis, & sic dominij eius, cuius est fons. Idem in Topicis di-

xit,littora esse publica.Nizol.in obseruat.in Cice. verb.publicus,ca, cum.

Glos.uerb.profluentis,id est,de celo cadens. } Scot. immo currens,l.a quâ,C.de seruit.l.in concedendo,& duab. seq.ff.de aq.pluui.arcen.Tiraq.tractat.de nobil. c. 31.sub num.217.Cicer.1.Offic.prohibere aquam profluentem.De cęlo autem cadens est,a qua pluuia,l.1.ff.de aq.pluui.arcen.

§. *Riparum.* } Scot. Ripa arabilis mensuratur cum fundo.Bertach.in reperto.uerb. Ripa.

Glos.§.Littorum,uerb.publicus.sup.eo.§.etc.uersi.sed Ioan.dicit nulla etc. } Scot.Glo.l.2.§.cum quidam,uerb. vile, ff.ne quid in lo.publ.

§. *Vniuersitatis.* } Scot.publica sunt,nõ in pecunia populi,sed in vsu publico.l.sed Celsus.ff.de contrah. empt.

§. *Sancti.* } Scot. vide Agge. Vrbicum ad Frontin.

§. *Religiosum.* } Scot. vide Agge. Vrbic.in prin.

Glos.§.sancta quoque res,uerb.deliquerint,scilicet, transcenden do &c.uersi.Lucanus:Fraterno &c. } Sco. Ou.in Ibim. Vtq; Remo muros auso transire recentes, Noxia sint capiti rustica tela tuo. Facit.l.3.§.in bello,uer. necnon & si quis,ff. de re milit.

§. *Singulorum,uersi.commodius est utique &c.* } Sco.Ad hãc rõnẽ vetustatis facit Galẽ.li.1.de respir.diffi.col.2.

§. *fera igitur bestiæ.* } Scot. vide Socin. in l. 3. §.Neruanu.11,ff.de acq.possess.

§. *Illud quæsitum est.* } Scot.Ouid.li.ult.de Arte aman. & lepus hic alijs exagitatus erit. Vetus est prouerbium,sæpe unus leporẽ mouet,alter capit. Petrar. lib.1.dialo.54.de remed.utri.fortu.

§. *apium quoque fera.* } Scot. Vide Cælium Calcagn. in iudic.vocal.

Ead.§.glos.uerb.incluserit.Quod Bulg facere &c. dicens, magis timeo scandalum &c. } Scot.Facit Cicer.de off.quandoque de iure suo decedendum,scribens.

Glos.§. pauonum, uerb. talis regula, hic nota tria genera &c. uersi.item fera naturaliter,sed accidentaliter &c add.marg. ista glos.reprehenditur &c. quia apium natura non est adeò fera &c. } Scot.Probat.l.si apes feræ.ff.de furt.osten dit enim posse apes non esse feras.Idem de pauonibus.l.si pauonem.ff.eo.scilicet, de furt.

Glos.§. gallinarum , uerb.omnium &c.uersi.vel dic singularum in specie. } Scot. Tu dic,simpliciter, non secundum quid.l.hoc legatum.ff.de leg. 3. Nam gallina simpliciter non habet feram naturam: gallina secundum quid,cum adiectione.scilicet feræ, habet feram naturam.

Glos.ult. uerb.feras.vt phasianos. } Scot.Alber.uer.gallinæ.

Glos.uerb. gallinæ.scilicet, domesticæ. } Scot.vide in auth.vt omn.obe.iud.col.3.ad fi.vbi est tex. de furto unius gallinæ domesticæ.

Glo. uerb. qui lucrandi animo.s.vt habeat pennas,uel oua &c. } Scot. in ouo fit furtũ,& in faba vna.gl.l.si proprie tarius.in fi.prin.de dam.infec.concor.c.ult.14.q.6. & rapina,inf.ui bon.rapt.in prin.Tamen stante statuto,vt forma aliqua in condemnatione seruetur, non habebit locum in huiusmodi paruulo furto, vt per Alex.consi.152.nu.5.lib.5.

Ead glos.uersi.sed nunquid dolus &c. } Scot. vide prouerbium, Boliti pœna, vbi de lege Solonis puniente furantem stercus bubulcum.

Ead.gl.uer.no.ex hoc.§.quòd qualibet actio, etiam pro uno &c. Scot. Facit.inf.ui bon.rap.in prin.uerb.minimam.

Glos.§.præterea uerb.Longiore,id est longo &c.uersi.respondeo, per rusticos,qui &c. } Sco.Rustici sciunt rustica, iuxtà illud Propert.Nauita de vẽtis, de tauris narrat arator:Enumerat miles vulnera , pastor oues.Horat. Quæ sunt medicorum, promittunt medici: tractãt fabrilia fabri.

§. *Insula.* } Sco.vide Calep.uerb.Aegeum,& uerb.Anaphe.Incertus autor de orig.barbaro.de Arabi. de insula nata apud insulam sacram. Seneca in prin. lib.de prouidentia,ponit ortum insulę in mari,inter miracula.vide Leand. Alber.in Descrip.Ital.c. de insul.ad Ital.pertinent.c.1.in fi.vbi negat nasci. Inculta verò loca in dubio præsumuntur reipublicæ:nec fiunt occupantis.Alciat.l.Sylua.in fine.seu uerb.noualis.ff.de verb.sign.

§. *quod si naturali alueo,uersi.nouus &c. esse incipiat.* } Scot. Hæc litera cum gl.debet esse super uerbo, incipit, quod est inf.

Versi.alia sanè ibi si cuius totus ager &c. } Sco. Magis erat dubium,quàm si pars.

§. *cum ex aliena.* } Scot. vide quod notaui ex Arist. ad l. adeò,§.cum quis.ff.eo.seu de acq.rer. domin.

Glo.uerb.facta,facta autem intelligitur &c. } Sco.imò facta, id est,perfecta:fecerit,id est,perfecerit.l. 1. ff. quod quisque iur.

Glos.uerb. uel spicas.& ita apparet &c.uersi.contraria est regula,quę dicis &c. } Scot.Azo in procem. C. ponit tres modos soluendi contrarietates legum : Huc facit tertius modus:quem ipse inducit ad similia.

Glos.§.si tamen,uerb.preciosior.Nota &c.Add.mar.hoc uerum quando &c.aliàs secus &c. } Scot. Sed hoc est contrà d.l.si in emptione,cum loquitur de seruo.vide c.ex literis,ubi Abb.not.1.de iur.patro.

§. *si duorum.* } Scot. Mistura facit tertium genus. Liam hoc iure,ff.de vulg.& pup.subst.

§. *cum in suo,uersi.quia omne quod solo &c.* } Scot.Fallit in clerico ædificãte in solo suo de pecunia ecclesiæ: quia solum cedit ædificio.Abb.consi.93.nu.1.li.2. glo.c.apostolicas.12.q.2.vbi adnotaui. Fallit ẽt in ecclesia,cui cedit solum.Cæp.l.quãtum, ff. de uer. sign. Tamen cum Guilielmus Rex Angliæ ædificasset templum D. Stephano in solo alieno, eius precio nõ soluto domino soli,cadauerq; eò delatum fuisset ad sepulturã,dñs soli reclamauit,nec fiuit eum sepeliri, nisi soluto sibi prius precio soli in quo sepeliendus erat Rex,vt scripsi tom.1.Respõ. lib.1.respons.1.nu.193.

§. *certè illud,uersi.nam scienti alienũ solum esse.* } Scot. super ædificans in loco communi, an faciat ædificium cõe.Cæpo.consi.35.nu. 7. de ædificãte habes tex. quod sic,in l.si in area.C.de re.uendic.

Glos. §.litera uerb.bona fide.si autem mala &c.uersi.nos quod non add.margin.& benè &c. } Scot.per Azo.inf.§.seq. uersi.ridiculũ.sed ibi sp ãle pp immensã æstimatiõe picturæ,quæ non cadit in scripturã, hoc §. lfæ.

§. *si quis in aliena,uersi.sed nobis videtur melius &c.* } Scot.vide l.si in emptione,in prin.ff.de contrah.emp.

Gl.§.si quis a non domino,uerb.fructus,scilicet industriales &c. add. margin. Fructus industriales &c. uersi. naturales uerò &c. } Scot.vide l.qui scit,ff.de usu.

d.add.vt poma,fœnum. } Sco.de fœno dubitat,vt p Bar.in l.& ex diuerso.ff.de re,vẽd.Mod.trac.de fructib.vt Cæpol.

Cæp. & Loriot. Forcat. in pen. iur. ciuil. vide Ang. tract. de oli. & pale. in tract. de duob. fratrib.

§. *is uero. uers. & ideo licet maturis &c.* Scot. Et est differentia inter fructus perceptos, & fructus a solo separatos. A solo namq; separati non dicuntur per cepti. l. bonæ fidei. ff. de acquir. rerum domin. vide gl. infra, uerbo perceptis. par. 1. pro hac differētia, iuncto text. vide tamen l. pratum. l. antepen. ff. de re. uend. Bald. c. in Genesi. num. 5. de elect. vide Petr. Iac. in Pract. libel. de confess. in seruit. perso. vsufr. nu. 6.

Glos. uerb. præceptis. ut si in borreo repositi sint &c. add. marg. idem est si non esset in borreo, sed tamen essent &c. ut quia excussi aspicis secundum Porc. Egid. Per. Scot. l. qui scit §. preterea. ff. de vsur. vide Boss. in pract. crim. de re miss. merced. conduct. sub num. 90. vide d. l. bonæ fidei, de acquir. rer. dom.

§. *thesauros.* Scot. vide Alciat. lib. 7. cap. 1. Parerg. vbi quid si emptor emit fundum, sciens ibi thesaurum esse, domino nesciente? quid item de thesauro inuento in fundo recenter empto? ubi ponit sententiam Apollonij interrogati a Phraate Indorū Rege, quam irridet post Casellium. Adde quod Phraates appellat iudicium aniculę, diuisionem talis thesauri inter emptorem, & uenditorem.

Glos. uerb. non data ad hoc opera, alijs &c. uers. non tamen magica arte &c. Scot. Vergil. lib. 10. Aeneid. alludens ad magiam, facit Magum promittentem thesauros Aeneæ. Inde Mago procul infestam cum tenderet hastam, Ille astu subit: & tremebunda super uolat hasta: Et genua amplectens, effatur talia supplex, Per patrios manes, & spes surgentis Iuli Te precor, hanc animam serues natoque, patrique. Est domus alta: iacent penitus defossa talenta Cęlati argenti: sunt auri pondera facti, Infectique mihi, non hic uictoria Teucrûm vertitur: haud anima una dabit discrimina tanta, Dixerat, Aeneas contra cui talia reddit. Argenti, atque auri memoras, quæ multa talenta Gnatis parce tuis: belli certamina Turnus sustulit ista prior iam tum Pallante perempto. Hoc patris Anchisæ manes: hoc sentit Iulius. Sic fatus &c.

Glos. §. uendita, uerb. fidem emptoris, quid si dedit &c. Scot. vide gl. in l. quod vendidi. ff. de contrah. empt. l. in ciuile. C. de re. uendic.

§. *interdum etiam.* Scot. l. qui absenti. ff. de donatio.

§. *hoc amplius. uers. missilia &c.* Scot. De pecunia uide Cic. Philip. 3.

§. *qua ratione, uers. statim eum dominum &c.* Scot. vel vsucapere, si rei derelictæ non dominus sit derelinquens. l. interdum. §. 1. ubi gl. uerb. uerè ergo. ff. de acquir. possess.

Glos. §. alia, uerb. furtum. ff. de furt. l. falsus. §. si iactum, contra. fol. &c. Scot. Hermenop. lib. 2. epitomes iuris, tit. vlt. ea (inquit) quæ naufragij periculo abijciuntur propter iactum, non habentur pro derelicto: sed manent in dominio prioris possessoris. Ideoque si ex mari in littus expulsa fuerint, dominus ea uẽdicare potest: sed si quis priusquā dominus istiusmodi recuperauerit, sibi acquisierit: idque citra periculum, reuocandæ eius licentia domino conceditur: ita tamen, ut ei dominus rependat suum laborem: vel si fortè eam rem emit, pretium ei restituat. Si verò ipsum se indiscrimen aliquod adduxit, vt ea rem ab interitu assereret, non sine ratione dominium, quoque eius consequitur, ut qui sua salute, rei salutem redemerit: & prior rei dominus, a dominio eius repellitur.

Glos. uerb. de rheda, idest, de curru &c. Scot. Glos. in l. 4. ff. de supell. lega. dicit rhedæ, idest, rotæ plaustri fortè: & citat hunc §. & malè, quia rheda erat duarū rotarum.

De rebus corpor. & incorpor. Tit. 2.

Vers. sicut hereditas &c. & uers. nā ipsum ius hæreditatis &c. Scot. Seneca lib. de beneficijs. taxat Iurisconsultos, aiens, quid enim est hæreditas, nisi res hæreditariæ: quem reprehendit Hotoman. in comment. de uerb. signif. uerb. hæreditas.

De seruit. rustic. præd. & urba. Tit. 3.

Glos. uerb. Iter habet. quo ad commodum, non quo ad &c. Scot. Quandoque nec etiam ad commodum. gl. dict. §. 1.

Glos. uerb. continet. sed qua est &c. uers. & rectè ferre bastam. add. margin. dummodo ciuiliter &c. quod not. pro capitaneo, cui conceditur transitus &c. Scot. Vnde Lysandri apophtegma de erectis, & inuersis hastis: quod vide apophteg. lib. 1.

Glos. §. prædiorum, uerb. tollat. uel non tollat &c. uers. refulsit sol &c. Scot. Hoc dictum citat etiam gloss. in l. si arborem. hic allega. sed omittit locum, quem ponit hic.

Glos. u. fin. uerb. pactionibus, idest, pactionalibus &c. Scot. vide gl. l. 3. ff. de vsufr.

De vsufructu. Tit. 4.

Glos. § 1. usufructus. uerb. abscedente, idest, separato &c. uers. sic. liber homo non poterit &c. add. marg. hec communiter probatur &c. ex hoc sequitur &c. Scot. Tamen alienatis bonis in fraudem, non potest cedere bonis: cū nō reperiantur, nec recuperari possint, sed carceri perpetuò emancipatur, idest, quousque luat, argumen. l. fin. in fi. ubi Bologn. ff. quæ in fraud. cred.

Glos. §. constituitur. uerb. ciuili, quia transit in dominium &c. Scot. vel quia quod natura negat, lex nec audet. l. 2. §. 1. ubi Bal. ff. de vsufr. ea. re. quæ vsu consum. vel quia non congruit definitio. Porc. hic.

§. *finitur. add. marg. sic etiā clerici censentur usufructuarij &c.* Scot. Glos. c. fi. de pign. Facit eos potius usuarios, vbi Alb. col. fin.

§. *item finitur, uers. nihil agitur.* Scot. Simile in §. pen. supra, de autorita. tuto. & in l. 1. §. ff. de offic. procur. Cæsar.

Glos. d. §. uerb. cedendo, uers. imò tunc ad proprietatem &c. Scot. Hoc est contrà hunc tex. per quem apparet per cessionem factam extraneo, non finiri vsumfructum. vide glos. in l. arboribus. §. vsufructuarius. verb. uel daret, uers. possent etiam intelligi &c. vide l. si seruo. ff. famil. ercisc. vbi vsusfructus non potest discedere a personis sine interitu sui.

Vers. & ne area quidem vsumfructum &c. Scot. Nota, ꝙ si legetur vxori vsusfructus donec fuerit ei satisfactum

ctum de dote, modus faciendi desinere, ac finiri vsumfructum est, si soluatur dos, vel. qui familiæ. §. vsusfructus. ubi Bal. ff. fam. ercisc.

De vsucap. & long. tempo. præscript. *Tit. 6.*

Vers. biennio tantum. Scot. vide Aggenum Vrbicum in Frontinum.

Vers. qua cautum est, ut res &c. Scot. vide l. 2. C. in quib. caus. cess. lon. tempo. præscrip.

Glos. uerb. per triennium. quæ tempora &c. uers. & est ratio &c. add. marg. quia solo fauore &c. quod etiam est falsum &c. dic ergò rationem quia in rebus mobilibus &c. Scot. vnde dicitur possessio mobiliũ uilis, & abiecta. l. si rem. ff. de acquir. possess. Paul. Castrens. l. si id quod. in princ. ff. eo. tit. scilicet, de acq. poss.

§. furtiua, uers. nam furtiuarum &c. & lex Attilia. Scot. Melius lex Attinia l. sequitur. §. quod autem. ff. eo. de qua apud Gell. libr. Noct. Attic. 17. c. 7.

Glos. uerb. competat. hoc uidetur &c. uers. sed bodie uitium persona &c. Scot. vide Bald. in l. ancillæ. nu. 8. C. de furt.

§. quod autem, uers. Abolita est enim &c. Scot. vide Gell. lib. 11. c. ult. ubi hoc dictum a Sabino, in libro, de furtis, scribit. Facit Plin. lib. 2. c. 68. ibi, furtoque vi cini cespitem nostro solo affodimus.

Glos. 1. §. nouissimè. ideft, in ultimis, ut breuiter dicam &c. Scot. Concord. l. vn. §. in nouissimo. C. de caduc. tollend. l. nouissima. iud. sol. l. nouissime. quod falſ. tutor.

§. diutina. Scot. Hic §. non procedit de iure canonico. Bart. & Castrens. in l. 1. C. de vsuc. transf.

Vers. licet ignoranti &c. Scot. Adde tamen, quòd etiã scient a ex persona sua prodest, vt si rem redemerit, quam vendiderat mala fide a defuncto possessam. Lan vitium. §. 1. de diuers. & tempor. præscr.

Vers. non prodest. Scot. Etiam ex persona sua. Doct. c. si uigilanti, de præscr.

Glos. uerb. uitium. uel quasi &c. uer. quidam tamen dicunt &c. Scot. Quam opinionem reprobat gl. in l. vitia, C. de acq. poss.

§. edicto. Scot. Not. ex hoc §. fiscum, & ærarium idem esse.

Quib. alien. lic. vel non. *Tit. 8.*

Glos. §. contra. uerb. certus modus, uers. si autem dictum fuit, ut non uendatur. Scot. Not. secundum Ang. hic, limitationem ad l. si conuenerit. ff. de pignor.

Per quas perso. nobis acquir. *Tit. 9.*

Glos. uerb. est modus &c. uers. in quo nudum &c. add. margin. hoc uerum &c. uel operis serui &c. Scot. Imò operæ serui sunt in fructu, infra eo. post princ. ubi vide gl. uerb. vsumfructum. ut infra, &c. uers. quid si nudũ &c. & add. in corpo. ibi videtur &c. vide gl. §. de ijs, verb. vsumfructum, vbi addidi.

Glos. §. igitur. uerb. ex re. large pone &c. add. in corpo. sol dictio ex &c. Scot. vide tex. & Bart. in l. eo tempore. ff. de pecul.

§. hoc quoq; uers. sibi tertiam partem retinere &c. Scot. Hodie contrarium seruatur: quia pater dat aliquid in præmium emancipationis filio, ex lege Longobarda. Alc. l. fin. C. de pact.

Vers. & quod honoris &c. Scot. Honor est sui iuris effici.

Glos. §. de ijs, uerb. usumfructũ. de eo &c. uers. non acquirit &c. Scot. Imò seruus vsuario acquirit ex operis suis, & ex re nostra. §. per eum quoque seruum. infra, per quas person. nob. oblig. acquir. vide glo. supra post princ. verb. vsumfructum, ubi add. ex Ang. & mea.

Glos. §. item per alienos, uerb. per hanc. ita quod &c. uers. namque sola possessio &c. Scot. Hanc glos. dixit singul. Bald. in l. si de proprietate. colum. penul. C. si a nõ compet. iud. Limita hanc gl. in re legata rei meæ, quæ mihi acquiritur. l. Caius. ubi Bart. in fi. ff. de annu. lega. vide Mod. in l. si seruus plurium. in princ. ff. de lega. 1.

De testamen. ordinan. *Tit. 10.*

Vers. testatio mentis. Add. marg. Etymolog. hanc ridet Aul. Gell. &c. Scot. Alcia. defendit lib. 4. de uerbo. signif. & Connan. in Commen. iur. ciuil. vide Gratian. 13. q. 2. c. placuit. circ. med. facit. l. diuus. uerb. vt voluntatem suam testa. ff. de milit. testam. Facit ad hunc text c. 1. §. quia verò. de sacra. unct. in fin.

Vers. olim quidem duo genera testamentorum &c. Scot. vide de testamento physico frag. uete. poet. ex Varro. in princ.

Glos. uerb. calatis comitijs, ideft, bonis initijs &c. uers. unde calende &c. Scot. Aliter gl. in l. cum bisextus. de verbo. signific.

Glos. procinctum eo forte &c. Scot. vide Cice. lib. 2. de natu. Deo. vbi in procinctu testamenta perierunt. Alludit huc Ouid. lib. 1. de Ponto, Hæc in procinctu carmina facta leges: i. ab exituro in pugnam.

Glos. uerb. & libripende. Scot. Liui. Andron. Impubes libripens esse nen potest, neq; attestari. In fragm. uete. poeta.

Glos. §. testes. uerb neque mutus. qui nihil &c. Scot. Mutus casu, & literatus, potest testari. Io. Fabr.

Glos. §. sed cum aliquis. uerb libertate, scilicet, putatiua &c. Scot. Stat gl. legendo, libertate. Secus si legas liberalitate.

§. fin. Scot. Quid sit nuncupare, unde nuncupatiuum testamentum, & de nominibus, Alciat. libr. 2. Parerg. cap. 32.

Glos. uerb adhibitis, ideft, rogatis &c. Scot. vide l. antep. ff. de diuort. ubi Bald.

De milit. testam. *Tit. 11.*

Glos. §. quinimo. uerb. mutus, siue natura etc. add. in corp. dummodo appareat ipsum et. Scot. Hinc habetur, testamentum confici posse adhibito interprete. vide Bart. in l. mutum. ff. de acq. hæred.

Glos. §. sed & si quis, uerb. ex noua. Not. quòd ab initio &c. Scot. Contra regulam l. quod vitiosum. ff. de regul. iur.

Quibus non est permiss. fac. testam. *Tit. 12.*

Glos. §. præterea. uerb. iudicium est, ideft discretio &c. Scot. Adde his omnibus, quòd iudicium significat cõtractum,

tractum, & iurisgentium §. ut puta. uerb. iudicijs, cũ gloss. ff. de pact. & §. adeo. in princ. d. l. iurisgentiũ & l. nihil consensui. ff. de regu. iur.

Add. in corpo. Facit c. in iudicijs etc. Scot. vide Dec. rub. extra de iudi. in vtraq; lectu. vbi quòd ponitur pro sententia, nu. 6. lect. 1.

Glos. uerb. furiosi, hac ratione &c. Scot. Tamen apud Valer. Maxim. lib. 7. Centum viri sustinuerunt testamentum Tuditani notæ insaniæ: in quo hæredem filium instituerat: quasi hoc sapiens factum elideret præsumptam stultitiam.

Glos. §. item furdus. uerb. amittunt. & maximè impij aduocati, ut in eo puniantur &c. Scot. Ad hoc dictum gl. vide Dec. in l. si fugitiui. col. 2. num. 3. num. 19. C. de seru. fugit. Iuno apud Ouid. 3. Metamorph. Huius ait linguæ quæ sum delusa, potestas Parua tibi dabitur, vocisque breuissimus vsus. concord. c. ecclesia, §. item, Dauid c. q. 4. Vno anno pestis mortui sunt septem aduocati Paduæ, & omnes inuenti sine lingua. Neuiz. in syl. nuptia. ch. 125. col. 4. in antiq. Facit quod scribit Florus teste Pandulpho Collenutio, in libello de uipera. Quintilio Varo Augusti decreto Germaniam tenente, cum tres legiones per dolum inter syluas, paludesque obtruncassent barbari: ipseque sibi mortem consciuisset Varus in cruentissima illa cæde, in causidicos præcipue sæuitum est. Vnius os fractum fuit, cuius recisam prius linguam manu tenens barbarus: Tandem, inquit, o vipera, sibilare desistes. Martial. lib. 6. ad maritum, Quis tibi persuasit nares abscindere mecho? Nõ hac peccatum est parte, marite, tibi. Stultè, quid egisti: nihil hic tua perdidit uxor: Cum sit salua tibi mentula Deiphobi. Vide etiam in pract. crimin. Iac. Beluis. Sicut pictori qui abstulerat arma unius, & pinxerat arma alterius, fuit abscissa manus. Paul. 30. muta fiant labia dolosa. Diogenes censuit adulterum, testium, qui bus peccauerat, suspendio puniendum, cum dixit Didymonem ex nomine dignum suspendio. Nã Didymo, testiculus est. Tiraq. l. 13. connub. sub num. 12. Alciat. in Parerg. Adde l. 1. C. de rapt. virgi. vel vidua. in C. Theodos. Galen. in lib. 6. in fin. de Hippocr. & Plato. decret.

d. glos. uers. quia per quæ quis peccat etc. Scot. Sap. c. 11. Sic vbi delinquit, quis est puniendus. in Authen. ut iud. si. quo. suffrag. §. si quis autem, ubi gl.

De exhæred. libero. Tit. 13.

Glos. uerb. præterierit, scilicet, nec instituendo etc. Scot. Nec instituens, nec exhæredans, præterire dicitur, licet ei sit aliquid legati nomine relictum: quia non ad lucrum, sed ad damnum nominatus est. gloss. §. exhæredatus, in gl. mag. in Auth. de hæred. & Falcid.

Glos. §. sed hæc, uerb. eundem habeant effectum. quo ad commodum etc. uers. §. non quæuis. Scot. Dum noster Accursius allegat §. non quæuis, videtur sentire testamen tum non continuò, iure ipso nullum esse: licet inepta, minusque non rata facta sit exhæredatio, sed in firmari etiam cum querela debere. Quòd si exhæredatio inepta loco præteritionis esset, vt Ias. in Auth. ex causa. C. de liber. præter. censuit, afferens d. §. non quæuis. non uideo qui tueatur Accursium. Quòd autem ritè exhæredatis detur querela, probatur ibi bellissimè: resque testatissima est: quodque non exhæredatis ritè, detur bonorum possessio contra tabulas: eoque modo tabulæ non iure ipso tollantur.

De hæredib. instituen. Tit. 14.

Scot. videtur non potuisse olim hæredem rempublicam institui, nec præcipere, Plin. Cæcil. lib. epistol. 5. epistol. 7.

Glos. uerb. non per innouationem. q. d. non induximus etc. uers. liber esse videatur. add marg. Tu dic secundum Docto. etc. Scot. vel detexit quod latebat, siue fuerit olim lex, siue non fuerit, & legem fecit. Facit quod ponit Bald. de no. for. fidel. in prin. in vsibus feudo.

Glos. §. alienus, uers. sed certè, quo ad alia etc. Scot. Quod fructuarius dici possit dominus, concludit Bartol. in Auth. hoc locum, col. 3. C. si mul. secun. nupser.

§. si plures, uers. satis enim constat &c. Scot. Adeò ut testes dicentes institutos fuisse tres hæredes: sed se non recordari ex quibus partibus, probent, seu præsumptionem inducunt æqualium partium. Ias. in l. non hoc. col. pen. C. un. legit.

§. ult. uerb. fratris filios, uel etiam &c. Scot. Facit l. quidã. cum filium, uerb. ignotus testatori. ff. eo.

Glos. §. fin. uerb. in partem, sed in quam etc. uers. sed de ulio, ſemisse &c. Scot. vide Ias. post alios in l. si quis filium. in princ. ff. de acquir. hæred. Doctor. in l. si paterfa. hic alleg. & ibi habes quomodo procedat, cum hodie proprietas acquiratur filio, licet vsusfructus patri.

De pupilla. substitut. Tit. 16.

§. sin autem, uers. separatim in inferioribus partibus &c. Scot. vltimas ceras appellat Martial. lib. 4. Moriẽs reliquit ultimis pater ceris. vide Sueto. in nona cera. Horat. & similes.

Glos. uerb. formidolosus, idest, dolosus multiformiter &c. Sco. Ridicula expositio.

Quib. mod. testam. infir. Tit. 17.

Glos. seu & si quis. uerb. expressum est. Nam testator etc. uers. ex legata ex utroque &c. Scot. Imò duntaxat ex posteriore. Bart. in l. si iure, de lega. 3. Sed oppositum sentit Alexan. in Authen. ex causa. C. de liber. præter. in fin.

§. alia quoque, uers. sed quia sane commodius erat &c. Scot. Facit Cicer. in Topicis, uers. quamquam enim uocabula. Galen. lib. 1. de difficul. respir. col. 3.

§. ex eos. uers. diui Pertinacis &c. Sco. vide Capitolinum in Pertinace.

De inoff. testa. Tit. 18.

Glos. uerb. agentes uincere, scilicet etiam de facto &c. uers. nam frater agit &c. add. in corpo. si autem esset solus &c. Scot. Filius fratris non intendit querelam solus, si tamen existat patruus, qui rumpat querela, admittitur ab intestato, ut colligitur ex uerbis gloss. & Angel.

De

De hared. qualit. & different. Tit. 19. Ad Rubr.

Glos. 1. uers. id est, differenti qualitate etc. addit. marg. Figura est endiadis etc. uers. C. de agric. et censib. in rubr. } Scot. ubi Bartol.

Glos. §. sui alit, uerb. desierit. Improprie ponitur: quia uiuo etc. } Scot. Quia viuentis non est hæreditas. l. 1. ff. pro hæred. l. 2. ff. de hæred. uel act. uend. contrarium tenet Bart. in l. Gallus. §. sed si parente. ff. de liber. & posthu. quòd imò filij uiuo patre dicuntur sui hæredes, ut probat ille text. vbi respon. Bart. ad argu. supra formatum, seu rationem additam pro gl. vt ibi per eum.

Glos. d. §. uerb. quia domestici. No. filium etc. add. in corp. et ideo ex furto etc. nisi esset magnum etc. } Scot. Imò paterfam. in filium, domino in seruum nulla actio de furto prodita est: ut ait Vlpianus l. serui & filij. ff. de furt. & not. Bart. in l. frater a fratre. ff. de condict. in deb. ad uerba prima Accurs.

Glos. §. fin. uerb. nuda uoluntate. oportet tamen & c. add. marg. & sic quod vulgò & c. } Scot. vide Bart. in l. pro hærede. pen. q. ff. de acquir. hær. Castrens. in l. mutum. ff. eo. de acquir. hæred.

Vers. pro hærede enim & c. ueteres enim, hæredes & c. } Scot. vide Calep. uerb. hæres, vbi citat Festum. Et ibi de hærede Dea: cui fiebant sacra post aditam hæreditatem.

Glos. uerb. pro domino unde seruus. } Scot. Addidi infra, de bono. poss. §. quos.

De legatis. Tit. 20. Ad Rubr.

Scot. Facit Galen. libr. 1 c. de method. med. uers. atq; hæc mihi &c.

Glos. uerb. loquimur, id est locuti sumus, & sic tempus pro tempore & c. } Scot. Adde l. cum dos. in prin. ff. de pact. dota. & uide quæ posui ad l. diem functo. ff. de offic. assessor. & §. item verborum obligatio, verb. vlti. & ibi gl. infra, de verb. oblig.

§. sed olim, uers. per damnationem. } Scot. Quandoq; per damnationem, concurrebat cum sinendi modo, l. damnus. ff. de vsu, & vsufr. lega.

d. §. uers. per præceptionem. } Scot. Huius legati fit mentio in l. filiusfam. aliàs, si filiusfam. ff. de dolo. Ad intelligentiam huius §. vide Alc. lib. 3. Parerg. c. 1. Videtur olim non potuisse consequi legatum per præceptionem, nec hæredem instirui. Plin. Cæcil. lib. epist. 5. epist. 7.

Glos. uerb. quadam uerba. Vt si dicat & c. uers. Item si dicat uni hæredum & c. } Scot. vide d. l. filiusfam. aliàs, si filiusfam. & adde quintum genus legati, quod uocabatur partitio. Institut. de fideic. hæred. § sed quia. r.

Glos. §. nostra autem. uerb per hypothecariam, scilicet, in rebus alijs & c. } Scot. Non in re legata: quia res sua nemini potest esse obligata. l. neque pignus. de reg. iur. vide Bart. in l. 1. in fi. ff. de lega. 1.

d. glos. add in corpo. & sic ex testamento & c. secundum Dotto. & c. } Scot. Vide Bartol. ubi supra, & Barto. l. 1. C. commun. de lega. colum. fin. uers. alij ut Alber. de tali.

Glos. §. si res aliena, uerb. in eundem. } Scot. vide Bartol. in l. Mæuius, §. duob us, col. 6. de lega. 2.

Glos. §. sed si rem. uerb. non potest. sic infra, & c. } Scot. Et ff. de verbo. oblig. l. nemo rem suam.

Glos. §. si res legata. uerb. sine facto, id est, mora & c. uers. tenetur enim & c. } Scot. vide text. in l. si seruus legatus. §. cum quid. ff. de lega. 1. Bartol in §. culpa. per gloss. allegat.

§. posthumus autem. } Scot. Aliqui putant hic negationem subaudiendam, quæ subducta sit uitio librariorum, Græciuè codicis, vbi facillimè litterula sit inuersa, idest, articulus, pro negatione substitutus.

§. si quis in nomine. Add. marg. uide in hunc locum & c. } Scot. vide Robertellum de Romanis nominibus. & adde Cicer. lib. 2. de Inuentio. vbi meminit agnominis.

Glos. 1. } Scot. vide l. hæredes palam. §. primo. ff. de testamen.

Glos. §. fin. uerb. secta meorum temporum, idest, ego qui & c. } Scot. Sic in l. 2. C. ad leg. Iul. maiest. Sed exponendum secta meorum temporum, idest, christiana, saltem hoc loco.

De lege Falcidia. Tit. 22.

Vers. cum enim olim. } Scot. vide Sabel. tom. 1. pag. 218. seu Ennea. 2. lib. 5. ex Solone.

De fideicommiss. hæred. Tit. 23.

Add. margin. fideicommissum dicitur & c. } Scot. §. fi. in prin. infra, eod.

Glos. §. sed quia 2. uerb. simplicitas. nota simplicitate & c. Add. in corpo. intellige de simplicitate & c. non autem & c. } Scot. Glos. c. si cupis. 16. q. 1.

§. præterea. uers. pertinere intelligit. Add. marg. dicendo, quisquis mihi hæres & c. } Scot. Cum scriptus intelligatur etiam nondum natus. l. 3. ff. de iur. codic.

d. §. uers. eum alioqui legato nisi & c. } Scot. Nota quòd fideicommissaria libertas relinquitur sine scripto. l. fin. in princip. C. de testam. manum. quemadmodum & hæreditas. l. & sine scriptura. C. ad Trebell. & dic non ualeant, antequam intercederet autoritas D. Augusti. infra, de codic. in princ. & ibi, & filia Lentuli. cum glos. & uersicu. post quæ tempora.

De singu. reb. per fideic. relic. Tit. 24.

Vers. quamuis a legatario legari & c. } Scot. A legatario fideicommittitur. l. Imperator. in princ. ff. de leg. 2.

Glos. §. qui autem, uerb. arcinus sic dictus & c. } Scot. vide qđ notaui. §. hi qui. 2. l. 4. ff. de fideicom. liber.

De codicillis. Tit. 25.

Vers. interque eos Trebatium quoque & c. } Scot. Nota Trebatium fuisse maximæ autoritatis tempore Augusti. Hic tempore Iulij Cæsaris, & M. Ciceronis incipiebat aliquid esse, ut apparet ex episto. Cicer.

Vers. post qua tempora cum & Labeo codicillos fecisset & c. } Scot. Nota dictum Trebatij multum mouisse, ut supra factum Labeonis plus.

Glos. uerb. non posset. propter impotentiam facti, ut quia non habet &c. } Scot. vide l. cum sciamus, seu vlt. tit. de testa. in lib. Nouellarum Valentiniani.

Glos. §. 1. uerb. confirmentur. scilicet expressim. Add. in corpo. in hoc tamen &c. } Scot. vide Duare. lib. vlt. c. vlt. Anniuers. disput.

§. codicillis, uers. ne confundantur ius &c. } Scot. Facit quod not. Alex. cons. 28. colum. 3. vers. ne confundatur. lib. 3. vide Merulam, qui scribit Græcum adolescétem ab auunculo per codicillos hæredem institutum, in Monsferratensi principatu.

Glos. uerb. relinquitur. } Scot. l. fi. §. fin. ff. de leg. 2.

Scholia Federici Scoti Iureconsulti &c. Ad Librum Tertium Institutto.

De hæreditat. quæ ab intesta. defer. Tit. 1.

§. posthumi quoque. } Scot. Contra l. lege Corn. in fin. ff. de testam.

Glos. d. §. posthumi quoque, uerb. sui hæredes sunt. cum habeantur pro natis &c. } Scot. Innuit gl. hac sua ratione, posthumum esse suum antequam nascatur. vide Ias. in l. qui se patris. col. 3. C. vnde liber.

§. cum filius. } Scot. Hunc §. etiam in successione auiæ intelligit Bald. cons. 140. lib. 2. In contrarium facit l. inter omnes. C. fam. ercis. iunc. gl. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. ubi intelligit d. l. inter omnes. de maribus, ob suitatem, & paritatem ex diuerso gradu in succedendo patri. vide Ias. in l. illam. nu. 3. C. de collatio. tamen per Auth. ibi positam, & in corp. vnde sumitur, bene consuluit Bal. & per §. 1. in Auth. eo.

Vers. ad tres, uel quatuor altera dimidia. } Scot. Contrarium in successionibus patruorum, l. si libertus præterito. in fin. de bon. libert. Facit l. 3. §. si duo, de legit. tuto. Rationem ponit hic Io. Fabr. & meliorem in §. si. infra, de success. libertor. uide Ia. s. in l. fi. col. 2. in fi. & seq. C. de success. edict.

Gl. uers. ex altero filio. secus si &c. add. in corp. hodie secus &c. } Scot. vide Franc. Bald. hic in §. item si ex duobus, & ad ll. 12. tabu. l. 17. & 10. uers. semper meminerimus &c. vbi quod etiam inter ipsos ex pluribus filijs, filiabusue nepotes.

§. cum autem. uers. planè si & conceptus, & natus. } Scot. Limita hoc secundum Io. Fab. & Docto. hic.

§. emancipati, uers. neque enim sui hæredes &c. } Scot. l. lege Cornelia. ff. de testa.

Glos. §. sed ea omnia. uerb. ab intestato, idest simul cum alijs naturalibus &c. } Scot. Adde quod filij adoptiui in tantum succedunt patri adoptiuo, quòd excludūt naturales tantum, ne possint succedere ab intestato, iuxta licet, C. de natur. liber.

§. item uetustas. } Scot. Nota præter alia ad euidentiam huius §. quòd lex 12. tab. non uocabat ad hæreditatem nisi suos hæredes, & post eos proximum agnatum, ut infra, tit. 1. in princ. l. pronunciatio. §. j. de verbor. signifi. in tantum, quòd secundum eam filius non succedebat matri. infra, de Senatuscon. Tertull. Sed postea superuenit edictum prætoris, quod admisit cognatos ad succedendum post agnatos, vt infra, de successio. cognat. in princip. Demum superuenit S. C. Tertul. quod admisit matrem ad successionem filij, exclusis agnatis, & Senatuscons. Orficianum, quod admisit filios ad successionem matris, vt infra, de S. C. Tertull. & de S. C. Orficia.

Vers. contra naturam. add. marg. contrà naturam est &c. } Sco. §. Sed hæc quidem. supra, de exhæred. liber.

De legit. agnat. successio. Tit. 2.

§. 1. uers. qui etiam consobrini uocantur. } Scot. M. quoque Tullius, lib. de offic. 1. vocat fratres patruelles consobrinos. Ex patruelibus autem fratribus duobus natos appellat sobrinos, cum ait: sequuntur fratrū coniunctiones, consobrinorum, sobrinorumque: qui cum vna domo &c. vide Petr. Mars. in scęnam Terentij, quæ incipit, In hac habitasse. in Andria. At idem Cicer. in princip. lib. 5. de fini. bono. & malo. nominat L. Ciceronem fratrem suum cognatione patruelem, amore germanum. vide §. quarto. infra, de grad. cognat. & l. 1. ff. de grad. affinitat.

Glos. uerb. inter suos esse. idest agnascitur &c. } Scot. Intellige text. quo ad penitus extraneos. Sed respectu agnatorum, & cognatorum sui hæredes dicuntur, qui sunt in potestate: & obtinent primum locum. §. sui. supra, de hæred. quali. & differ. & §. sui. supra. tit. 1. De hac materia vide Melinguerram compatriotam, in l. vlt. eiud. 1. C. vnd. liber.

§. cæterum. uers. commodius uidebatur &c. } Scot. Facit l. codicillis, §. 1. ff. de leg. 2. Vide Spieg. verb. salicam legem. ibi, nulla hæreditatis portio, de terra salica ad mulierem uenito. Bald. inter cons. Angel. cons. 68. & Ang. cons. seq. Franc. Bald. in ll. 12. tabu. Adde quòd lex Mosaica stante filio masculo, excludebat filiam fœminam. Num. c. 27. & sic ab intestato mares excludebant fœminas. Alex. cons. 6. lib. 6. vbi citat d. c. 27.

Glos. uerb. plerunque. hoc propter &c. add. in corpo. & hinc sumitur ratio statutorum &c. } Scot. Nicol. Vbald. in tractat. de successio. ab intesta. in princ. num. 20. Adde quòd (vt ait Euripides in Iphigen.) Domus columne, liberi sunt masculi Adag. columen familię. Adde quòd hæreditates debent in familijs defunctorum remanere, secundum ius diuinum, quod habes. Num. c. vlt.

Vers. asperitatem iuris ciuilis corrigētes, siue quod deerat, adimplentes. } Scot. Aliud est corrigere, aliud quod deest, adimplere.

§. si plures. uers. & quamuis singulari numero &c. add. marg. Vnde si statutum est, quod primus &c. } Scot. Edictum tale proposuit olim Dauid, vt expugnaret arcem Solymorum. Sabell. tom. 1. pag. 128. seu Enne. 1. lib. 9. Hic autem habes, quòd numerus singularis, trahitur ad numerum pluralem: & pro decisione relata in d. add. marg. vide Bart. in l. hoc articulo, de hæred. instltu. Alciat. in Parerg. & Franc. Bald. in ll. 12. tabul. l. 27. & 28. versic. porro, vbi quòd nisi ita esset, lex familiæ ercifcundæ non posset locum habere.

§. placebat, uers. hoc agnatis esse reclusum. } Scot. Legi debet, præclusum, vel conclusum. Tamen videtur accipere reclusum pro pręclusō, uel conclusō, etiam supra.

supra, hoc §. ibi, agnationis iure eis recluso. Et reclusum pro clauso legitur etiam in l. binas, in fin. de seruit. vrba. prædio. in l. vulgaris, §. sed. & si de noui, de furt. l. 1. in princ. C. de caduc. toll. Recludere, pro excludere, idē Iustin. in l. lege. C. de legi. hæred. col. 2. In arca reclusam pecuniā, pro clausam, seu conclusam, in l. a diuo, in fin. de re iudi. Vtitur etiam pro clauso iurisconsultus in l. signatorius. ff. de verbo. signif.

De Senatusc. Tertull. Tit. 3.

Vers. ut mater ingenua trium liberorum ius habens &c. } Scot. vide de iure trium liberorum, in pesona masculi, Martial. lib. 2. epigram. antepen. & pen. latē Duaren. lib. 1. Anniuers. Dispu. c. 40. De alio iure triū natorum, habes apud Sabell. tom. 1. pag. 197. seu Ennea. 2. lib. 4.

§. sed nos. uers. Quid enim peccauit &c. } Scot. Simile in l. maximum vitium, C. de lib. præter. & in l. quæret. ff. de verb. signif.

Glos. uerb. fortuitum, §. habere &c. cum ex diuina gratia &c. } Scot. vnde Iacob Racheli dicēti, da mihi liberos, iratus respondit, nunquid ego Deus sum, vt tibi dē liberos? Gen. c. 30. Meritò Vergil. lib. 7. Aeneid. cecinit, Filius huic fato diuum, prolesque virilis Nulla fuit. Adde Paralip. c. 20. Sic conseruatio liberorum ad Deum pertinet. Glos. l. si paterfam. §. fi. ff. de adoptio. Sensit etiam Poeta amissionem filiorum pertinere ad Deum eisdem versibus, cū addit, Primaque oriens erepta iuuenta est. Scilicet fato diuūm. Idem quod hic, scilicet esse in casu habere liberos, habes in textu Auth. de nupt. §. quæ uerò.

De successio. cognat. Tit. 5.

§. fin. glo. ult. uers. item & quare magis &c. respon. quia hi &c. } Scot. vide aliam rationem Io. Fabr. hic: quem refert, & sequitur Alex. in l. fi. in princ. C. vn. legit.

De gradibus cognatio. Titul. 6.

Ad Rubr.

Scot. Cognatio tanquam genus, diuiditur in tres species, seu gradus, ordinesuè; quippe adscendentiū, descendentium, transuersalium. Superior, & inferior ordo incipit a primo gradu, qui est ex transuerso, incipit à secundo. Qui finit in primo gradu, qui in secundo, & deinceps, hic exemplis demonstratur: declarantur que vocabula patrui, amitæ, materteræ, & similium. Item persona addita personæ cōstituit gradum. Et res melius docetur per ostensionem ad oculum, quam ad intellectum. Hoc dicit tot. tit. ad fin. usque.

Glos. §. 1. uerb. pater, mater, si pater est, mihi &c. uers. ad similitudinem fenestræ. Nam duæ columnæ ex lateribus unā &c. } Scot. Clarior est ista comparatio glossæ, quàm iurisconsulti, in l. iurisconsultus. §. Gradus autem dicti sunt. ff. eo.

§. Tertio gradu. uers. uterque promiscuè ui... dicitur. } Scot. vide gl. uerb. Hesychium, in auth. de appell.

§. fi. } Scot. Modum faciendi arbores genealogiarū a Beroso acceptos vult frater Annius lib. 15. Sed non desunt exempla apud Mosem, & cæteros in Biblijs, vt autorem Regum, vt Matth. vt Luc. & apud Græcos, vt Homer. vt Herodo. apud latinos etiam, Præterea Berosus dicit quidem, figurabimus: at ipse, & alij enumerant: sed non figurant.

EXPLICATIO AVTORIS.

Ad

Christo, Porci arborem cognationis & ipsius intelligentiam per qq. plurimas, non inutilis.

§. sed nunquid per coniunctionem illicitam &c. uers. item dicit illud, quod non dico. } Scot. Martial. Præcide, si uis, filium, nephas non est. Tiraq. de ll. connub. l. 7. glo. 1. par. 7. sub num. 52. Aduerte quòd gl. & Archid. gl. tamen sub dubio fortè, sed Archid. dicit alios sine nota dubitationis scribere per actum non naturalem contrahi affinitatem. Quod communiter reprobatur, ut per Card. in clem. 1. q. 13. de consang. & affin. ubi addit.

De serui. cognat. Tit. 7.

Scot. Non habetur hæc rubr. in Instit. Græcis: & delenda est, vt per Aquil. in l. Centurio. par. 3. sub nu. 71. ff. de vulg. & pupill. substit. post Costam ibi.

Vers. liberum, uel liberos &c. } Scot. Liberum, idest, filium, & alibi in l. nemo prædo. §. locupletior. ff. de regi iur. l. si quis in suo. C. de inoff. testam. l. non est sine liberis. de verbo. signif. Auth. nunc autem §. in illo. ubi Bald. C. de secund. nupt. l. ius agnationis. ubi Bart. ff. de pact.

Glos. 1. alibi est hic rubr. de seruili cognatione, alibi non. } Scot. Sed est §.

De successio liberto. Tit. 8.

Vers. si uerò adoptiuus &c. } Scot. Minus enim iuris &c. vt supra, de hæred. quæ ab intest. defer. §. minus ergò iuris.

De bonorum possessio. Titul. 10.

Ad Rubr.

Scot. vide Alcia. lib. 3. Parerg. c. 21.

Vers. emendandi ueteris iuris gratia. } Scot. Emendare, & corrigere videntur differre. l. item apud Labeonē. §. adijcitur. ff. de iniur.

Glos. uerb. emendandi, idest, supplendi &c. uers. uel dic emendandi propriè, ut in agnatis fœminis &c. } Scot. vide supra, de legit. agnat. successio. §. media. uers. donec prætores.

§. quos autem. } Scot. Sic nec epistola, cohæres nominatus. l. epistola, vbi gl. ff. de pact.

Vers. solus uocat prætor. } Scot. Glos. in l. 1. C. vnde liber. ponderat uerbum, solus, hic positum. De hoc textu latē Dec. post alios in rubr. Cæqui admittit in omnibus lectu. Bart. in l. Centurio, col. 4. ff. de vulgar. & pupill. sub num. 15. dicit verbum, hæres, directū esse, & ciuile: vnde prætor hæredem non facit. Ad de l. 1. cum duabus sequen. ff. de petit. hæred. Vide Porc. hic. Sed vide glo. contrariam hui. §. quæ dicit fieri hæredem iure prætorio quandoque, nō ciuili,

ciuili, in l. facta. §. si in danda. uerb. iubend. ad Trebell. Aliam rationem quare prætor hæredem facere non possit, ponit Alcia. lib. Parerg. 3. c. 3. Faciunt quædam uerba Baldi, in tit. de pa. Constan. §. Imperialis. col. 5. uers. idem tenet specialiter, dicens &c. Adde quòd Varro ait aliquem fieri dominum sex modis, inter quos est, si iustam hæreditatem adijt, id est, legitimam, iuxta l. 3. §. 1. pro soc. Hæres autem est dominus. §. fin. supra, de hæred. qualit. & different. sed prætor non facit legem, vt hic, uerficu. per legem enim. Repetit illos modos Cæl. Calcagn. 6. disquis. in offic. Cic. Ponderat infra, de perpet. & tempor. act. in prin. de annuo imperio prætoris.

Glos. §. sunt autem uerb. contrà tabulas. sed quare &c. uers. competere non pot est. } Scot. Idem gl. l. fin. C. un. legit.

d. §. uerb. un. liber. quid erit &c. uers. uel dic unde legitimi, cum semper &c. } Scot. vide Alex. post allos in l. fi. in fin. C. vnd. lib.

d. §. uers. quinto tanquam ex familia &c. } Scot. vide Alcia. lib. Parerg. 1. c. 12. vbi habes de gentilitate, quæ hic tanquam ex familia, & de stirpe, quæ hic cognatis manumissoris.

Glos. d. §. uerb. sexto patroni. quare &c. uers. respon. hic ordinem edicti seruat &c. add. marg. i. dem prædicti scrib. } Scot. Et Alcia. loco supra alleg.

§. aliam. uers. & altiori loco &c. } Scot. vide l. 3. §. pen. ff. de sicar. vbi altiores dicuntur digniores. Facit l. obseruandum. uers. altioris dignitatis. ff. de rit. nuptia.

§. fin. uerb. curras. } Scot. Ita legerim, argu. l. 1. §. largius.

De acquis. per arrogat. Tit. 11.

§. sed ex diuerso, uers. se in adoptionem &c. } Scot. In adoptionem, id est, in arrogationem, vt supra, de hæredit. quæ ab intesta. defer. §. at ij qui.

De eo cui libert. caus. Tit. 12.

Glos. uerb. hæreditas. quo modo ergò &c. respon. hic speciale est. } Scot. Contrà l. si nemo. ff. de reg. iur.

Glos. uerb. creditoribus. uel omnibus, uel uni nomine &c. } Scot. Contra l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerbo. obligatio.

§. hoc rescripto. uers. extitit enim &c. } Scot. Tuetur defunctum, qui creditoribus facit satis, cum semoueat iniuriam. §. licet, supra, quib. ex caus. manum. non non lice.

§. ult. uers. & bonorum addictio fieri. } Scot. Obijcit Imperator, nec respondet. soluit tamen Accursius obiectionem. Sed alibi legitur planè. Et uidetur melius. Nam uidetur incongruum non decidi casum in libris Institutionum, argum. §. his igitur. supra, de iust. & iur. & §. sed non usque, de lega. tamen non patitur hanc planam lecturam dictio, an. Facit ad dictum prius, quod dicit Paul. Castrens. & Ias. in l. in bonæ fidei. contra glos. 2. magn. in fin. ff. de eo, quod cert. loc. Dic tamen quòd colligitur decisio ex vers. vtique non erit &c. Debemus tamen a præceptoribus aliquando relinqui cogitantes, exemplo Cyni, & Bart. De quo Ias. in l. quidā cum filium. ff. de verb. oblig. vide tamen locos Ias. qui ponuntur in repertorio, uerb. legislator.

De successio. quæ fie. per bo. uendi. & ex S. C. Claudia. sublatis. Tit. 13.

Glos. §. 1. uerb. Bacchata id est, capta &c. uers. furore amoris nihil &c. } Scot. Martial. ad Telesphorum lib. 11. ostendit promissionē factam vi amoris esse nullā.

Ead. glos. uers. est in canitie &c. } Scot. Ouid. 1. Amo. Turpe senex miles, turpe senilis amor. Mart. lib. 2. Præstatur cano tanta indulgentia cunno. Quem nec casta potest iam decuisse Venus. Refert. Tiraq. tracta. de pœn. temper. aut etiam remitt. cau. 44. sub num. 8.

Glos. ult. uers. ut C. ad Senatusc. Claud. } Scot. Imò de Senatusconsf.

De obligationib. Tit. 14.

Vers. obligatio est. } Scot. Hic solam ciuilem definiri tenet Bart. in l. si unus. §. pactus. colum. 2. ff. de pact. quem vide.

Iuris uinculum. } Scot. Aduerte quòd antiqui in nexi obligatione repræsentabant oculis uinculum dicis causa, autore Festo. Sigon. lib. 1. c. 11. de antiq. iur. ciui. Roma.

Glos. uerb. necessitate. Tunc enim &c. uers. cum inter eos non possit &c. } Scot. De iure canonico inter patrem, & filium potest esse iudicium. Paul. Castrens. in l. lis. ff. de iud. per glo. hic alleg.

Glos. uerb. secundum. istud secundum, potest &c. uers. item per competentes actiones &c. } Scot. Hanc glos. dicit solā inueniri Bald. in l. actori. C. de reb. cred. ad hoc, quòd sententia lata super inepto libello, est ipso iure nulla. Ias. hic. & l. vinum, si cert. pet. col. 19. ubi limitat quando libellus non esset necessarius.

Quib. mo. re contrah. oblig. Tit. 15.

Ad Rubr.

Scot. Quare mutuum potius nominetur a re, quàm à consensu, cum vtrunque in eo requiratur, vide Porc. hic. Bald. l. ex hoc iure. 8. oppos. de iust. & iu.

Vers. & quandoque. } Scot. vide Dec. in c. quoniam contra, col. 2. de probatio. l. in princ. ff. eo. Quandoque, pro quandocunque, ponitur apud autores. Victo. in Cato. Varro. & alios, ubi ponit exempla. Sed hic non quadrat ea significatio. Ouid. 6. Metamorph. Quandocunque mihi pœnas dabis. Horat. Garrulus hunc quando consumet cunque.

Glos. uerb. & quandoque incidenter enim &c. uers. sed eum accipit &c. } Scot. vide l. res in dotem, uerb. quandoque. ff. de iur. dot.

Glos. uerb. certi condictio, scilicet specialis &c. } Scot. De hoc termino condictio, Ias. l. certi condictio. col. 2. ff. si cert. pet.

Glos. §. item is, cui. uerb. naufragio hic nota fortuitos casus melius &c. } Scot. Imò latius in l. contractus. §. animalium. ff. de reg. iur.

Glos. §. præterea. uerb. debet. hic nota &c. uers. l. cum duobus. } Scot. vide ibi gl. sentientem, quòd etiam sine vlla culpa fieri potest furtum.

De verbo. obligatio. Tit. 16.

Vers. qua hoc nomine inde utitur, quod &c. } Scot. Idem Paul. lib. sententiarum receptarum. ad filium, qd stipulum veteres firmum appellabant. vide Spieg. in Lexi. verb. stipulationis nomine. & Alcia. lib. Parerg. 1. c. 39.

Glos. verb. ex interrogatione, scilicet, praecedente &c. alids non valeret. } Scot. Oppositum refert glos. in l. sponsio. ff. de verb. sign. vide infra, §. 1. uerb. quibuscunque tandem.

Vers. stipulum apud &c. add. marg. stipulum in hanc significationem &c. } Scot. Aduerte ad illud Cicer. lib. 1. de na tur. deo. ea quae propter firmitatem strennia appellat. Rebuff. in l. cum stipulamur. ff. de verbo. signific. dicit Iustinianum non deducere stipulationem a stipulo: sed velle stipulationem esse firmã stipulationem: quia ueteres stipulum, firmam appellabant, & sic similitudinarie. ibi vide.

Glos. verb. firmum. Nam & baculum, vel stipitem &c. } Scot. vide Bald. l. 1. ff. eo. in princ. Deutero. c. 25. Ruth. c. vlt. Facit Polit. in Miscell. c. 98. de festuca. Io. And. in addit. ad Spec. tit. de empt. & uend. col. 7.

Add. in corpo. ista tamen &c. uers. per eam tamen &c. } Scot. Caepol. l. signatorius. in fi. ff. de verbo. signif.

Verb. a stipite. } Scot. Stipes est fustis terrae defixus. Rebuff. in l. ager. §. stipendium. ff. de verb. sign. & sic res firma est.

§. In hac re olim. uers. Leonina constitutio lata est &c. } Scot. Et iure florum, per text. in l. 1. §. si quis ita. ff. eod. vbi apparet etiam per verbum, quidni, stipulationem consummari.

Glos. uerb. stipulantium. proprie &c. uer. & sic improprie etiam promittens &c. } Scot. Azo in sum. C. eo.

Vers. quibuscunque tandem uerbis expressum sit. Add. marg. & sic potest fieri etiam &c. } Scot. Contrarium tenet Azo in Sum. C. eo. num. 7. Doct. l. 1. ff. eo. glo. 1. §. 1. supra, eod.

Glos. uerb. sensum. alids consensum, scilicet, uerbis &c. add. in margin. vnde si annuis capite &c. uers. non per signa. } Sco. Valebit tamen, ut pactum. l. si stipuler. in fin. ff. eo. tit. ad quem tamen tex. vide Soci. rubr. ff. eo. col. 9. in princ. ad quem addidi. col. 7.

Glos. uerb. quibuscunque, habilibus tamen &c. } Scot. Communis opinio est, quicquid Bald. hic dicat, quod stipulatio concepta per verba inepta, nihil ualet, etiamsi constaret de mente partium. Alex. l. si quis in fundi vocabulo, glos. uerb. vocabula, de lega. 3.

Glos. §. omnis stipulatio, uerb. confestim, idest, statim, uers. ff. de constit. pecun. l. promissor. } Sco. Adde pulchrum text. in l. si domus. ff. de lega. 1.

Glos. uerb. tribui debet. hic not. quaestionem &c. } Scot. Vide hic omnino Iaso.

Glos. §. at si ita stipuler. uerb. perpetuatur, idest, donec uiuat &c. uers. nam tempore &c. ipso, scilicet, iure &c. add. marg. nisi expresse, uel tacite &c. uel die &c. } Scot. Ad haec verba glossę, ipso, scilicet, iure, adde secus de ęquitate, quae preualet. Glos. est notab. in d. l. seruitutes. Expone autem ipso iure, idest, de subtilitate iuris.

Glos. §. sub conditione. uerb. differtur obligatio. nam ante &c. } Scot. vide de materia l. actus legitimi. ff. de regul. iur. Io. Fabri hic.

Glos. §. ex conditionali, uerb. contigerit. sed quare legatarius conditionalis &c. } Scot. Amplia procedere etiam in fideicom. vniuersali iniuncto liberis testatoris. l. 1. C. de ijs qui an. aper. tab. ubi Docto.

Ead. gloss. uers. respon. in stipulatione interuenit factum &c. } Scot. Bartol. in l. si is qui pro emptore. de vsucap. col. 14. num. 48. aliud sentit. Tu vide Christopho. Porc. hic. Videtur autem ratio huius gl. fundari in gl. l. si quid in bello. de capti. ubi firmius est, quod acquirimus ex propria persona.

De duob. re. stipul. & promitt. Tit. 17.

Vers. stipulandi ita &c. } Scot. Amplia, quòd etiam si duobus stipulantibus respõderit promissor, certa quantitate etiam bis expressa, dicuntur isti duo rei stipulandi. l. stipulatio ista. §. cum qui. de verb. obl. vbi not. Doct.

§. ex huiusmodi. } Scot. Limita principium huius §. secũdum tex. l. fideicommissa. §. plerunque. ff. de legat. 3. quem allegat Bart. in l. 3. §. fi. solu. matri.

d. §. uers. promittentes, singuli &c. } Scot. Limita secundum doctrinam Bart. in l. 3. §. 1. q. 7. vltra eum glo. in Authen. de fideiuss. in princ. uerb. fideiussorem. Facit l. cum in plures. §. uestimenta. ff. locati. Nunquid autem ille reus stipulandi, qui exegit integrã summam, teneatur restituere partem correo, qui nihil exegit, vltra Io. Fabr. supra, §. 1. uide Bart. in l. reos. 8. q. ff. eo. Item aduerte circa hunc §. quòd si duo rei promittendi ambo simpliciter in iudicio conueniãtur: non in solidum uidentur conueniri, sed vnusquisque pro sua uirili, text. est secundum vnũ intellectum Bart. l. 1. C. si plur. una senten.

De stipul. seruo. Tit. 18.

Glos. §. siue autem. uerb. siue sibi. nisi in casibus &c. uersic. item quia uox filij &c. } Scot. Vergil. lib. 10. posuit Euandrum patrem, pro Pallante filio: Te lisq; sacrarunt Euandri.

Eadem gloss. uers. & §. post mortem, } Scot. Adde l. si filius meus. de verbo. obligat. ubi filius stipulatur seruo patris.

§. seruus. Add. marg. Fallit primo &c. uersi. tertiò si res &c. } Scot. vt hoc. §. probatur, uers. nisi, cum §. seq.

De diuisio. stipulat. Tit. 19.

Glos. uerb. a mero, idest, puro: sic quòd non iudicis officio &c. } Scot. Hanc glo. dicit singul. Ang. inserens ad statutum loquens, de mera interlocutoria. l. 5. in princ. ff. de verbo. oblig. ubi Alex.

De inutilibus stipulatio. Tit. 20.

Gl. 1. uers. uel de facto, ut aureum montem. } Sco. vide Adag. aureos montes polliceri.

Glos. uerb. Hippocentaurum. animal forte natum &c. uers. humano capiti &c. } Scot. Concord. l. si ita stipulatus fuero te sisti &c. ff. de verbo. oblig. Add. marg. Hippocẽtaurus est homo equo mistus &c. M. Cicero Tuscul. quaest. 1. adstipulatur Iustiniano. Is sennier, inquit, inter Hippocentaurum, qui nunquam fuerit, & Agamemnonem Regem nihil interesse.

Lucret.

Lucret. in libris de rerum natura, fabulas autumat ea quæ de centauris, scyllis, chimeris, eiusque modi traduntur ratione physica. Tu ipsum consule. His accedit Xenophontis autoritas, qui inducit Chrysantem ambigentem. Quo fit, inquit, vt omnium maxime, hippocentauros amem si fuerunt: qoippè qui & humanæ animi prudentia &c. Vide tamen Cice. libris de diuinatione, agentem de ca pite Panisci ex saxo. Artemidorus de somniorum interpretatione lib. 2. c. 49. appellat monstrosa, & nequaquam possibilia hippocentauros, scyllas, & similia. Vide Alciat. lib. 9. Parerg. c. 13. Pier. Valeria. lib. 7. hieroglyph. hippocentaurum, inquit, nostra uidit ætas. Aristo. & ipse negat lib. 1. paruor. & 2. Poster. Plato in libello, de virtute, an docibilis sit. Stobæ. tom. 1. & Plato ibidem, gigantes, & Cyclopes. Adde Galen. lib. 4. de differen. pulsuum. Scyllam, & centaurum nomina sine substantia esse dicit Galen. lib. 2. de metho. medic. vide Coras. lib. 5. c. 6. Miscella. Facit Steuch. in annot. in Penta. c. 14. Deute. vbi hircocerui voce, tanquam rei fictitiæ signo utuntur Philo, Iosephus, & dialectici: quamquam Plinius asserit, vt ibi per eum.

Glos. §. si quis alij, uerb. nihil agit, & est ratio &c. Scot. Fallit etiā in præsbytero. Castell. post Specu. in add. ad Alber. dictione verb. præsbyter.

§. præterea, uers. Nam si hoc solum respondeas, promitto &c. Scot. vide tex. in l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de act. Limita §. huius regulam, ut per Ias. per illum text. num. 2. in § si quis ita. l. 1. ff. de verbo. obl.

§. item inutilis est stipulatio. Scot. Post eafum Franc. sub dntur item, inutilis, quantum ad ciuile uinculum, Sed naturale contrahitur &c. vide l. frater a fratre. & ad eam interpretes. ff. de condict. indeb.

§. pupillus, uers. qui iam habet aliquem intellectum. Scot. Id est, qui sciunt bonum, & malum, vt loquuntur Hæbrei. Steuch. in Cosmopæia. c. 3. Gen. vulgò appellamus annos di scretiouis.

Vers. qui infantiæ proximus est. Scot. Quicquid dicat gl. intellige proximum infantiæ, qui septennio maior est. l. 1. §. sufficit. ff. de administr. tutor. & minor septennio, licet fari possit, habetur pro eo, ac fari non ualear. vide Soci. l. 1. in princ. ff. de verbo. obl.

Glos. 1. pupillus, scilicet pubertati proximus &c. Scot. In ciu. libus intelligitur, infra. in glo. verb. infantię proximus. In criminalibus uerò intelligitur, eum propè est per sex menses. Iaso. l. properandum. §. & si quidem. post Doct. quos ibi allegat. C. de iud. De pubertati proximo, proximaque, vide Bart. in l. 1. nu. 6. ff. de nouar.

Vers. qui in potestate parētis est impubes, ne autore quidē &c. Scot. vide Dec. in l. pactum. col. fin. C. de collat.

Glos. §. si scriptum. uerb. si scriptum. nunquid idem &c. uers. & est ratio &c. Scot. Hanc rationem ponit Bald. l. 1. dol. 2. ff. de pact. add. marg. Nam sepè testes sunt iuris imperiti &c. vide Bart. in l. testium. §. 1. ff. de testi. De materia. §. nostri, vide Docto. in l. lecta. ff. si cert. pet. l. sciendum. ff. de verb. oblig. & rubr. eiusdem tit. & l. 1. C. de vsu.

Glo. §. qui hoc anno. uerb. præteritis, idest, elapsis &c. uers. uel distingue, aut promittis &c. Scot. Idem not. in gl. 1. §. at si ita. supra, de uerb. obl.

De fideiusso. Tit. 21.

§. fideiussor non tantum. Scot. Amplia hunc §. precedere, etiam si aliquis promisisset pro se dūtaxat: quia non obstante ista taxatiua, poterunt hæredes conuenire. l. si necessarias. §. ulti. de pignor. actio. Castren. & Alexan. in l. stipulatio ista, in princip. ff. de verbor. oblig.

Vers. sed etiam hæredem. Scot. Ratio est, quia hæres cum defuncto censetur eadem persona. §. 1. in Auth. de iureiur. a morien. præst. Et ex hoc inferendum est, superfluam esse clausulam quam apponunt notarij, quòd quis stipulatur pro se, & hæredibus suis. Et de hoc est text. in l. ueteres. C. de contrah. stipul. l. postulante, in prin. ff. ad Trebell. facit l. si pactum. de probat.

Glos. §. si plures, uerb. tenentur. idem est in pluribus mandantibus, uel iubentibus &c. Scot. Differentiam inter mandantem, & iubentem, uideto per glo. in l. 1. ff. quod iussu.

d glos. uers. uel uerius (ut puto) de auth. &c. Scot. Auth. de duob. re. §. 1. loquutur in pluribus reis debendi, non in fideiuss.

Glos. §. si plures, uerb. partes. hac tamen epistola fallit &c. ut in fideiussoribus tutorum. Scot. Intellige hanc gl. quando plures fideiusserunt pro uno tutore. Sed si plures fideiusserunt pro pluribus tutoribus, benè tunc habet locum epistola diui Adriani, l. pupillus. ubi glo. de fideiuss. tuto. item scias, quòd ideo plures tutores habent hoc beneficium, quia inuiti coguntur ad tutelam. Sed fideiussores non habent: quia sponte promittunt. Vnde succedit regula l. si fideiussor, §. si necessaria. qui satisda. cogan.

De literarum obligatio. Tit. 22.

Glos. uerb. debere, scilicet ex causa mutui &c. uers. ut C. de pe. stul. l. si sub specie. Scot. Quam legem nota. Ibi enim excipitur de causa non secuta, sicut de pecunia non numerata: vt qui tempus silentio transigit, dicatur consentire, & ideo nascitur obligatio naturalis.

De obligat. ex consen. Tit. 23.

Glos. 1. uers. quæ est l. 2. Scot. vbi vide gl. in effectu similem glos. 5. infra.

De emptio. & uenditio. Tit. 24.

§. 1. Fran. Aret. in casu, uers. si autem non fuerit &c. Scot. Hoc loco uidetur Franc. Aret. sequi M. & A. licet aliqui sentiāt, cum B. & I not. Accur. ad verb. compellitur. infra.

Glos. 1. uers. quando hoc agunt contrahentes, ut non aliter &c. Scot. vide ad hanc gl. l. hæc enim. l. ubi ita donatur. de dona. cau. mort. Alex. conf. 14. lib. 1.

Glos. uerb. compellitur. Sed quæ &c. uers. in traditionibus. Scot. l. 2. C. quan. licē. ab empt. disce. sed est gl. cōtraria in l. contractus, in ult. gl. C. de fid. instrumen.

Glos. §. pretium. uerb. definierit. etiam iniquè &c. uers. uel (ut puto) iudicis &c. Scot. Hanc glo. ut singul. sequitur Alex. conf. 131. nu. 15. lib. 2.

§.item pretium in numerata &c.} Scot. Pro pretio constituto res aliæ dari queunt in solutum emptori volenti. l. pretij causa. C. de rescind. uendi. ubi vide quod notaui.

Glos. uerb. his uerbis, scilicet, Græcis, quæ legi &c. } Scot. Similis glo. in l. si hæres. §. proinde. ff. de iudic.

§. cum autem. uers. itaque si homo mortuus &c. siue etiam inundatione &c. longè minor, aut deterior esse &c. } Scot. Nota quòd in venditione pura non distinguitur peremptio a deterioratione, vt hic in textu: secus in conditionali, vt in gl. vers. item quod fiat pure &c.

§. emptio tam sub conditione. } Scot. Pone quòd dies non fuit adiectus: dici poterit intrà 60. dies declarationem faciendam, argum. l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de edil. edic. Socin. l. si quis arbitratu. col. 13. ff. de verbo. oblig.

De locatio. & conductio. Tit. 25.

Glos. §. qua de causa, uerbo, præscriptis uerbis, infra, mand. add. marg. intellige si res &c. } Scot. Idem not. gl. §. final. uers. interueniente mercede. infra, mand.

Glos. §. fin. uerb. succedit. ut C. &c. uers. sed an moriente scholari &c. } Scot. vide Bald. l. 1. C. qui testam. face. possunt, cum remiss. per Alexan. in l. serui electione. §.

De obliga. quæ quasi ex contr. nasc. Tit. 28.

Glos. §. item si inter. uerb. sine societate. Tunc enim ageretur &c. & uerb. socius eius, idest, consors &c. } Scot. Has duas glo. sequitur, & notandas esse dicit Alexan. cons. 40. ad fin. lib. 2.

Glos. §. heres quoque. uerb. intelligitur, scilicet, actione &c. uers. item quid de petitione &c. } Scot. Hanc reprobant hic Doct.

Ead. glos. uers. item quid de actione &c. } Scot. Contrarium tenet glo. l. 1. ff. fin. regund. Sed Ioan. Fabri hanc probat.

Per quas perso. nob. oblig. acquir. Tit. 29.

§. per eum quoque seruum &c. } Scot. Aduerte, quòd vsuarius quoque seruus acquirit ex re nostra, & suis ex operis, contra glo. in uers. tantummodo, §. de ijs autem, supra, per quas perso. nob. acq.

Quib. mo. tollitur obliga. Tit. 30.

§. 1. uers. quod Numerius Nigidius &c. } Scot. Aliâs item ex diuerso N. N. interrogauit A. A. quicquid tibi hodierno die per Aquilianam stipulationem spopondi, idnè omne habes acceptum? Respondit A. A. habeo, acceptumque tulit.

§. pen. uers. quod propter nouationem prioris obligationis conueniunt, } Scot. Tamen fit etiam sine expressione, vbi ita se habet consuetudo. Bartol. l. 2. in fin. C. de constit. pecu. Ias. l. singularia, sub numc. 34. ff. si cert. petat.

Scholia Federici Scoti Iureconsulti &c. Ad Quartum Librum Institut.

De obliga. quæ ex delict. nascun. Tit. 1.

Glos. §. furtum, uerb. lege naturali, idest diuina &c. } Scot. Similis expositio per gloss. in princip. distinct. 1. gloss. 3. Alex. l. militis. C. de testam. milit.

Sub nu. 5 uersi. hoc præmisso uidendum est qualiter index &c. Scot. Abb. c. uestra, de cohabit. cleric. & mulie. enumerat ista.

Sub nu. 55. uersi. extra, de procur. Sco. Adde Dec. in c. de appellatio. in fi. ext. de appell.

De condict. indeb. Tit. 6.

Ad l. 1.

Sub num. 10. uersi. & tamen ille qui delinquit, & in quem delinquitur, non consentit. Scot. quoad delinquentem allegatur in contrarium. l. Imperatores. de iur. fisc.

Ad l. cum is. 32.

§. Qui hominem, uersi. & alternatiua æquiparantur. Sco. Tamen ut inf. est etiam alius casus, in quo differunt, quoties in stipulatione comprehensus est, puta seruus stipulatoris. In vna enim is solui poterit, si desierit esse stipulatoris: in altera non poterit, l. qui decem, §. Stichum. inf. de solut. De quo Bar. in §. duobus; col. 3. & 4. quem inf. allegat.

Ad l. frater a fratre. 38.

Scot. Bar. nō semel, sed saltem bis legit hanc l. vt colligitur ex verbis eius, in l. 2. inf. de cōtrah. emp. vbi allegat se in ultima Lectu. huius l. quam non legisse se dicit in cathedra, sed eam scribi fecisse.

Ad

Ad l. his solis. 49.

Versi.aliàs secus,arg.sup.de eo per quem fac.erit,l.fi. Sco.vbi latiùs per Soci.in prin.& in l.Marcellus.§.res,quę.col.4.ad fin.inf.ad Treb.& aduerte, quòd l.planè 2.§.1.hic per Bart. alleg. facit contra eius dictum. nisi intelligas per locum a speciali, ibi dari actionem in subsidium contra eum, qui habuit ex causa onerosa fauore vltimæ voluntatis, vt per Soci. d.l.fin.in prin.de eo per quem fac.erit.licet ibi Castrens.(vt Soc.etiam refert) sentiat aliud.

Ad l. Iulianus verum. 60.

Sub num.1.versi.hoc primo probatur &c. Scot.l.fina.ff.de compensat.l.eum qui duobus.ff.de acquir.hæred. l.1.in princ.ff.de lega. 3. Dyn.reg.nullus pluribus, de reg.iur.in 6.

Sub num.3.add.negatiua de modo probandi &c. Sco.Dispice interpretes ad l.actor,C.de probatio.

Col.4.versi.& probatio &c. Scot.l.penul.ff.de fideiuss. aliter,§.fi.ff.ad Velleia.Dyn.in d.reg.nullus pluribus,in 6.

Sub nu.26.versi.ex hoc apparet, quòd obligatio naturalis &c. Scot.sequitur Castrens.in l.ex hoc iure,col.antep. in fin.inf.de iustit.& iur. Tangit Alciat. in rubr. de uerbor.oblig.

Ad l. si id quod.aliàs, si quod. 64.

Add.ult.iuregentium &c. Arret.&c. Scot. Triplex autem ius naturale ponit Archid.dist.1. c. omnes.

De condict. si.cau. Tit. 7.

Ad l. auunculo. 5.

Sub num.4.versi. quædam est pœna quòd filij &c. Scot.vide Doct.in l.pactum.C.de collat.

Scholia Fed.Scoti Iurisconf.&c. Ad Bar. in Lib. Decimumtertium Digest.

De eo, quod cert. loco. &c. Tit. 4.

Ad l. non vtique. aliàs.§.Scæuola.l. 2.

§.si quis ita.versi.illa clausula quæ apponitur per notarios &c. Scot.cui clausulæ cum subijcitur, & in omni alio loco: intelligitur de simili, & sic non renunciat. Bar.c.fi.de iudic.Rom.consi.180.ad fi.

De constitu.pecu. Tit. 5.

Ad l. eum qui. 5.

§. Item si mihi.versi.in nuncio uerò aliter esset,ut l.& litet.inf.eo. Scot.Habes exemplum Genes.c.32.ubi nuncius Iacob concipit verba in persona Iacob.& Iudic.cap.11.vbi nuncij Iephte concipiunt verba in personam Iephte.

Ad l. qui autem. 14.

§. constituere. Scot.repete hic exempla suprà.§.item si mihi,allata.d.l.eum qui.

Ad l. item illa. 18.

§. uetus. addit. sublata. Adde &c. Scot. Alex. in rubr. ff. de verb.obl.col.2.in fi.

Versi.solut. illud uerum quando &c. Scot. videtur innuere,constitutum,& stipulationem constitui. Sed mihi lè vt adnotaui ad l.1.suprà, eod.simile dixit in l.1. C.eod.Lect.1.Melius est locutus in d.l.1.Lect.2.& inf.eo.l.vbi quis.

Ad l. Titius. 24.

Versi.ut sup.depos.l.Publia. Scot. vide l. ea quæ, & ibi Bart.inf.de donatio.int.uir.&vxo.& Soc.in l.1.hic alleg.ff.de verb.obl.in prin.

Versi.nihil enim repugnat, quòd præsens præsenti &c. Scot. contrarium dicit gloss.in l.1.C.de cõtrah. & commut.stipul.

Vers.& hoc tenet Guil.hic. Scot.vide Barto.in l.cum tabernam,§.pen.inf.de pign.

De pignorat.actio. Tit. 7.

Ad l. si rem alienam. 9.

§.omnis.versi.pignoratitia directa &c. Scot. Tamen pro interesse,& alijs damnis, etiam antè satisfactionẽ agitur,l.pignori,in prin.inf.eo.ubi Bar.

Ad l. eleganter. 24.

§. Qui reprobes. Scot.Ad quæstiones inf.positas, vide Azo.in sum.col.1.& 2.C.eo.

Scholia Fed.Scoti Iurisconf. &c. Ad Bar.in Librum Decimumquartum Digest.

De exercito.actio. Tit. 1.

Ad l. 1.

§. si plures,sub nu.9.versi.& est hodie casus,extra,ne sed.uac.&c.1.in 6. Scot.Quod c.Baranalè allegat ad dispositionem hominis,& sic ad casum sequentem,vt ibi per Ias.in ult.q.Bar.de qua melius hic per Bart. & ibi per Ias.dantem distinctiones.ex communi opinione per Abb. Anton. Imo. in capit.ex parte,de const.tamen Doc.aliter loqui videntur, quàm Ias. dicat.Ideò aduerte.

Ad l. si tamen. 4.

§.Ita actiones.versi.l.filiusfam.in fi. Scot. vbi vide Bart. & Alex.hic.in prin.de uerb.obl.gl.§.actiones autem. & ibi Doct.

Scholia Fed. Scoti Iurisconf.&c. Ad Bar.in Lib. Decimumsextum Digest.

An Senatusconf.Velleia. Tit. 1.

Ad l.quamuis. 8.

§. Quoties,vers.per mulierem. Scot. & dum in textu dicitur dari pristinam actionem, intellige de directa, sicut in l.si cum quis.§.fina.inf.de furt. Et ita eadẽ actio semel extincta reuiuiscit,con tra regul. l. quæ res.§.aream,de solutio.Sed hic datur a Senatu, & sic ex constitutione ciuili:alibi a prætore, quo casu est vtilis.Vide Bar.in l.Marius,§.duobus,col.3. de leg.2.

Scholia

Scholia Federici Scoti, Iureconsult. &c. Ad Bar. in Lib. Decimumseptimum Dig.

Mandati, vel contra *Tit.* 1.

Ad l. si fideiussor. 29.

§. *Quaedam. Add ad iura ciuilia. Vide inf. &c. vers. quia illa est de apicibus iuris.* } Scot. Socin. in rubr. de verb. oblig. col. 2. ad med.

Ad l. Quintus. 48.

Vers. sed pactum nudum fuit &c. } Scot. vide sup. l. si fideiussor. §. quaedam.

Pro socio. *Tit.* 2.

Ad l. ea verò. 3.

§. *de illo, vers. & uerba contrahentium &c.* } Scot. Idem in vltimis voluntate. l. ligni. §. Lignis autem. cum glos. iunc. §. ad faces, cum glos. iunc. glo. 3. d. l. ligni. ff. de leg. 3. vbi cum loquimur de paratis ad combustionem legatis, intelligimus de immediata combustione, non de mediata, vt est in facibus, quae principaliter ad praelucendum, in consequentiam ad comburendum parant. Ego legi, ad hoc factum. Vel dic Lignis paratis ad faces. Licet enim ad comburendum, prius tamen ad praelucendum factis facibus ex ipsis. Quod melius est. & prima deductio non placet de facibus, sed placet de lignis ad faces. Sic enim apparet mediatio, & immediatio. Quod in facibus factis non apparet, quae sunt ad praelucendum, & comburendum simul, & semel. Ad dictum Bart. hic, facit l. damni infecti quidam. in fi. ff. de damni infec. Facit quod not. Iason in l. si pecuniam. nu. 21. sup. de cond. ob causam.

Ad l. cum duobus. 52.

§. *Idem respondit, Socius. add. ad quam quaestionem, uers. & ibi Fel. col. 2.* } Scot. & Dec. ubi reprobavit quoddam dictum eius post Innoc.

Ad l. Socium qui. 60.

§. *Socius. add. de q. ambasiatorum. & facit ad q. Bart. in l. si verò. §. 1. sol. matr.* } Scot. & in l. sed si. §. in arrogato, uers. 3. ff. de vulgar. & pup. Basilius Moscouitarum Rex auferebat ambasiatorib. suis donata. Illust. in elog. Illust. in art. milit.

Ad l. si societatem. 76.

§. *Arbitrorum, num. 7. Primo quaero, qua est differentia &c.* } Scot. Arbitri, & arbitratores non differunt, nisi in casibus in iure expressis. Abb. cap. fina. columna 3. de arbitr.

Scholia Fed. Scoti Iureconsf. Ad Bar. in Lib. Decimumoctauum Digestorum.

De contrah. emptio. *Tit.* 1.

Ad l. Sed Celsus. 6.

§. *si fundus. vbi contractus ex conuentione &c.* } Scot. Bar. in fra. l. ex empto. §. si quis virginem. inf. de act. empt. vbi addidi.

Ad l. Fistulas. 78.

§. *Frumenta.* } Scot. Vide Bar. in l. Seio. §. medico, inf. de ann. lega.

Scholia Fed. Scoti Iureconsf. &c. Ad Bar. in Lib. Decimumnonum Digestorum.

De actio. empt. *Tit.* 1.

Ad l. 1.

Sub num. 8. vers. pro cuius declaratione est videndum. } Scot. vide l. contractus. uersi. contractum. C. de fid. instr. ubi probatur de alternatiua, & de electione venditoris.

Ad l. Ex empto. 11.

§. *si quis virginem,* } Scot. vide glos. in l. quoties, verb. vendicabit, sup. de usufr. l. sed Celsus. §. si fundus. de contrah. empt.

Ad l. emptorem. aliàs. §. idem libro d. l. ex empto.

Vers. quando ages contra venditorem, habebit necesse &c. } Scot. Idem Bart. d. §. cum me absente, col. 1. in fin. Vide Alex. l. non solum. §. fin. col. pen. de ope. nou. nunc. vbi etiam ponit de intellectu gloss. hic, verb. posse, in fi. per quam Bar. hic. q. 1. determinat.

Ad l. Titius. 43.

Scot. vide inf. eo. l. creditor.

Loca. & conduc. *Tit.* 2.

Ad l. si in lege. 24.

Add. arbitrium. De hoc dicto &c. uers. vbi dicit quod ille &c. } vide Castrens. & Bald. l. qui procuratorem. sup. de procur. Dec. c. ecclesia sancta Mariae, columna 6. de constit.

Ad l. si merces. 25.

Versi. non ualet. } Scot. Rationem ponit Bald. l. fi. nu. 17. C. de contr. emp.

Versi. cogita &c. } Scot. vide Socin. d. l. si quis arbitratu, col. 5. & 6. cum seq.

Add. arbitrio. Decide ex not. &c. } Scot. Paul. Castren. hic.

Ad l. in operis. 36.

Add. secundum Azo. vide Corset. &c. } Scot. vide l. si duos. uersi. sin autem ordo, & quod ibi Bald. inf. de excusatio. tuto.

Ad l. qui fundum. 37.

Addit, uel legataria. } Scot. vide Alex. & alios in l. 1. ubi declarant dicta Bar. hic, & d. l. emptorem, & d. l. filios. §. si. inf. sol. matr.

Ad l. cum in plures. 60.

§. *Locator. Add. locator. ad intellectum huius §. &c.* } Scot. vide Ias. post alios, in l. pacta, nouissima. col. pen. C. de pact.

De praescript. verb. *Tit.* 5.

Ad l. naturalis. 5.

§. *Et si quidem Add. de necessitate.* } Scot. Ad intellectum d. l. cum mora, & contra Bar. hic, vide Soci. in rubr. de verb. obl. col. 12. in fi. cum seq.

§. *Quod si faciam. sub num. 3. uersi. si non facit hodie, potest facere erat.* } Sco. l. quicquid adstringendae. §. fi. de verb. oblig.

§. *Sed si facio, uersi. quibus assimilantur.* } Scot. Facit quod not. Bald. in rubr. de success. feud. colum. pen. post princ.

Sub

Sub num. ult. casus est in f. l. prox. &c. Scot. Facit quod not. Bart. in §. si quis ita. post med. inf. de uerbo. obl. l. 1.

Scholia Federici Scoti Iureconsf. &c. Ad Bart. in Librum Vigesimum Digest.

De pignor. Tit. 1.

Ad l. si fundus. 16.

§ fi. uersi. sed contrarium est uerum, quia tunc &c. Sco. Textus est in l. si in emptione, in fin. sup. de contrahen. empt.

Qui potio. in pigno. hab. Tit. 4.

Ad l. interdum. 5.

Num. 3. quæro utrum istud &c. Scot. ergò superiora intelliguntur de habentibus non solum tacitam, sed expressam quoque hypothecam.

De distractio. pigno. Tit. 5.

Ad l. si creditor. 7.

§. Quæritur, uersi. misimus usque Pisas ad librum Pandectarum. Scot. vide Bart. in l. filiusfa. §. diui. 2. inf. de lega. 1. col. 3. post nu. 14.

Quib. mo. pign. uel hypothec. solua. Tit. 6.

Ad l. sicut. 8.

§. Sed etsi permiserit. Add. si permiserit, vide Alex. &c. Sco. vide Bar. in l. alio. col. 4. inf. de ali. & cib. leg. Pau. in l. uoluntas, C. de fideic.

Versi. nisi poneres quòd illud fundum &c. Scot. vel quòd creditores accepturi erant in solutum istum, & non illum.

Scholia Fed. Scoti Iureconsf. &c. Ad Bart. in Librum Vigesimum primum Digest.

De euict. Tit. 2.

Ad l. si pro re. 22.

§. Si pro euictione. Add. donatarium, fecerit procuratorem &c. Scot. l. si in rem. inf. eo. per Bar.

Scholia Fed. Scoti Iureconsf. &c. Ad Bar. in Lib. Vigesimum secundum Digest.

De probatio. Tit. 3.

Ad l. circa. 14.

Versi. clausula ista, non astringens se ad omnia probanda &c. Scot. Not. quòd etiam reus vtitur clausula, non astringens se.

Scholia Fed. Scoti Iureconsf. &c. Ad Bar. in Librum Vigesimumtertium Digest.

De ritu nuptia. Tit. 2.

Ad l. non solum. 67.

§. de uino, uersi. par affectionis causa &c. Scot. Secus si sit impar, Dec. lege pactum, columna final. C. de collat.

De iure dot. Tit. 3.

Ad l. si mulier. 13.

§. Ex asse. Add. per restitutionem &c. Scot. vide Ias. d. l. si stipulatus fuerim. not. col. 2. post Alex. Alexan. etiam per talem regulam negatiuè conceptã impugnat notab. decisio. lac. de Are. & Bal. in l. si sic, col. pen. cum seq. inf. de leg. 1.

Versi. nec alicui ius cedi, ut petat ui fideic. &c. Scot. Potest tamen cedens promittere quicquid vtilitatis ex fideicommisso peruenerit, quam cessionarius petet. Curt. Iun. l. 2. C. de pact. Item cessionarius admittitur petens fideicommissum tãquam simplex procurator. Bald. in c. 1. nonnulli. col. 3. de rescript. arg. l. qui ita. §. 1. ad Trebellia. ubi Rayner.

De fund. dota. Tit. 5.

Ad l. 1.

Versi. ista alienatio est necessaria, per mortem &c. Scot. Hæc ratio non militat in casu d. l. in modicis: & iõ posset dici, quia quædam &c. per d. l. quædam, vbi fit mentio fundi dotalis: hecque ratio redditur. Tamen in casu nostræ legis, hæ rationes ambæ possunt iungi simul. Vel dicas fundum dotalem alienari per institutionem posse: quia est de ijs quę trãseunt per vniuersitatem: & institutionem talia transferre.

Scholia Fed. Scoti Iuresconsf. &c. Ad Bart. in Librum vigesimum quartum. Digestorum.

Solu. matri. Tit. 2.

Ad l. 1.

Sub nu. 3. uersi. quia hæres posset &c. Scot. Pugnantia scribit Barto. in l. Nelennius, §. fiuodum. inf. de re iud. Sed perperam, vt opinatur Andræas Alciat. hic, lege Ias.

Sub nu. 12. uersi. sed quid si mutus &c. quod potest &c. Scot. vide inf. l. 1. in Scholijs ad Alex. de verb. oblig. ad quem addidi: & considera de fictioне legis. & aduerte quòd dictum Bartoli procederet, si haberet seruum. Sed quid si non habeat? Vide in l. si seruũ, ff. de stip. seruo. & l. seruum. rem pupil. sal. for. vbi lex fingit consensum. Sed quo ad carentiam serui, dic tunc per notarium, arg. l. si pupillus, rem pupil. sal. for. quia videtur mandare. Alias enim nõ procederet: cum notarius possit acquirere obligationem, non obligare, vt hic per Alex. nu. 26.

Nu. 30. uersi. vel scholares possent repellere fabrum &c. Sco. vide Ias. consi. 218. lib. 2.

Sub d. nu. uersi. & tunc, aut doctor non potest &c. Scot. Facit l. 2. §. sed & Caius Scipio Nasica, sup. de orig. iur. Not. etiam quòd a sententia lata super expulsione, non potest appellari. Bald. l. un. si de momẽ. possess. fuer. appel. Mant. apoph. 221. vbi etiam, an causa

causa expulsionis agitari possit, etiam diebus feriatis in honorem Dei.

Ad l. fructus. 7.

Add. ult. concludit. vide Alex. &c. } Scot, & l. 1. §. 1. de uer. obl. col. 2. in fi. cum seq.

Ad l. diuortio alias. §. Papinianus.

§. Si uir. uersi. Dixi quòd non &c. } Scot. vide. ins. l. fi.

Ad l. si ab hostibus. 10.

§. si vir uxorem. uersi. qui nihil sciebat. } Scot. quæ paria sunt. l. quod si nolit. §. si mancipium, uersic. cum &c. sup. de ædil. edic. Ang. Alex. hic.

Ad l. alia causa. 14.

§. eleganter. Add. puto esse uerum. } Scot. vide Doct. in l. Titio centum, §. 2. inf. de cond. & demonst.

Ad l. etiam filios. 18.

§. licet sub num. 3. uersi. post princ. de fideiuss. } Scot. vbi vide Bar. §. ita demum, & add. ad eum.

Sub num. 4. uersi. inf. de fideiuss. } Scot. quando negat omnia, & singula, vtrumque negat. Bartol. consil. 113. in fin.

Ad l. si constante. 24.

Sub num. 13. Add. paupertas. uersi. quando quis fideiubet &c. } Scot. Faciunt quæ ponit Ias. post alios, in l. 1. in fi. si cer. pet. vbi tamen sola Baldi decisio ab eo relata fuit contra.

Sub nu. 38. Add. Auth. quas actiones. Adde &c. uersi. quod intelligi debet &c. } Scot. vide ut Ias. in l. 1. §. si is qui 400. ad Treb.

Sub num. 59. uersi. & prædicta uera intelligo. } Scot. Ampliã do inquit Ia. hic, nu. 191.

Sub num. 101. in fi. uersi. extra de reg. iur. lib. 6. } Scot. vide Dec. qui sequitur Bart. in l. pactum, colum. 2. C. de collat.

§. quoties. nu. 4. uersi. ut not. in l. in re mandata, C. mand. } Sco. Adde l. Mæuius, §. cum qui, inf. de leg. 2. tamen cõtrarium probatur in l. Titius, inf. de liber. & posth. l. iubemus, §. fi. sin autem. C. ad Treb. Aret. l. placet. C. de liber. & posthu. l. Lucius, columna antepen. de iudic.

§. si bona, uersi. sed fiscus non est hæres &c. hæc sol. non placet. sufficis enim &c. } Scot. contra in l. si finita, §. si de vectigalibus. inf. de damn. infec.

Ad l. si filiosa. 25.

§. si uir. Add. ultimo ex prædictis. Vnde &c. } Scot. vide Alexand. hic, & in l. qui absenti, §. 1. de acqui. poss. qui declarat dicta Bar. hic, & in l. qui fundum, sup. loc. & in l. emptorem. C. de locat. vide Doct. in l. filius fam. §. diui, de leg. 1.

Ad l. semel. 26.

Add. semel. refert Paul. &c. } Scot. vide Bar. in l. si seruum, §. sequitur, de verb. obl.

Ad l. quæ dotis. 33.

Sub num. 9. uersi. sol. glo. quod vsque ad vires hæreditatis &c. } Scot. immo iure veteri adita hæreditate creditoribus tenetur vltra vires hæreditarias. gl. & Doct. in l. si te bonis. C. de iur. deliber.

Sub nu. 14. uersi. quandoque consentio venditioni rei meæ &c. } Sco. secus in mandante, l. idemque, §. si cui, uers. & ideò, sup. mand.

Num. 20. quæro quid de præsente &c. } Scot. quomodo, & quàm variè præsumatur contra tacentem, habes gl. in c. si. 65. dist.

Sub num. 23. uersi. C. si alien. res pign. da. sit. } Scot. & ita Panormitan. concludit in c. non ne, de præsumpt.

Versi. fallit fauore pupillorum. Add. uide Rom. &c. } Scot. contrarium tenuit ibi Bar. post Dyn. quicquid ibi glo. dixerit, quæ melius locuta est in l. 2. per illum text. ad munic. vide Soci. in l. 1. in princ. de uerb. oblig. qui videtur sequi hoc dictum Bar. in hac l.

Ad l. post dotem. 40.

Sub num. pen. uersi. Et si nescires extrahere, tunc venias ad me. } Scot. 1. nunc ad eum, quia respondebit tibi. Sic Alciat fecit aliquando in voce inductiones apparêter faciles: quas ego postea reperi adeò difficiles, vt nunquam potuerim percipere. Quod est magnum vitium; quia omnis virtus in inductione cõsistit.

Ad l. in insulam. 42.

Versi. post dotem sup. eod. } Scot. vbi nu. 23. tenet opinionem Dyni hic.

Ad l. Caius. 45.

Versi. secundo not. &c. } Sco. Tamen Castr. post Ang. in l. 2. in prin. inf. de præto. stipul. dicit notarium debere scribere iudicatum solui, non solui iudicatũ. Et ibidem ponit differre, bonorum possessionem, & possessionem bonorum. illam esse iuris, hanc facti. De quo per Dec. in l. 1. C. qui admit. Facit pro Bartolo, quod ponit Dec. in l. in toto, uersi. & ista conclusio tam in &c. de regul. iur. contra in l. vxorem, §. legauerat, de lega. 3. Alber. in Dictio. uerb. magister Petrus &c.

Versi. in contrarium facit, quia fauore dotis &c. } Scot. vide Alex. post Castrens. in l. 3. colu. 2. in princ. infrà, de leg. 1.

Versi. alternatiuè: ut ex prædictis &c. } Scot. Lege alternatiuè aut neutri, vt ex prædictis &c.

Ad l. vsufructu. 57.

Versi. Inst. de usufruc. §. finitur. } Scot. immo ibi dicitur nihil agi, & sic non finiri. Sed tamen debet exponi, vt ibi per glos.

Ad l. in partem. 67.

Versi. non obstat, quòd dicitur. quod ea &c. } Scot. vide sup. d. §. si uir.

Scholia Fed. Scoti, Iureconsſ. &c. Ad Bar. in Librum Vigesimumquintum Digest.

De impens. in res dotal. fact. Tit. 1.

Ad l. quod dicitur. 5.

Sub num. 9. Add. & præmitte. } Scot. Alex. l. si mihi, & Titio, col. pen. inf. de uerb. obl.

Ad l. neque stipendium. 15.

Scot. sic etiam colonus pensionarius tenetur ad decimas. Inn. in c. cum non sint, de deci. Roncin. in disputa. ad Dec. post, seu ad fin. 2. uol. consi. Dec. vide Bartol. l. 1. C. de anno. & tribuit. lib. 10. ubi addit.

Rerum amotarum. Tit. 2.

Ad l. Marcellus. 11.

§. Qui rerum. add. tunc cogitur &c. uersi. & in l. fin. ff. de iis qui bus, vt indign. & in l. si a te &c. } Sco. contra cuius sententiam

tentiam multum facit inquit Pract. Papien. in for. excipien.contra positio.uersi.detegentes periuriū quòd quis non tenetur respondere positioni, vel interrogationi,an sit vsurarius, vt determinat Inn. in c.dudum 2.de confes.(hic allegatur de electio. & 2.de confess.)& Bal.in l.2.§.quod obseruari,de iura.calumn.de hoc,inquit,per Bar.in d.l.Marcellus.ff.rer.amota.

De liber. agnoscen. Tit. 3.

Ad l. si quis a liberis. 5.

§.*sed utrum,uersi.supra de iur.dot.*} Scot.Adde gloss.uerb. desierit,vt per deportationem &c. inf. de alimen. lega.

§.*parens.add.iure naturali,& ideò non ualet pactum in contrarium.*} Scot. vt hic per Bar.

§.*de alimentis,uersi alià secus,vt hic.*} Scot. vide Bal.l. pręses.C.de seruit.& aq.

Scholia Fed. Scoti Iureconsf. &c. Ad Bar. in Librum Vigesimumsextum Digest.

De testa. tute. Tit. 2.

Ad l. si quis sub conditione. 11.

Versi. & hęc sufficiant pro modo.} Scot. considera dicta sup.num 9.

Ad l. ex sententia. 29.

Add.aliquo actu,istam decisionem &c. uersi Host in c. quoniam contra, de probat.} Scot. vbi Dec.ait magis communem opinio.esse contrà Bartol. colum. 20. uersic. tertio pro Abb. colligitur. vide Dec. in consilio 42.

De legit.tutoribus. Tit. 4.

Ad l. tutela. 3.

§.*si parens. uersi.quadam est tutela propriè quę defertur &c.*} Scot. lege, quædam est tutela propriè legitima, quæ defertur.

Versi.ut hic,& Inst.de fiduc.tut e sed hodie frater &c.} Scot. vide Alexand.in lege, final.colum.ante penul. C. vn.lib.

Versi.} per Doct.in l.frater,vbi Bar.latè, vt hoc §.

Qui pet. tuto. &c. Tit. 6.

Ad l. si minores. 2.

Versi. item aduerte, quòd uidetur colligi ex uerbis Dyni &c.} Scot. vide Bald.in l.sciant.hic alleg.

Versi.& hoc expressè dicit text. &c.} Scot.Textus hoc nō dicit.

De admin.& peric.tuto. Tit. 7.

Ad l. quoties. 9.

§.*Item si temporali. uersi. quæro, quid econtra,si pupillus &c.*} Sco.Tutor potest sibi soluere,vt firmat Alexan. in l.1.§.quæsitum.in prin. inf. ad Trebell. quem allegat Capyc.decis.156.nu.11.

Ad l. inter tutores. 36.

Add.multum.& not.istam q.&c.uersi.Bart.in l.Lucio.} Scot. lege Bar.in l.cum constet.

Versi.Andr.Barba.} Scot. Castrens.in l.viæ.in fine. ff.de seruit.

Ad l. Titium. 47.

§.*altero. sub nu. 5. uersi. & ideò si contractus communi &c.*} Scot. vide Bar.in l.2.sup.commu.diuid.

Versi.ut sup.pro soc.l.ut &c. ut sup.dixi &c.} Scot.contrarium per Alciat.de præsumptio.regul.1. præsumptio.25.

De autorit.tutor. Tit. 8.

Ad l. 1.

§.*Tutor si inuitus.uersi.secus esset si testis dicat alium fore pręsentem &c.*} Sco.vide Lanfranc.Orian.in cap. quoniam contra, uerb. testium depositiones, numero 33.

Scholia Fed. Scoti Iureconsf.&c. Ad Bar. in Librum Vigesimumseptimum Digest.

De excusat. tuto. Tit. 1.

Ad l.idem Vlpianus. 12.

§.*Sunt alij,uersi. item allegatur per alterum &c.*} Scot.vide Abb.in capit.nonnulli.in princip.colum.penul.de rescript.

De fideiuss.& nominatorib.&c. Tit. 7.

Ad l. cum ostendimus. 4.

§.*fideiussores.*} Scot. Ad intellectum huius textus vide Alex.in l.1.in prin.col.4.num.35.& seq.ff.de uerb. obligat.

De reb.eorum &c. Tit. 9.

Ad l. sed hic. 2.

§.*item quæri,uersi. ex isto uersi.potest colligi fraus &c.*} Scot. vide tamen per Alex.consi.82.col.1.& 2.lib. 3. facit l. penul. uersicul. neque dolo &c. ff. de petit. hæredit.

Scholia Fed.Scoti Iureconsf.&c.Ad Bar. in Lib. Vigesimumoctauum Digest.

De testamentis. &c. Tit. 1.

Ad l. 1.

Scot. Ante l. 12. tab. testabantur Romani in scriptis. Fran.Balduin.comment.in ll.12.tab.l. 26.

Versi.item etiam dicitur iusta,id est,perfecta &c.} Scot. vnde in Auth.de inoff.testa. ... dicitur,perfectam sententiam,vt per Barb.consi.48.in 4.

Versi. ult. Aliud est statutum &c.} Scot. tamen posset considerari meres an esset verisimilis pro scriptura sola,arg.eorum quæ dicuntur in emphyteosi,& locatione discernenda, & simil.ut per Alciat. in l. interdum, §. quod ex naufragio.ff.de acquirend. possessio.

Ad l.testamenti.3.

Vers.pen.non erit hæres filius ancill.&c. Scot.& sic existen tibus legitimis,secus ergò non existentibus, vt in add.hic.

Ad l.eius.8.

§.si cui uers.Doct.tangunt in l.1.&c. Scot. Et ita distinguit Abb.in excommunicatis,in c.pastoralis.§.1. col.fin.de appellat.

Ad l.hæredes palàm.21.

§.Sed quid post.nu.5.uers.respon.uers.sed & si notam, intelligo quando reliquit legatum &c. Scot. Ex uers. sed & si notam,colligitur quòd pactum declaratorium pō test apponi ex interuallo.tangit Bar.in l.petens.1. lect.col.1.C.de pact.

§.uno.addit.tene menti.uer.& hæc est opinio communis. Scot. contrarium dixit Alciat.l.1.§.1.de uerb.oblig.Vide Imo.Bald.Paul.hic,Alex. Corn.in l. cum antiquitas.C.de testam.

Ad l.Domitius.27.

Vers.& C.de impub.& ad substit.l.precibus. Scot.Vide supra in l.1.ff.de excusa.tut.l.quidam Iberius,ubi gl. sup.de seru.vrb.præd.

Vers.sed ibi merebatur talem responsionem. Scot. Iuxta illud, Non malè respondit: malè enim prior ille rogarat.

Vers qui fuit magnus valde in scientia.ut not.&c. Scot. Sed errat Bart.quia ille Labeo de quo in d.§.post hūc fuit Antistius Labeo: hic autem de quo in hac l. fuit Domitius.

De lib.& posth.hær.instit.&c. Tit. 2.

Ad l.in suis.11.

Scot.Filius Regis dicendus est Rex,quia rei sola administratio deest.c.ult.vbi gl.24.q.1. Idem de Comitibus Teutoniæ,& Italiæ dicit.

Ad l.Gallus 29.

§.& quid si tantum.sub nu.8.uers.quia filio fit iniuria.si exhæredatur &c. Scot. Filius qui preteritus fit,tum dicitur affectus iniuria: cum præteritioni vis inest exhæredationis. l. maximum, vers. & quam iniuria. C.de lib.præter.Nō igitur perpetuò censetur iniuria præterito.

Sub nu.12.uers. in integrum restitutio facta a principe &c. Scot.Tex.est in c.quamuis.de rescrip. in 6.vbi procedit etiam in ijs,qui sunt in mora voluntate principis.

Add.retrotrahatur.Paul.de Castro dicit &c.uers. & sic tempore quo ius primogenitura &c. Scot. Aristoteles lib. 7.Politicorum,improbat primogenituram, pluribus rationibus.

Sub nu.14.vers.posset tamen princeps &c. Scot. Quod procedit:quia lex assistit principi.simile per Ias.in l.quo minus.col.2.de flum.

§.si eius.No.ad illud.Noli plus sapere &c. Scot. Martial. Quisquis plus iusto non sapit,ille sapit.

§.etiam si præsente. num. 3. Idem enim est hæres, quod dominus &c. Scot.§. final.Institut. de hæredu. qual. & differ.

Nu.7.quæro illis casibus. Scot. Vide in simili Barto.in l.filiusfam.§.diui.de leg.1.col.pen.in fi.& in l.Lucius.§.1.de leg.3.

De iniusto,rupt.irrit.testam. Tit. 3.

Ad l.si quis filio.6.

sophi &c.§.Irritum.uers.quero quid si non declarauit. Scot. Vide inf.§. quatenus,in ult.uerb.

§.Eius qui.uers.quæro,dicitur hic.quòd quidā Philosophi &c. Scot.Vide Ioseph.de bello Iud.lib.3.c.14.præcipuè uers.ibidem autem.

Ad l.qui vxorem.15.

Vers.ideo quia in spe consistebat. Scot. imò impeditur,ne conualescat.Adnotaui in ff.ad hanc l.

Ad l.si ego.19.

Vers.illud dictū declaro & c.inter institutum,& substitutum. Scot.lege inter institutum,& cohæredem.

De hæred.instit. Tit. 5.

Ad l.suus quoque.4.

§.Sed & si filio. Add quid si &c. §.morte. Scot. vbi vide Alex.remissiuè in fi.

Ad l.quoties.9.

§.Si duo,nu.3.Vadamus ad conuentum &c. Scot. Puto legēdum esse,Doctoratum,vt sit hic locus,vbi Bart. facit mentionem Baldi & eius Doctoratus:quem Bartholū corruptè allegat Caccialup.in li.de mostud.in vtroque iur. 5. docu.nam allegat eum in l. quidam in suo,de condit.instit. vbi nihil de Baldo,vel alio doctore. Tamen potest etiam legi, conuentus,pro doctoratus, sicut dicunt conuentare,pro doctorare,in aliquib. locis.Vnde sup.eo. in l.suus quoque.idem Bart.eamus,inquit,ad conuentum domini Pauli de Neapoli.idem l. 1. C.de donat.Quod allegabo tibi,inquit,cum sumes conuentum in sermone.

Ad l.hoc articulo.29.

Col.2.uers.substitutus admittatur. Scot.Vide Soci.in l.1. col.62.infra tit.1.

Col.3.add. Dy. format uers.l eum qui nouissimus inf ad Treb. Scot. ibidem Alex. late.

Nu.9.quæro in ciuitate Pisarum &c. Scot.Vide exemplū 1.Parali.c.11. & pertinet etiam ad prius positum casum.

Sub num. 10. uers. & dictio uterque distribuit inter duos,sicut dictio, quilibet. Scot.l.si pluribus, ubi glos.infra de lega. Vide Bald.c.1.§.filia, in fi.de success.feud. Docto.in l.si mihi, & Titio.infra, de verb.oblig. Alex.col.pen.Ias.col.6.

Ad l. illa institutio. 32.

Add.disputauit hanc quæst.uers.tenet D.Cardin.cons. 60. &c. Scot. Sentit etiam Bald. in lege, si quis ita, de usufruct.

De vulga.& pupilla.substit. Tit. 6.

Ad l.1.

Sub nu.5.uers.quinque modis potest dici uulgaris, Vulgare dicitur vsitatum, & frequens.l.pactum vulgare.C. de pigno.actio.Appellant oratores exordium vulgare,quod in plures accōmodari potest. Quintil. libro quarto.capit. 1. vulgaris supellex ea dicitur, quæ non est proprio loco attributa; & quæ modici est pretij.

Sub

Sub nu.7. uers. tertio modo dicitur expressum id quod singulariter, & proprio &c. Scot. imò quòd gl. paruula ait exprimi proprio nomine, Pomponius ait specialiter, non singulariter: ut uideatur tollenda differentia Bart. inter expressum singulariter, & expressum specialiter.

Sub nu.9. uers. sed non expressa singulariter. Scot. Bart. uidetur constituere differentiam inter expressum singulariter, & expressum specialiter, ut etiã sup. ibi, secundo modo, & ibi tertio modo: tamen glos. paruula. l. quod in rerũ. §. fi. exponit specialiter, idest, proprio nomine. Quod expressionis genus appellat Bar. singulariter expressum. Tu cogita. Ad hæc vide Doct. in l. 3. §. quæsitum. sup. si quis caut.

Ad l. moribus 2.

§. interdum, uersic. contrarium est uerum &c. Scot. vide Bar. in l. ex contractu, inf. de re iudi. Alex. col. 4. in l. fi. C. und. legit. Idem post alios in l. qui se patris. hic alleg. col. 5.

Ad l. in pupillari. 14.

Versi. breuiter cum hoc sit possibile, dico, quòd pupillaris &c. Scot. Per rationem l. cum acutissimi. C. de fideicõ. l. cum auus. inf. de condit. & demonstr. Anchar. & Fonta. in c. si pater, de testa. in 6. idem tenuerunt Alciat. licèt nihil alleget præter. d. l. cum auus. in l. hæredes mei. §. cum ita. in pupil. substit. inf. ad Trebell. ubi Alex. col. 12. ubi Socin. aliam rationem assignat, per d. l. ex facto, hic alleg. per Bart. tãquã agnatione posthumi corruat testamentum. Vide eum ibi colum. 7. in fin. quam rationem sequitur ibi Alciat.

Ad l. Centurio 15.

Sub nu.37. uers. nam ex quo istos filios &c. Scot. contra text. in l. hæreditas, de hæred. instit.

Versi. alids secus, ut dixi inf. Scot. Vide Soc. in l. auus. in fi. ff. de cond. & demonst.

Sub nu.47. uers. & primo de uerbo peruenit &c. Scot. Vide l. 1. §. si quis. ubi Bald. infr. si quis omiss. causa testam.

Sub nu.48. Add. ego dico &c. ibi ubi ponit de uerbo, deueniat. Scot. Vide Iason. in l. qui se patris. colum. 10. nu. 40. C unde lib.

Ad l. lex Cornel. 28.

Addit. sed quid si testator. Scot. Vide Ias. hic latè.

Add. arg. huius. l. &c. uersi. in uerb. omnem hareditatem. Sco. & l. fi. §. filium. uerb. quicquid, inf. de leg. 2. & uersi. Io. de Ana. consi. 22. in add. Tu aduerte, quòd Bar. hic loquitur, cum non est facta substitutio reciproca, ne scilicet §. cum ita. aduersus proprietatem distributiuè extra casum suum extendatur: & ne frustrà uideatur ibi reciprocæ mentio facta, ut ibi per Alciat. in fi. textual. & in fideicommiss. substit. limi. 2. ubi sequitur opinio. Bar. Non obstat d. §. filium, quia nomen illud uniuersale respicit illas plures personas, in quibus cõdicilo scinditur. l. cui fundus, de cond. & dem. ut per eum.

Ad l. quidam testamento. 30.

Versi. primò quia substitutum noluit admitti &c. Scot. Videtur Bart. malè intellexisse uerb. distribuisset, in textu positum, sicut Ang. quẽ reprehendit Alex. post Imol. in §. cum ita, hic per Bar. alleg. colum. 14. vbi vide.

Ad l. ex duobus 34.

§. filium, uersi. sed principalis locutio &c. Scot. simile per gl. uerb. in certa, clemen. 1. de præb. vide Cast. hic ad quem adnotaui.

Ad l. & si contrà. 35.

Versi. quod oppositum in opposito. Scot. Facit. l. fi. §. 1. infr. de leg. 3.

Ad l. seruum. 48.

Versi. ita debetis intelligere istam &c. Sco. Vide Alexand. post Imol. in l. hæredes mei. §. cũ ita, col. 11. ad fi. inf. ad Treb.

De cond. institu. *Tit. 7.*

§. Idem Iulianus. Scot. aduerte, quòd in hoc. §. non tractatur de præcepto, sicut in §. diui. Sed de conditione, quæ qualiscunque sit, adimpleri debet. l. Mæuius inf. de cond. & dem. Vide etiam quod notaui ad l. is cui, hic alleg.

Ad l. si quis sub conditione. 7.

Add. facit ad statuta, uers. per Barb. in 4. colum. Sco. & Dec. non semel.

Versi. actio non datur. Scot. Pro dicto Bar. est tex. in c. 1. de iureiur. in 6.

Ad l. quæ sub conditione. 8.

§. de hoc iure. versi. sol. hic testator expressit solum conditionem &c. Scot. Et sic habemus, quòd tacita conditio legis surrogata in locum conditionis expressæ a testatore, natiuitatem obligationis, & actionis impedit, non autem transmissionem. Sequuntur Bar. Aret. & Soc. in l. 3. de leg. 1.

Ad l. uter ex fratribus. 23.

Versi. est uerum, nisi uoluntas defuncti &c. Sco. etiam collecta a sensu contrario, ut inf. uers. quia permitten do quòd nubat uni, uidetur prohibere quòd alij nubat. l. cum prætor. ff. de iud. cap. nonne, de præsumpt.

Scholia Fed. Scoti Ireconsf. &c. Ad Bar. in Librum Vigesimum nonum Digest.

e testa. milita. *Tit. 1.*

Ad l. qui iure. 7.

Versi. idem intelligo in Auth. ex causa quòd illa auth. non habet locum &c. Scot. Vide Bar. in d. Auth. ex cã. col. 4. in fi. cum seq. Et per hanc l. dici posset, quòd legata magna, uel donatio (de qua in l. si unquam C. de reuocat. donat.) non reuocantur, quoties testator de liberis cogitasset generaliter, quòd possent sibi superuiuere, licèt ignoret uxorem esse prægnantẽ, quæ sit prægnans, vel sibi filium superesse, ut in casu l. Titius, ff. de liber. & posthum. nisi probabiliter argumenta reris in contrarium, ad ea, quæ dixi per hanc l. argum. a speciali, quia hæc l. est specia le ius in milite. Ergò in oppositum est ius commune. l. 1. ad fi. ff. ad municip.

Ad l. militis 36.

§. Veteranus, uers. potior est conditio possidentis. Scot. Nisi legatarius possideret ex solutione facta per hære-

 dem

dem in facto errantem, per l. fideicommissum, cũ ibi not. supr. de condic. indeb. Bartol. l. 1. eod. titul. post gl. In hæreditate secus est. Vide Alex. in l. nemo potest, col. 6. & 7. de leg. 1. vbi an possit retineri hæreditas ex non solemni voluntate in foro cõscientiæ, latius disputat uix concludens.

Ad l. miles ita. 41.

§. mulier. Add. 1. uers. quid in aduocato, cogita. Scot. affirmatiuam ponit Ripa in d. l. miles, sub nu. pen.

De acquir. hæred. *Tit. 2.*

Ad l. qui in aliena.

§. interdum, uers. uide glos. quę subdit, quòd filius &c. Scot. caue, quia legitur alio modo glo. item & finis non posset bene adaptari.

§. Celsus. vers. scilicet, in eo quod in nostra &c. Sco. Anno. in fi. l. 1. de oper. nou. nunc. & d. l. quia poterat. vide Bart. in l. non solum. §. morte, colum. 3. in fin. inf. de ope. no. nunc.

Ad l. si quis filium 7.

§. in omni. vers. alleg. pro hoc casum. l. pater fa. de vulg. & pupl. Scot. Facit tex. in l. 3. uers. sed & si Titio. sup. de petit. hæred. & ibi Bar. de libello. Contra facit quod ponitur in §. veteres. l. 1. inf. de acq. possess. & l. qui Titij, de ijs quibus vt indig. adnotaui ad Dec. l. qui se patris. ad fi. 4. col. post nu. 16. C. vn. lib.

Ad l. qui hęres. 13.

§. Neque filius. Sub nu. 5. uers. hodie uero est immmutatum, quòd repudiatio &c. Scot. vnde pater repudians an te filium, sibi præiudicat in usufructu. vide Alex. in l. 1. C. qui admit. col. 3.

Sub nu. 6. uers. licet sit eadem ratio, tamen iura antiqua &c. Scot. Hinc collige, quòd similitudo rationis, non inducit correctionem legum. not. in Authen. quas actiones. C. de sacrosś. eccles.

Versi. & haberet locum d. l. cum non solum. Sco. vide Dec. tenentem contrarium in l. 1. vlt. lect. in fi. C. qui ad admit.

Sub nu. 9. uers. inf. de leg. 1. Scot. & in l. 1. §. 1. infr. si quis omis. cau. testam.

Ad l. is qui putat. 15.

Sub num. 4. uersi. ego habeo uoluntatem acquirendi de nouo, nõ autem uoluntatem immiscendi me, quod est approbare &c. Scot. Tamen obstat doctrina Bar. in l. 3. in prin. de acq. poss. vbi animo retinẽdi, acquiritur de nouo. Sed ibi ad vtrunque suberat affectio: hic alterum volebat. Et casus sunt econuerso. Quamuis retentio operetur acquisitionem, non tamen acquisitio operatur retẽtionem ex alia diuersa acquisitione: imò infringit tanquam contrarias: quoniam cum velit acquirere de nouo ex noua causa, indicat necessariò se nolle ex vetere retinere.

Ad l. nec is. 17.

§. hęres. uers. sed si diceret se nolle acquirere &c. Scot. Vide Aret. hic contrarium tenentem. Secutus est Dec. in l. qui se patris. col. 1. in fi. C. unde lib.

Ad l. is potest. 18.

Sub nu. 12. vers. respondeo, ius acquirendi per filium &c. Sco. vide eundem sup. l. is qui hæres. §. fi. in fi. 1. col.

Ad l. pro hærede 20.

Sub nu. 5. uers. si quęris quò ad ueritatem, an sit hęres: & tunc sufficit solus &c. Scot. Paul. Castren. in l. mutum, dicit solam deliberationem non inducere aditionem, nec obligare in foro conscientiæ. Sed hanc opin. Bar. sequitur Dec. licet Bart. non alleget, in l. 1. post nu. 23. C. qui admit. in repetit. uide Bar. sup. l. is qui putat. q. 1. & opp. 2. Vide eundem sibi contrarium inf. eod. l. gerit. col. 1. tamen aduerte, quòd ibi quoque uidetur dicere hæredem tali casu teneri vsque ad uires hæreditarias, vt hic dicit. Vide gl. & Doc. in l. potuit. C. de iur. delib. ubi concluditur voluntatem sine actu sufficere: nec actum requiri ad probandam uoluntatẽ: sed actum duntaxat declinare: sine quo tamen uoluntas est perfecta, & aditio ipsa.

Ad l. si quis extraneus. 21.

Sub num. 3 vers. ut C. si tut. ex fals. alleg. l. 1. Scot. Quæ tamen loquitur in decreto: igitur &c. Alexand. l. qui Romæ, §. duo fratres. post Rom. ante nu. 39. & speciale est in casu excusationis, extra quem erit idẽ quod in maiore. Alex. ibidem, versic. puto tamen verius &c.

Sub num. 3. uers. quod declara, ut dixi in l. iuste. inf. de acqu. poss. Scot. vide l. qui testamento. inf. alleg.

Ad l. si quis mihi 25.

§. iussum, sub num. 3. uersic. non ex interuallo, vt ibi. Sco. gl. §. tutor. Inst. de autor. tut.

Ad l. necessarijs. 57.

Vers. ueritas est illa, quòd utraque opinio potest sustineri. nam filius &c. Scot. vide gl. verb. transmittere. l. 1. C. de ijs qui an. aper. tab. Add. l. si filius qui patri. supr. de vulg. & pup. vers. etenim ius dicentis &c. quod que filij teneantur creditoribus hæreditariis, antequã prætoris ope abstineant, probatur d. uers. etenim, verb. liberare. Non enim liberari potest, qui nihil debet: nec aliquam tenetur. l. decem. versic. & soluente Titio, inf. de verb. obli. Facit ad supradicta tex. in l. si seruum, §. si quis suus, verb. retinere. infr. eo. l. nam nec emancipatus, in fi. inf. de leg. 1.

Ad l. quamdiu. 69.

Sub num. 10. Add. predictę. uide Paul. &c. versi. uide etiam Alex. &c. vbi limitat. Scot. & colum. 4. ubi add. mo. der. lit. a

Ad l. uentre 84.

Col. fin. sub nu. 26. vers. sed delatam. Sco. contra l. delata. de uerbor. significat. sed infans non adit. Respondeo, d. l. delata, intelligendam in iuris non facti impedimento. Vide Barthol. supra l. is potest, in 3. posse adire. Facit l. si quis extraneus. in fin. l. idem etiam. l. nec is. sup. eod. vide Petr. Anchar. consil. 353. in dd. ll. dicitur hæreditas delata, licet subsit impedimentum facti: secus si iuris, ut hac l. ventre. Nam hoc intrinsecum est, alia extrinseca. Contra Anchar. consuluit Soc. cons. 116.

Ad l. Pantonius. 86.

§. rei. nu. 2. Nota, quòd negatiua &c. Scotus quod etiam non coarctata cadat in rectam scientiam alterius, tenet Fulg. in l. ususfru. si vsus. pet. Vide Imol. & Roman. in l. nec is, sup. eo.

Ad l. Gerit. 88.

Add. Gerit. An hęreditas &c. Sco. vide Bar. Ias. in l. tutia. C. de iur. delib.

Add. foro conscientia. Vide Bart. &c. Scot. vide Bart. sibi contrarium in l. pro hærede. q. pen. sup. eo. cõcord. tñ in eo, quod hic dicit, seu includit hęredem tali casu

casu teneri vsque ad vires hæreditarias in foro cõscientiæ. Adnotaui ad d. pen. q.

Sub nu. 10. uersi. & inf. eo. L. Paulus respondit per &c. } Scot. & gloss. in fin. in l. in vendentis inf. alleg. C. de contrah. emptio.

Versi. & licèt ibi loquatur &c. tamen idem est &c. } Scot. sequitur Alex. in l. qui se patris, colum. 2. circ. med. C. vn. liber.

Ad l. Paulus, aliàs, per procuratorem. aliàs, per curatorem. 90.

Versi. ea quę cohęrent personę nostrę, non possunt explicari per per alium &c. Sed voluntas mea est huiusmodi: ergò &c. } Scot. vnde neminem pœnitet, nec quisquam vouet per alium. gloss. 27. q. 1. c. sciendum: nec alteri motus animi committitur, gloss. l. sicut, sup. de arb. Paul. locó inf. alleg.

Versi. item si poneret dominum scire &c. } Scot. vide Paul. Castr. in l. fin ff. C. vn. legit.

Si quis omis. cau. testa. &c. Tit. 4.

Ad l. 1.

§. si quis per fraudem, addit. pecunia accepta. qui dat pecuniam &c. } Scot. Bar. inf. l. prox. nu. 1.

Ad l. si quis pecuniam. 4.

Versi. modicit amen est effectus hac disputatio. } Scot. immò maximi, secundum Alex. in l. 1. supr. de leg. 1. circ. num. 29. Bald. & Salyc. in l. fi. C. eo.

Ad Senatusconsf. Sylla. &c. Tit. 5.

Ad l. 1.

§. Domini, uersi. & l. si quis seruos. inf. de leg. 3. } Sco. Melius in l. præced. in princ.

§. Hoc autem Senatus, uer. est enim impossibile, quòd fictio &c. } Scot. Veritas enim cum fictione pugnat: ideoque iungi nequeunt. l. si pariter. l. duobus. de liber. caus. Doct. l. si is qui pro emptore, de vsuc.

De iure codicillorum. Tit. 7.

Ad l. 1.

Glo. 4. uersi maximè cum illa clausula, si non ualent &c. ponatur &c. } Scot. Quæ si apposita non est, subauditur. Dec. c. cum M. col. 1. not. 5. de constit. num. 7. ex tacita voluntate defuncti, contra Bart. hic.

Ad l. si quis cum. 3.

Add. no. quòd ista. vide Alex. &c. } Scot. vide glos. in l. ex duobus. §. 1. uerb. patris quoque, & ibi Bart. & Bal. sup. de vulg. & pup. subst.

Scholia Fed. Scoti Iureconf. &c. Ad Bar. in Librum Trigesimum Digest.

De legatis 1. Tit. 1.

Ad l. 1.

Versi. magis enim sonat, quòd uires fideicommissorum &c. } Scot. potius enim minora maioribus exæquantur, vt illud Lucretij: Nos exæquat victoria cœlo. Auget enim præpositio. ex, & indulgentia hæc, fauorque dici potest augmentum. Ad superius dictum facit §. quia verò, uersi. & minores exæquari, Authen. de consang. & vter. fratr.

Col. 2. uersi. nunc ad propositum, cum hic legata adæquantur fideicommissis, non potest intelligi &c. } Scot. sic cum dicitur huic proximus, intelligimus hunc præcedere, argu. l. proximum, de verb. sign. Probatur in l. 1. in prin. ad leg. Iul. maiest.

Versi. certè inspicienda sunt verba. Aut adæquantur ad inuicem &c. } Scot. l. ab omnibus, §. quisquis. infrà eodem.

Sub num. 4. uersi. Institutiones, & fideicommissa &c. } Scot. Hoc falsum: quoniam fideicommissa sunt inuenta longo tempore post l. 12. tabul. Instit. de fideicommiss. hæred. in princ. ut rectè aduertit hic Ias. col. 7. num. 46.

Versi. nam etiam secundum tempora Iustiniani, est differentia in effectu iuris inter libertatem directam &c. } Scot. vt altera ipso iure, altera per manum hæredis adhuc competat, nisi casu d. l. fin. C. de manum. testa.

Versi. } & l. fi. C. qui manum. non pos. iunc. l. 1. C. eo.

Versi. hoc non placet, quia &c. } Sco. tamen cum hac opinio transit in d. l. 1. C. commun. de leg. & hanc solutio. Petri, sequitur Paul. Castren. hic, arguens Bart. qui loquitur de tempore antè traditionem, cum Petrus loquatur post traditionem.

Versi. primo propter retentionem &c. } Scot. Hæc tollit Imo. hic. Vide Alex. col. 7.

Versi. uel seruitutem in fundo suo &c. } Scot. l. 1. inf. de vsufruct. lega.

Versi. uel ille consentiat. } Sco. Hoc ponderat Ias. hic, nu. 115. & uerum est, si res sit apud legatarium. l. quædam, de re. uendic.

Versi secundum ueram opinionem. } Scot. quæ fuit Azonis, vt ibi gl. 1. vide Bar. ibi. vide etiam inf. col. ult. uersi. aut legatur res aliena.

Versi. & l si quis inquilinos. §. 1. } Scot. vbi not. Bar. dominium rei hæredis legatæ non trãsire. Not. Alex. in l. si hæredis seruus. inf. eo.

Sub num. 7. uersi. & l. 2. §. 1. sup. tit. 1. } Scot. §. nec alius vllus, cum §. seq. Inst. de singul. reb. per fideicommiss. relict. ubi est dictum, & ratio.

Versi. §. 1. & l. seruo. §. fi. } Scot. lege §. fina. cum gloss. & l. sequen.

Versi. §. libertus. de condict. indeb. } Scot. Melius facit l. si iudicio operarum, inf. de ope. libert.

Sub num. 8. uersi. recta uia in legatarium. } Scot. etiam ignorantem, l. cum pater, §. surdo, inf. tit. 1. Vide gl. quæ tangit etiam de coactione hæreditatis, l. cum possess. §. 1. sup. de Publicia.

Versi. nam in uniuersali nõ transit dominium rerum, quia &c. } Scot. Caue, quia videtur aliud inf. col. seq. uersi. aut est aliàs uniuersale, num. 12. dicere. ubi dat vendicationem in legato peculij. ergò dominium transfertur aduersus hic dicta. Vide hic Alex. post Imo. col. 9. num. 17. & inf. col. ult. in addit. lit. b. ubi addidi de Soci.

Versi. Idem in particulari: quia in rebus relictis per consequentiam &c. } Scot. l. emptor. §. ancilla, cum glo. sup. de re. uendic. Tamen reprehenditur Bartol. hic per Mod. vide Ias. num. 84. referentem, & confirmantem.

Sub num. 11. uersi. quadam sunt legata, & fideicommissa, qua alterius vtilitatem continent, & de iure cõi ualent &c.] Scot. si tamen legatum sit pecuniarium. Pro alio competit officium iudicis. Imo. hic. vide inf.

Add. quadam sunt legata. ut l. si cui. inf. de condit. & demonstr.] Scot. optimè allegat hanc l. Barbat. Et dicit Imo. hic, quoties continetur in legato vtilitas legatarij, competere personalem actionem, si tamen legatum sit pecuniarium. Alexa. sequitur hic, num. 28.

Col. ult. uersi. aut legatur res aliena.] Scot. vide sup. colu. antep. num. 6. in fi.

Versi. l. si hæredis seruus, inf. eo.] Scot. Quid si legatur res debita hæredi a testatore: quod potest, vt l. vnum ex familia, §. sed si in vno, in fi. ubi Bar. inf. tit. 1.

Add. seruum filij. Adde secundum Alex.] Scot. col. 9. nu. 17. vide sup. addidi ad 3. col. in fi. Adde tamen Soci. distinguentem inter vniuersalia, & defendentem Bar. Soc. hic num. 9. col. 3.

Versi. quod dic, ut ibi.] Scot. vide Bartol. ad hoc, in d. §. agri plagam.

Versi. & tunc puto, quòd eadem &c.] Scot. vide Socin. hic in fi.

Ad l. sciendum. 2.

Versi. ad quod facit l. illud, cum ibi not. &c.] Scot. aduerte quòd glo. ibi, facit contra Bar. sed reprehensio Petri, & Bar. ibi, facit pro Bar.

Ad l. hæc verba. 3.

Versi. ibi quando plures.] Scot. Idem si unus esset institutus, & alius ei substitutus vulgariter. Ias. hic col. 3. num. 19.

Versi. non obstat si dicas, quòd potest deberi ab alio; illo non adeunte: quia hoc non erit &c.] Scot. Socin. hic in 3. limit. loquitur contra hanc inaduertenter. Non enim meminit huius doctrinæ tamen vtitur bonis rationibus. Sed idem in fi. 4. limit. arguendo contra Raph. se fundat ex hac doctrina, cũ sequen. de tit. si quis omis. cau. tamẽ implicitè. Facit enim simpliciter consequentiam ex vtraque solutione coniuncta: & dicit ius accrescendi tempore l. si Titia. inf. Quando dies legat. ced. locum non habuisse, vt transiret cum onere: quia hoc induxit Seuerus. l. si Titio, & Mæuio. §. Iulianus. inf. tit. 1. antè quem per longum tempus vixit Pomponius autor d. l. si Titio. Sed fallitur, quia fuerunt contemporanei, & condiscipuli sub Papiniano, vt scribit Lampridius. Nec fuit intentio Iurisconsulti, vt in d. l. si Titio, consideraret ius accrescendi: vt adnotaui ad Soci.

Versi. l. si in diem. §. seruo.] Sco. in fi. iunc. l. nonnunquã.

Versi qualibet expositio potest tolerari.] Scot. propter vicinitatem, si, &, cum, l. si Titio. inf. quan. di. lega. ced.

Versi. ut l. item quia.] Scot. §. 1.

Versi. sol. ibi exprimitur illud quod &c.] Scot. vide colum. seq. uersi. præterea tale tempus &c. uersi. secundo casu, secundò. Aduerte quòd sequens colu. Bart. ponit hoc, in membro, præter voluntate. Quod autem dicatur ex uoluntate, docet Socin. hic, colum. penul.

Versi. quia cum tacitè non inest de necessitate.] Scot. Quòd hoc sit verum, apparet: quia admittitur probatio in contrarium. d. l. iam hoc iure. in fin. uersi. si uoluntas parentis non refragetur. cum gloss. simile per gloss. d. l. præcibus, uerb. immo ex tacita pupillari, in fin.

Sub num. 6. uersi. quia dictio, cum, habet. &c.] Scot. Clarius in l. si cui. inf. de fun. instruc.

Sub nu. 7. uersi. ut l. Titia. ad leg. Falcid.] Scot. Sed hæc l. non obstat: & ipsam malè allegat Barto. hic. Alex. hic, col. pen. uersi. non obstat l. Titia &c. & colum. seq. uersi. præterea, quod male alleg.

Versi. & sup. dixi] Scot. num. 5.

Versi. quia tacitè tota debebatur ex præsumpta voluntate defuncti, ut l. &c.] Scot. contrarium Bar. dixit in oppo. d. l. si. C. de instit. & subst. cum l. precibus. C. de impu. Ias. hic, col. pen. nu. 46.

Versi. ut sup probatum est.] Scot. col. præced. in prin. uer. non obstat, si dicas &c.

Versi. l. 4. si quis.] Scot. l. 4. §. si quis.

Versi. ut amodo illud tacitum cesset.] Scot. quia dispositio hominis tollit dispositionem legis: ita procedit l. talis scriptura, & c. cum dilecta, vbi Anto. & Abb. de rescrip. Soc. hic colum, penultima numero 14. & 17.

Versi. ut supra probatum est.] Scot. l. Cornelius. ff. de hæred. instit.

Ad l. si quis in fundi. 4.

Versi. vt si quis putauerit libros contineri appellatione chartarum.] Scot. ibi concurrit vsus loquendi cum uoluntate testatoris, propter quæ duo legatum sustinetur. Et quamuis subijciat Bart. appellatiua ab vno homine immutabilia esse, videtur contra text. d. §. quid tamen, & l. si quis vinum. 2. resp. de trit. uin. ole. leg. pro Bartolo facit quod not. glo. in l. nec ex prætorio, uersi. priuatorum dico &c.

Add. qualitas. Adde in quantum Alex. &c.] Scot. Adde quòd aliàs etiam magis attenditur qualitas dispositionis, quàm nomen. Paul. Castren. in l. testamẽtum. C. de testa.

Versi. ita quodammodo in nomine appellatiuo.] Scot. uersic. (quod est stultius) & ita concluditur hic, stultum esse in nomine appellatiuo errare.

Versi. tunc legatum ualetet.] Scot. contrarium sentit in l. si is qui pro emptore, col. 9. de vsuc.

Ad l. serui electione. 5.

Col. 2. sub nu. 4 uersi. ut d. §. propositum.] Scot. Adde l. diuus. de test. mil. vbi, volo illum mihi esse hæredem, habetur pro eo ac si dictum sit, hæres esto.

Ad l. stichum. 6.

Sub nu. 5. uersi. sed respondeo, ista conditio &c.] Scot. vide Ias. l. 4. §. Cato. col. 14. uersi. ultimò in quantũ &c. de verb. obl. vbi dicit, fortè non esse uerum Bartoli dictum. Tangit Ias. hic in fi.

Ad l. cum incertus. 13.

Versi. ut ibi plenè dixi.] Scot. & vide nu. 10.

Ad l. si quis a filio. 32.

Verfi. erat fortè stricti iuris.} Scot. videtur abijcienda vox, fortè: quia lex apertè meminit actionis ex stipulatu. Constantius est locutus alibi noster Bart. nempè in l.si is qui pro emptore. colu. 13. uerfi.6. principaliter quaro.vt inf.allegat.

Ad l. Marcellus. 25.

Sub num. 4.uerf.l. cum quis.§.si quis pro reo.} Scot. vbi de officio iudicis nobili.Castrenf. in l.1.§. si quis ita, col.2.sup.de verb.obl.

Ad l. cum lex. 46.

Sub numer. 6. uerfi.non obstat. §.alteri, quia ibi loquitur de prasenti,scilicet, alteri stipulari &c.} Scot. Dicit Iaf.in d.§.alteri.col.5.in fin.quòd Bartol.in hac solutione cecidit ab excellentia sua: quia est inepta, rudis,& crassa. Vide per eum.Idem dic de eo, quod sequitur,ibi,sed pradicta nō faciunt &c.vbi idem inculcat.

Ad l. si quis pro eo. 56.

Sub num. 10.uerfi. isto casu videtur &c.} Scot. vnde per iuramentum impeditur cursus præscriptionis. Ang. Imo.Alex.l.nemo potest,col.pen.de leg.1.nisi centum annorum.text.cum glo.in Auth. vt de cætero, in fin.& d.l.nemo potest per eos. Ibi tamen vide, Iaf.2.Lect.nu.115.col.antep.

Num.12.Add.Sextò dixi, Sed contrarium tenet &c.} Scot. vide Alexan.suprà, in rubr. de verb. oblig.ad fi.

Verfi. l. nuda. cum simil.} Scot. addidi sup.ad lit.c. seu d. add.sextò dixi.

Sub nu. 15.uerfi.nisi sit defectus.Not. quòd iuramentum &c. uerfi.Bald.& in l.fi.&c.} Sco.Alex.in l.nemo potest. col.4.de leg.1.

Verfi.circa consensum.} Scot. Adde Bald.in l.1.col.3. C. commo.

De nouat. & delegat. *Tit.* 2.

Ad l. 1.

Sub num.3. do text. quem nescio alibi.} Scot. Hoc refert,& sequitur Alexan.in rubr.sup. de uerbor. obligatio. col.2.

Ad l. aliam. 89.

Add.legali dispositione,Vide qua not.&c.} Scot. & in l.1.§. si quis ita, ante fi.sup.de uerb. obl.

De solutio. & liberatio. *Tit.* 3.

Ad l.vero procuratori. 12.

Verfi.ista solutio est uerissima.} Sco.Quam sequitur Abb. in c.cum M.col.5.in prin.de const.

Ad l. vbi fideiussor. 24.

Scot.Glos.§.fi.l.1.ff.de condit.inst.reprobat cumulū.

Ad l.qui hominem. 34.

§. si socero. uerfi. certè nullus.} Scot. vide sup.l.uero procuratori.in princip.ubi gloss. & Bartol. eod.tit.ubi addidi.

Ad l.qui decem. 72.

§. Stichum. uerfi. respondeo non est incongruum, quòd ipso iure &c.} Scot. Sicut ipso iure, & officio iudicis. Bar. l.2.in fi.C.si aduers. transact.

De acceptilatio. *Tit.* 1.

Ad l.an inutilis. 8.

Verfi. vel inter absentes &c.} Scot. Hoc est contra gloss. & Doct.in l.iurisgentium,§.sed cum nulla. sup. de pact.vbi volunt stipulationem inter absentes valere in vim pacti nudi: & ibi agitur de contrahenda obligatione: hic de dissoluenda. Quare deberet magis valere.l.Arrianus.ff.de actio.& oblig.

Verfi.l.1.§ si quis ita.} Scot. vbi Alex.impugnat Bar.de sciente, vel non, cum peccatur in materia: quia semper valet,quare nunquam potest scire,uel nescire non valere.

Ad l. & per iusiurandum. 13.

Add.& per iusiurandum, Adde Bart.&c.} Scot.vide Bal.in rubr.ff.de iureiur.col.1.in fi.cum seq.

De prator. stipulatio. *Tit.* 5.

Ad l. Valerianus.alias, si præses. 10.

Add.Prasumebatur nouatio.Bart.idem tenet &c.} Scot. vide Bar.in l.ubi quis,in l.item illa,in fin. de constit. pecun.vbi intelligit demum per stipulationem fieri nouationem, non per alium contractum. vide Alexand.in rubr.suprà.de verbor. obligat. colum. secunda,in fine.vbi ponit limilationem ad Bartol. in hac l.

Iudicatum solui. *Tit.* 7.

Ad l.n.

Add.uerb.statim.Verbum statim significat &c.uerfi adde an fideiussor &c.} Scot. Alex.d.§.1.col. 2. cum seq. sup. de uerbo.oblig.

Sub num. 3.} meminit domin. Ioannis Fagioli de Piesis.

Rem rat. habe. *Tit. 8.*

Ad l. cum minor. 3.

§. *Falsus. Add falsus. De intellectu huius &c. uersi. & an appellando videar fateri &c.*} Scot. vide Ias. d. l. nemo potest. 2. lect. colu. 13. in fi. uersi. nec est verum assumptum Bar. &c.

Ad l. quo enim. 12.

§. *Rem habere. Addit. Probatio. Quid si litem incepisti &c. uersi. Adde quid si mandato reuocato patiar &c.*} Scot. vide Bartol. in l. Pomponius, in fine. suprà, de negot. gest.

Versi. & l. in sponsalibus. sup. de sponsal.} Scot. & quotiescunque facit dominus, quod facere non posset, nisi habita re rata, videtur habere ratum. sup. eo. l. procurator, vbi Bar.

Ad l. bonorum. 24.

Add. Scribi literis. & vide quòd &c. uersi. Barto. in l. 1. C. qui admit.} Scot. ibi Alex. col. 5. post med.

d. Add uersi. & ibi Imo. 17. col. 1. de usuc.} Scot. & ibi Ias. num. 130. uersi. Angel. hic. 4. col. &c. vsque ad nu. 137. col. 31. 32.

Scholia Fed. Scoti Iureconsf. &c. Ad Bart. in Lib. Quadragesimum septimum Dig.

De furtis. *Tit. 2.*

Ad l. fur est manifestus. 3.

Versi. idem dico, si aliquis deprehenditur in domo &c.} Scot. Hoc reprobatur per Abb. in cap. cum non ab homine, vbi Dec. num. 11. de iud. vbi quòd maximè in clerico.

Sub num. 6. uersi. quòd principium dicatur &c.} Scot. vide Galen. lib. 1. Proret. Hippocr. comment. 1.

Versi. iudicium diuiditur in tres partes.} Scot. Aliter Bald. in l. 1. de orig. iur. quem etiam vide in l. 1. colu. pen. ff. de re. diuis.

Ad l. is qui opem. 34.

Scot. Præstans opem ad euadendum, nõ dicitur præstare opem maleficio. Ang. in §. conceptum. Inst. de oblig. quæ ex delict.

Ad l. in furti. 51.

§. *Ope. nu. 7. Add. Quaro utrum. uersi. & in fi. illius §.*} Scot. & nu. 17. vbi contrari. eius quod hic.

Ad l. furtum. 64.

Add. 50. illud. No. ad intellectum &c. uersi. sicut ipse fur. l. &c.} Scot. vide Ang. de malef. uer. dicto maleficio semper astitit.

Versi. cum furem recipit, facit furtum, ideo &c.} Scot. Idem dici potest in casu. l. 1. C. de rapt. virg. quia donec retinetur rapta, rapina committitur.

Ad l. A Titio. 66.

Versi. nisi traditione facta.} Scot. vide Bar. in l. 1. de le. 1. col. 3. post prin.

Ad l. qui ea mente. 67.

Versi. Nam ibi loquitur in facto inualido, in quo &c.} Scot. vbi locus est poenitentiæ, videtur res inualida. Ergò contractus innominati penè sunt inutiles. Ita arguit Alciat. in rubr. de uerborum obligatio. q. 6. ampl. 2.

Col. ult. uersi. & non admittitur pœnitentia, ut hic, cum simil.} Scot. Nota quòd in casu l. 1. C. de grege domini. lib. 10. habet locum poenitentia, idest, in furto equi subtracti ex grege equorum, seu equitio Imper.

Si quis testa. lib. ess. ius. fue. &c. *Tit. 4.*

Ad l. 1.

§. *Non autem. Add. & per hoc dico. Hanc q. format &c. uersi. & an homicidium requirat dolum, si statutum dicat, quòd occidens &c.*} Scot. vide quod per doctrinam Bartol. decidit Socin. l. 1. in prin. colum. pen. in fi. de uerb. obligat.

Vi bono. rapto. *Tit. 8.*

Vers. Puto tamẽ, quòd si quis &c quatuor, uel quinque armati.} Scot. lege; Puto tamen quòd si quis &c. quatuor, vel quinque, argumẽto. Et aduerte, quòd summula. 5. quæ sic habet, Gens dicitur ex minori numero decem: & verificatur in quatuor. vel quinque, debet sic habere, Gentem quot homines faciant. Gens equitum dicitur, ex minori numero decem: & verificatur in quatuor, vel quinque. Summula & 2. quæ sic habet. Turba fit ex centum hominibus, debet habere, Turba fit ex decem hominib. Summula quoque ultima, quæ sic habet, statutum puniens coadunantem &c. quatuor, vel quinque; debet habere, statutum puniens coadunantem &c. quatuor, vel quinque homines equites. Vide de his tom. 2. meo. respons. li. 6. respons. 34. num. 25. & seq. ubi etiam ago de Cæpo. in l. Neratius, ff. de verb. signifi. qui uel habuit Bar. corruptum, vel ipse est corruptus: vel malè intellexit Bartol. vt eum reprehenderet.

De iniur. & famos. libel. *Tit. 10.*

Ad l. non solum. 11.

§. *Si mandato. nu. 12. add. semper teneatur. Sed Paul. &c. uersi. in contrarium videtur glos. §. ope &c.* Scot. Sed illa glo. loquitur in suadente, non in mandante. Vide oĩno Ale. in l. 1. §. nunciatio, col. 4. sup de ope. nou. nunc.

No. 17. Persuadere, & dare consilium, est opem præbere.} Scot. largè, non strictè. Bar. l. in furti, §. ope, de furt.

Ad l. Item apud. 15.

§. *Conuicium. uersi. Decretista tamen habent unum decretum &c. circumcirca ecclesiam.*} Scot. Adde q ecclesia maior habet 40. Textus sunt de istis in c. sicut antiquitus, & c. diffiniuit 17. q. 4. Vide Cæp. in l. neq. ff. de uerb. sign. ubi dicit priuilegium habere domũ epi: vt ibi per eum allegantem gl. not. in c. id constituimus. d. 17. q. 4. & dicentem, satis voluisse Inn. in c. inter alias; de immun. eccle.

Ad l. sed si vnius. 17.

§. *Seruus meus.*} Scot. vide Bar. in l. 1. §. sed & cum quis. sup. de ui, & vi arma.

Ad l. De iniuria. 45.

Versi. in glos. super uers. hypothecas.} Scot. Adde glos. l. si seruum, §. fi. sup. de uerb. obl.

De sepulchro violato. *Tit. 12.*

Ad l. prætor. 3.

Versi. sed quando debet applicari fisco, tunc dicitur pœna criminalis.}

nalis.} Scot. Idem Bart. supra de priua.delict.l.si quis actiones.nu.4.

De crimine stellionatus. *Tit.* 20.

Ad l. 1.

§ *Item si quis.*} Scot. Fœdè labitur Bart. hinc decisionẽ propositę, seu infrascriptę quæstionis eliciens. Ad notaui in Pandectis. Nec decisio subsistit. Hunc enim coercet lex Iulia de annona.l. annonam. supra de extraord. criminib.l.2.supra ad leg. Iuliã de anno. Pars extrema sustineri pôt, qua vni imponitur alio in negocio, quàm annona væna li publica, vt si vestem, domum, gẽmam, sit quis emptu rus: & alius fingat emere se velle, præciumque simul augeat, vt ille carius emat. Nam coercebit hominem stellionatus, siue peccarit quadam peruersitate, siuè quod ipsum vẽditor subiecerit, verb. vel collusionem.

De termino moto. *Tit.* 21.

Ad l.lege agraria.3.

Sub nu.3.vers.Fallit si in lege aliter exprimeretur.} Sco. Adde, nisi aliter. Bart.in l.omnes popul.col.19.nu.55. uers. secundo casu talis &c. ibi, illud ideò, quia lex &c. de iust. & iur. & l. quod Nerua, col.2.vers. dic quòd ille, §.non autem procedit &c.ff.depos. in repet. Dec.l.1.2.lectu.col.9.in ti.C.qui admit.c. de appellationibus, col.2.casu.3.de appellatio.

Vers.& 10.colla.quæ sint rega.c.1.} Scot. Vide de hac materia Dec.post alios, extra de iudic.in rubr. lect.2.

Scholia Fed.Scoti Iureconsulti. Ad Bar.in Lib.Quadragesimum Octauum. Dig.

De public.iudicijs. *Tit.* 1.

Ad l.is qui reus.

Sub nu.3.Seu col.4.vers.& de hoc est text.in l.adulterij accusatione, C.de adulter.} Scot. Quem text.nescijt, cum legeret hanc l. sed postea addidit, vt ipsemet ait in d.l.adulterij, in vlt.verb.

Ad l.Infamem.7.

Add.item quæro, de hac q. &c. vers.glos.in c.cum P.de accus.} Scot. Abb.in rubr.de iudic.col.fin.

De accusat.& inscript. *Tit.* 2.

Ad l certis.2.

§. *pupillis. Add. & istam opinionem. Sed forte hoc non puto verum, quia interpretatio semper fit contra libellãtem &c.*} Scot. Contrarium per Bart.l. seq.in princ.col.vlt. vers.cum ergò verba libelli &c. Et no. fatuum dictum Barb. sed ait hoc non puto verum.

Ad l.libellorum.3.

Col.vlt. Add. debeant intelligi &c. & sic no &c. vers. Vide Alex.in d.l.diuortio.reprehendentem Roma.} Scot. Idem quod Roma.quem tamen non allegat, tenet Barbat. supra in add.l. præced. vers. & istam opinionem.

Ad l.leuia.6.

Vers.vt l.2.supra tit.1.} Sco.c.non afferamus.24.q.1.

Vers. Nam quandoque in priuatis delictis homo suspenditur, vt pro furto l.capitalium.§.famosos.infra de pæn.} Scot. Sed ibi loquitur de famosis latronibus, & uiarum infessoribus. Vide tamen text.in §.si quis quinque solidos, de pac.ten.& eius violat.

Nu.12.vers.ego sic practicabam.} Scot. Fortè non benẽ inquit Lanfr. Orian.in clem.sæpè, verb.de plano, nu.11.de verb.signif.quia requirit libellus, & sententia, vt ibi per eum.

Ad l.Titia.aliàs, cum Titia.18.

Add.quæro an sententia. Adde quòd glos.&c.vers. Adde an sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, propter libellum malè conceptum, vel eo quia non probatum, sit interlocutoria, vel definitiua &c.} Sco. vide Ias. in repet.l.admonendi, nu.8.infra iureiur.

Ad leg.Iuliam maiesta. *Tit.* 4.

Ad l.non contrahit.5.

Scot. Hęc potius decidenda sunt ex legibus de sacrilegio siue peculatu. Vide text.in l. lege Iulia, in princ. Et vers. sed & si donatum. infra ad leg. Iul. pecul.& §.sacræ res. Instit.de re.diuis. & hoc quo ad secundum dictum Bart.hic: apud quem in primo dicto malè legitur, vel ecclesiam. Debet enim legi, vel imaginem. Artifex namque nec facit, nec reficit ecclesiam.

Ad leg.Iul.de adult.& stupr. *Tit.* 5.

Ad l.si maritus.4.

§.*si ante extraneus.uers.ceßet inquisitio.*} Scot. Vide Bald. l.1.§.initio.de offic.præfec.vigil.

Ad l.si marinis.15.

§.*Legis Iuliæ.ver.sed habet locum tantum in veris iuribus &c.*} Scot. Vide Alex.in l.3.§.fi.supra, de op.no.nunc.

Ad l.Denunciasse.17.

§.*Quid sĩ, sub n.3.ver.in contrarium probatur sic: duo rei &c.*} Scot. Vide Ias.l.1. §.si quis simpliciter. nu.4. de verbo.oblig.ad quem addidi.

Vers.& istud facit videri rem diuersam.} Scot.l.1.§. diem. supra de eden.

Vers. qui alia res est.} Scot. Facit quod dicit Bald.in l. quid ergò. §. ait prætor. per illum text.supra de ijs qui not.infam. Vide omnino Bart.in l.is qui reus, col.pen.supra de publ.iudic.

Ad l. si postulauerit.27.

§.*Quæstioni.vers.quia dẽt intelligi, hoc est.examinationi &c.*} Scot. vide Bart. in Auth. de testi.in §. quoniam vero, in fi.

Ad l.si adulterium.38.

Nu.5.quæro quid releuat de vtrobiq; teneri si enim est æqualis pœna &c.} Scot. Non in stupro, & incæstu. Nam stuprum non est capitale, nisi in puero, §.item lex Iulia. Instit.de public.iudic. sed in hoc casu non contingit incæstus.

Vers.item si sequatur condemnatoria, prodest in hoc, quia secundum tempora hæc, non erat poena capitis, sed minor: vt not. &c.} Scot. Nihil est, si erat æqualis pœna. Esset aliquid, si pœna fuisset inæqualis: & vtraque citra mortem, vel saltem vna. Fortè quando di-

cit, minor, intelligit de reiterabili. arg. sup. vers. cũ semel tantum.

Versi. etiam sciri propter statuto.] Scot. Malè loquitur, sicut dixi tom. 2. Respons. lib. 4. respons. 22. nu. 15.

Ad l. Cornel. de sicar. & venef. &c. Tit. 8.

Ad l. si in rixa. 17.

Col. 3. Add. Sed hinc insurgit dubium. Ad hoc vide Alex. cons. 15. in 1. vol.] Scot. vbi tenet contra Bartol. sed Alciat. sequitur Bar. in l. qui Romæ. §. fin. uerb. quasi de hoc.

Ad l. Pompe. de parricid. Tit. 9.

Ad l. 1.

Add. ac si dedisset sed contra Bart. &c.] Sco. Pro sententia Bar. facit Chrysostomus de compũctio. cuius hęc sunt verba. Si se mulier decorauerit: & ad se homi num visus prouocauerit, extremam vindictã sustinebit: etiam si nullam plagam intulerit. Venenũ enim obtulit: & si nullus fuerit, qui biberit, inuentus. Refert Hieronymus Tergul. in q. de ornatu mu lierum.

Ad l. diuus. 5.

Versi. Idem puto si pater committerat &c. quod perdet ius &c. uersi. & filius patrem occidens, non tenetur &c.] Scot. Si potest probare. Secus si non potest. Pro quo est text. in clem. de hæreti. facit Cice. Philipp. 2. uersi. quid est minus non dico &c. Nicocles apud Isocratem dicit, se puniuisse occultantes hoc crimen proditionis, & conspirationis, pari pœna cum patratoribus. Tu illum videto, & vt huc spectet, perpendito.

Ad l. vtrum. 6.

Nu. 3. quia de sola scientia quis non debet puniri &c.] Scot. quæ sit sola, seu nuda scientia, vide l. 1. §. si is cui, uerb. scientiam solam, & nudam, ubi gloss. sup. de exercit. actio.

Vers. ut l. 1. §. seruus &c.] Scot. vide gloss. §. occisorum, uerb. conscij, d. l. 1. Sed aduerte, quòd iurisconsultus adijcit, & fautores. Tamen in correctis legitur, vel fautores.

Versi. licèt videatur fieri uiolentia illi litera.] Scot. ergò malè &c.

Add. ciuitatis suæ. No. quòd sciens proditiones concitantes &c. versi. videtur tamen quòd pater non tenetur reuelare filium &c.] Scot. videtur contra Cicer. libro 3. de officijs.

Ad leg. Cornel. de fals. &c. Tit. 10.

Ad l. falsi nominis. 13.

Add. de ista mutatione nominis vide &c.] Scot. Abb. in procem. Gregor. Bart. in §. nos uerò, in procem. ff. ubi addidi.

Ad l. eos qui. 27.

Sub num. 9. uersi. ult. Tunc enim habet locum hæc lex.] Scot tamen quando non est euidens contrarietas in eo dem teste, reducitur ad concordiam. Alex. consi. 105. col. pen. ad fi. lib. 2.

Ad Senatuscon. Turpil. &c. Tit. 16.

Ad l. in Senatus. 15.

§. *Quamquam, uersi. per viginti annos.*] Scot. lege, per decem annos, vt congruat se quentibus.

Ad l. Domitianus. 16.

Versi. Ego dicebam, videtur quòd nob. per casum huius l. &c.] Scot. vide Bart. in l. si is qui pro emptore, colu. 15. nu. 50. & seq. sup. de vsucap.

De quæstionibus. Tit. 18.

Ad l. repeti. 16.

§. *Is qui. uersi. ex prædictis dico, quòd fures possunt interrogari de socijs &c.*] Scot. Reprobatur per Marsil. consi. 22. num. 15. Ang. tamen in tracta. de malef. uersic. quòd fama publica, nu. 5. & nu. 106. ubi August. dicit quòd assessores hodie communiter obseruant doctrinam Bar. hic.

Ad l. qui fine. 22.

Sub num. 5. uersi. item quòd illa res subtracta cedebat ad commodum suum.] Scot. vide text. in l. 2. §. si autem necesse non sit, vbi Alber. sup. ne quid in loc. publ. vide Alciat. in l. 1. in prin. ff. de uerb. obl.

De pœnis. Tit. 19.

Ad l. Relegati. 4.

Versi. si aliquis est damnatus &c. & ipse aufugit, quòd peccat.] Scot. vide Dec. in cap. quoniam contra, col. 14. in prin. de probat.

Sub num. 4. causa iusta, est voluntas principis.] Scot. & glos. hic. Intellige tamen in ijs, quæ sunt iuris positiui. Dec. in c. 1. quæ in ecclesiarum, colum. pen. nu. 29. de constit.

Scholia Fed. Scoti Iureconf. &c. Ad Bar. in Lib. Quadragesimum nonum Dig.

De appellatio. & relatio. Tit. 1.

Ad l. 1.

Versi. sed hæc diffinitio est contra casum d. §. fi. Nam ibi dicitur quòd effectus appellationis &c.] Scot. Nota diffinitionem ab effectu fieri non debere. vide tamen textum in leg. tertia. & ibi Castrens. suprà de vsucapio.

§. *Quæsitum est, sub num. 4. uersi. non dicitur quòd esset lata sententia.*] Scot. Immo dicit etiam bis.

Ad l. si per lusorio. 14.

Scot. Bart. non intellexit uerba legis: idcoque fertur in abruptum.

De appellatio. recip. uel non. Tit. 5.

Ad l. si res. 7.

Col. 3. uersi. sed alij qui læderentur, appellare possunt.] Scot. Idem Roman. in l. si ab arbitro, §. quod si medio. supra, qui satisdat. cogan. & consilio 261. Iason lege, nemo potest, Lectu. secunda columna duodecima num. 82.

Nil noua appell. pend. Tit. 12.

Ad l. 1.

Num 9. uersi. quaero. elapso in hac q. &c. } Scot. per Pau. de Castro, d. l. a diuo. §. si super rebus. vbi add.

De iure fisci. Tit. 14.

Ad l. res quae. 22.

§. *Res autem. Add summariam cognitionem. Not. de verb. statim. sed Rom. contra &c. Paul. de Castro &c. tenet idem, quod Barr. hic, & idem tenet Salyc. simpliciter &c.* } Scot. & sequitur Alex. d. l. 1. §. 1. de uerb. obl. ad si. dicens Romani rationes tolli per not. per Barto. in l. pen. C. de conuen. fisci debito. libro decimo, vt ibi per eum.

Ad l. Moschis. 47.

Versi. licet quandoque quilibet possessor &c. } Scot. vbi non subesset eius pignori. Bartol. dicta, lege creditoris, in fi.

Ad l. Valerius. 50.

§. *Triphonino. Add. sed contra hoc. No. bene &c. uersi. uide etiam in l.* } Scot. lege, vide etiam Bald. in l.

Versi. non places. quia text. } Scot. Hoc falsum est.

Versi. & ideo dic, quod quando venditur &c. } Scot. Male refert Bald. in l. fructus, vt inf. in apostill. ad verbum, in re. Male Alexan. consi. 28. nu. 2. lib. 1. Male Castrens. in d. §. si fructibus. Male Bald. l. 1. nu. 19. C. de usu. & fructib. legat.

Versi. pro futuro debent esse emptoris, ut d. l. Iulianus, §. si fructibus. &c. } Scot. Non video, quod hic §. si fructibus, hoc dicat, vt infra apostil.

Versi. quandoque in re sunt fructus &c. } Scot. Addenda est negatiua, & sic legendum, quandoque in re non sunt fructus &c. Aliàs non loqueretur in terminis huius §. quem tamen allegat, nec solueret quaestionem Dyni. Sed tamen Bald. videtur legisse sine, non. in l. fructus. col. 2. uersi. aut sunt quasi pendentes &c. C. de actio. Sed malè per praedicta. Qui etiam malè retulit Bart. dicens eum asseruisse pro rata diuidendam pensionem. Quod ipse non dicit: immo sentit ad locatorem pertinere, per §. si fructibus, quem allegat. Per quem est verū, quòd videtur loqui de pensione pro fructibus pendentibus. Et si posset saluari Baldus legens sine negatiua. Sed rationes suprascriptae contra eum sunt efficaciores. Nec §. si fructibus, uersi. sed si locatus, distinguit circa hoc: & potest intelligi de pensionibus soluendis tam pro fructibus pendentibus, quàm pro fructibus perceptis: ita quòd parificat pensiones vtcunque debendas cū fructib. pendentibus. Sed dic melius, quòd debet intelligi de pensionibus pro fructibus perceptis. Nam pendentes fructus consequeretur tanquam extincta locatione. l. emptorem, C. de locat. & tanquam partem rei. vt sup. per Bar. Praetereà quòd legendum sit, cum negatione, patet: quia aliàs fructus pendentes cederent fundo, vt sup. dicit, cuius etsi cereq; ius conductoris, praeterquam huius, cui emptor stare tenetur, vt fiscalis. sup. uersi. Fallit in fisco &c. vbi apparet quòd loquitur de fructibus pendentibus fundi locati. Vide superius eundem casum repeteret.

De capti. & postlimi. reuer. Tit. 15.

Ad l. in bello. 12.

§. *Medio tempore. uersi. No rationem de iure ciuili, quare filius fam. &c.* } Scot. Bartoli ratione stat text. in §. sed si quis, Instit. de adop. Consensus filij necessarius est, quoties auus aliquem tanquam ex filio sibi nepotem velit adoptare, ne ei inuito suus haeres agnascatur.

Scholia Fed. Scoti Iureconsf. &c. Ad Bar. in Librum Quinquagesimum Digest.

Ad municip. & de incol. Tit. 1.

Ad l. Lucius. 21.

§. *Idem respondi. uersi. sed quando pater mittit filium ad studium non est obligatus pater &c.* } Scot. immo: quia capit, & videtur mentem suam declarasse: & subest destinatio, & est publicè utile: & verisimile in patre: & dedecus filio, si nō cōpleret, iuxta illud Oui.

Quid vè domum fertis decimo nisi dedecus anno?

& illud Homeri,

Turpe etenim mansisse diu: vacuosque reuerti:

Limitarem haec tribus modis: videlicet, Primò, quando filius satis posset de sua parte honestè se manutenere, vt non grauarentur alij fratres. Secūdo, quando certum esset, quòd pater cum misisset ad studium ad quoddam tempus, vt sciret melius facta sua, vel fieret procurator, & similia, non vt cōpleret studium ad Doctoratū: vt noui aliquos, missos ad studium. Facit Pract. Pap. in prooem. suae practicae. Tertiò, si semel deseruisset studiū: & vellet reuerti, prout fama est fecisse Ias. quem dicunt vix potuisse impetrare a patre, vt iterum mitteretur ad studium, quantumuis polliceretur patrimaria, & montes circa studendum, & proficiendum.

De albo scribendo. Tit. 3.

Ad l. 1.

Versi. Quando uniuersitas, uel collegium non habet rectorem, quòd ille qui est antiquior in collegio &c. } Scot. Facit Exo. c. 24. vbi absente Mose, iudicant seniores.

De muneribus, & honoribus. Tit. 4.

Ad l. rescripto. 6.

§. *Sciendum, uersi. hoc est onus domus.* } Scot. Ergò qui non habet, non tenetur.

Versi. Nec etiam forensibus, ut hic. } Scot. vide Dec. in cap. ecclesia, col. 8. & quae ad eum notaui, de constitut. Adde quòd rei, quae traditur ecclesiae, potest imponi onus collectae. Dec. allegans Inn. in cap. cum accessissent, nu. 11. uersi. & quod ibi Inn. de const. Allegat etiam Bal. in l. neminem. C. de sacros. eccles. uersi. extra glossas.

Versi. sed pro ijs, quae non sunt quasita ecclesijs, uel clericis, possunt fieri statuta talia, quòd etiam si &c. } Scot. vide Bal. consi. 246. antiqua &c. libro tertio. & ad comprobandam Perusinorum cautelam hic positam

vide Abb. in c.non minus, col. 5. post nu. 16. de immunit.ecclesf.vbi dicit, possessiones ecclesię nō teneri ad felicem embolam in aduentu principis, ex quo a principio eas princeps ad hoc onus non obligauit. Ergò si hoc fecisset a principio, ipsę possessiones trāsiuissent in ecclesiam cum onere suo. Pro hoc vide eundē col. 7. vers. dicunt enim q̄ bona ecclesiæ &c. Facit pro ista cautela Auth. sicut C. de sacrosf. ecclesf. vbi probatur, q̄ si possessio fiscabilibus onerata daretur ecclesiæ, remaneret onerata. Vide eundem Abb. improbantē dicta Bart. in c. fi. de vit. & honest. cleric. & vide Dec. in c. ecclesia, ante nu. 53. de constit. Sequitur tamen Abbas Bar. in consf. 26. lib. 1. & in c. de terris. sub nu. 3. de decim. quem Bart. vide etiam in l. placet. de sacros. eccles. vbi de cautela Perusinorum, & Eugubinorum.

Vers. ad onera soluenda ciuitatis.} Scot. Facit c. suggestum. extra de decim. Vide Doct. in l. filiusf. §. diui. de leg. 1. vbi tractant de statuto, ne alienetur in non subditos seu clericos, seu sæculares.

De legationib. Tit. 7.

Ad l. Paulus 8.

§. Paulus. vers. tene menti.} Scot. Vide de hoc articulo Barbat. in rubr. de fi. instru. extra, in 2. col. & Soci. l. 1. col. 2. de verbo. oblig. de scribente, vel loquente.

De administr. re. ad ciuit. pertinent. Tit. 8.

Ad l. legatam. 4.

Vers. & infra tit. 2. l. vlt.} Scot. vide c. quia contingit, & add. Fonta. ibi, de relig. domib. & l. legatum, supra de vsufr. lega.

De decretis ab ordi. faciendis. Tit. 9.

Ad l. Ambitio sa. 4.

Nu. 19. vers. respondeo, hoc quod dico &c.} Sco. Vide Bart. in 1. constit. C. nu. 5. col. 2.

Sub nu. 27. Add. sit credendum. Ad hoc facit &c.} Sco. Vide not. per Alex. & Ias. l. 1. supra de offic. eius. de necessaria absentia, an credatur iudici. Dec. col. antepen. in fi. & seq. in c. quæ in ecclesiarum, de constit. Bart. in l. diui. vbi add. supra de adimen. lega.

Nu. 34. Add. an autem. An statutum concedet. &c. vers. §. si quis simpliciter, de verbo. oblig.} Sco. vbi Alex. col. pen. vbi dicit, quòd quando non alteratur iurisdictio, sed extenditur ad personas, contra quas commissio facta iudici, vel officiali non militabat, dicitur ordinaria potestas, non delegata. Casus est in ca. cum aliquibus. hic per Bart. ad aliud allegato. Licèt sit pro primo eius dicto in præsenti. q. vt ibi per eum. Tamen adhuc non video terminos Bar. ibi, & Socini pares.

De operib. public. Titul. 10.

Ad l. pecuniam. 7.

Vers. No argumentum pro Episcopo &c. cum multa sunt monasteria &c.} Scot. Vide l. legatum supra tit. 2.

De varijs, & extraord. cognitio. &c. Tit. 13.

Ad l. 1.

§. si cui, vers. ibi causa, vel capitulum.} Scot. Vide ead. l. §. His, de præscr. vers. alijs vel capitulis; vel litis membris.

De verb. & re. signif. Tit. 16.

Ad l. illa verba. 68.

Vers. tamen videtur contra istam Libi dictam.} Sco. vide Bart. determinantem, quòd sic in l. si quis arbitratu. nu. 12. supra de verb. oblig. vbi Alex. soluit contrarietatem resultātem ex hac l. vt ibi per eum, col. pen.

Ad l. liberorum. 220.

Sub nu. 5. vers. ratio quia &c.} Scot. Hoc impugnāt Alex. post Imo. in d. §. instituens. col. pen.

Sub nu. 16. vers. quandoque filia excludatur &c.} Scot. vide Alex. l. pactum, col. 3. de collatio.

Sub nu. 17. vers. eo casu appellatione nepotis &c.} Scot. Vide Bart. l. 3. §. 1. de postul. & ibi text.

Finis Scholiorum Fed. Scoti. Iureconf. Ad Bart. in Digest.

Scholia Fed. Scoti Iureconf. &c. Ad Bart. in Librum Primum Codicis.

De no. Cod. facien.

Ad l. 1.

Add. pro concordia. Aduerte quòd Bart. &c. vers. vbi se remittit ad not. per eum in l. nemo potest. ff. de leg. 1.} Scot. vbi vide Ias. 2. lectu. col. 14. circ. med.

De sum. trinit. & fid. cathol. Tit. 1.

Ad l. 1.

Sub nu. 29. vers. & tunc aut redundaret, contra ea, quæ sunt concessa &c.} Scot. Hic. difficilius reuocatur priuilegiū, quàm ius commune, contra l. eius militis, §. militia missus, de milita. testa. & hoc, quia oriuntur ex diuersis fontibus. Simile contra regulam d. §. militia missus. in Auth. hoc inter liberos, & ibi Ias. infra de testa. contrarium tamen in casu Bart. videtur velle Alex. in l. filiusf. §. diui. col. 5. de lega. 1. contra Bart. etiam ibi. arg. d. §. militia missus.

Sub. nu. 41. vers. vbi legitimatio facta per Papam, non trahitur ad ea, quæ non sunt &c.} Scot. oppositum sentit Bart. consf. 75. in fi. Sed distinguendum, aut nemini fit præiudicium, vt si pater consenserit: aut contra, si nemini, & habet locum Bart. respōs. d. cōs. 75. aut contra, tunc locum habet quod hic dicitur. Vide Ang. consf. 350. Alciat. in l. si is qui pro empto. de vsucap. in fictio. indu.

De sacros. ecclesf. Tit. 2.

Ad l. 1. in lect. 2. seu repet.

Col. 2. add. Pro intellectu istorum. Et posset substineri &c.} Sco. facit fundamentum hic.

Add.

Add. iuris ciuilis. Vide Panormit. &c.} Scot. vide Bartol. in l. eam quam. C. de fideicomm. col. 3. in prin. uersi. pro hoc etiam.

Sub num. 37. uersi. nam omnes morimur &c.} Scot. 2. Reg. c. 14. omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. Facit Psal. 57.

Ad l. ad instructiones. 7.

Add. Quærit glo. Vide Panormit. &c.} Scot. vide Dec. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 24. uersi. hic etiam, de constit.

Ad l. priuilegia. 12.

Versi. eleemosynæ debitę, seu consueta dari pauperibus, debent dari perpetuo.} Scot. vide quod addidi ex Decio, & Paulo.

Add. videtur quòd non. No. quòd statutum. uersi. Sed Cyn. tenet contra Bart hic.} Scot. vide Dec. in c. ecclesia sanctę Marię, col. 21. de const. & Castrens. hic tenet contra Bart. Dec. autem distinguit, vt ibi per eum, post med. d. col. 21.

Ad l. iubemus. 14.

§. Sanè si hæc. nu. 12. quando lex imponit pœnam amissionis &c. Scot. vide Bartol. in l. Mæuius, §. duorum, col. fi. de leg. 1.

Ad Auth. quibuscunque.

Add. & prælatis. & facit, an prælati &c. uersi. vide Fed. consi. 210.} Scot. vide Abb. d. ca. vt super. allegat autem consi. 24.

De episc. aud. &c. *Tit.* 4.

Ad l. si clericus. 2.

Versi. No. quòd ante sententiam diffinitiuam &c.} Scot. cõtra de c. si quis iudicem, 2. q. 6.

De ijs qui ad ecclesias confugiunt. &c. *Tit.* 12.

Ad l. si seruus. 3.

Versi. arg. huius l.} Scot. Facit quod de Hala dicit Sabellic. interfectore Melij tom. 1. pag. 376. seu Ennea. 3. lib. 5.

De legib. & constit. *Tit.* 14.

Ad l. 1.

Versi. debet seruare æquitate &c.} Scot. Bart. de conscientia, l. vn. inf. vt quæ des. aduoc. par. in fi. inf. de iud. l. placuit.

Ad l. non dubium. 5.

Versi. licet ultra non procedat, illud quod fit contra legem, est nullum.} Scot. vide quod addidi inf. hac l. col. pen. in princ.

Sub num. 21. uers. quandoque vltra non procedit &c. ut hac l.} Sco. gl. 1. uers. nisi dicere velis &c. quia sufficit &c. in c. licet canon, de elect. in 6. & ibi Domi. allegãs etiam similem gloss. in clement. 1. de iur. patron. & adnotat Fontan. vide suprà. hac lege, secundo notab.

De iur. & fac. ignor. *Tit.* 18.

Versi. & istud continet etiam diuinationem.} Sco. vide Alex. l. qui se patris; col. 3. ad fi. C. un. lib. & Bar. d. l. filij, l. cum falsa, sub num. 6. uersi. & l. si aliquam rem: de acquir. posses. vbi vide Bart. contra fallent. seq. cũ titulus est fictus, & ficta traditio.

De precib. Imper. offeren. *Tit.* 19.

Ad l. vniuersa. 4.

Add. quandoque lex iubet &c. uersi. allegat casum singularem, quod non. Quod nota.} Scot. Doctrinam Bartoli hic, dicit approbatam Ias. in l. nemo potest. Lectur. 2. num. 26. de leg. 1.

Scholia Fed. Scoti Iureconsf. &c. Ad Bart. in Librum secundum Codicis.

De edendo. *Tit.* 1.

Ad l. si apud quem. 2.

Lect. 1. sub num. 12. uersi. ista enim sunt publica instrumenta.} Scot. vide num dici possint appellari publica? & verum est si apud omnes faciant fidem: aliàs secus Alexan. hic in princ. cui adde Dec. hic.

De in ius vocando. *Tit.* 2.

Rubr. Add. rubr. quod intellige &c.} Scot. vide l. libertus 2. & ibi add. ff. eo.

De pactis. *Tit.* 3.

Ad l. petens. 27.

Lectu. 1. col. 2. uersi. & l. uerum, §. si filio. ff. pro soc. Add. in uersi. contra illud &c.} Scot. & Ias. hic allegat d. l. si verò non remunerandi, d. §. si filio.

Versi. esset enim quædam repugnantia, quod actio mea non daretur contra me ipsum.} Scot. vide Bart. in l. fina. colu. 2. uersi. eadem ratione dico, ff. de cond. ob caus. cum uersi. præced.

Col. ult. uersi. fuisse celebratum, vt dictum est.} Scot. vide Bart. in l. si is qui pro emptore. colu. 14. num. 46. ff. de usuc.

Ad l. ult. 30.

Lect. 1. col. 2. Add. statutum. Adde an valeat tale statutum &c. Scot. vide in l. filiusfam. §. diui, de leg. 1.

Sub num. 6. uersi. arg. pro hoc, l. seruum testamento.} Scot. lege, arg. pro hoc, l. stichus seruus meus.

De transactio. *Tit.* 2.

Ad l. actione. 4.

Lect. uersi. non tamen posses cogi. Bar.} Scot. vide text. in lege, si sterilis, §. si tibi, ff. de act. empt.

Ad l. cum mota. 6.

Lect. 1. colum. 3. Add. super aliquo contractu. Et quòd stipulatio &c.} Scot. Alex. in rubr. ff. de uerbor. oblig. in fi. ubi Soci. per 6. col. Ias. per. 3.

Ad l. vt responsum. 15.

Lectur. 1. uersi. ut a quodam aduocato: tunc potest turpiter.} Scot. Facit lex secunda, §. Seruius autem. ff. de origine iuris.

Ad l. causas. 16.

Lect. 1. uersi. cum sit nomen generale ante, & post.} Scot. cap. forus, de verb. signifi. uersi. causa a casu &c. quæ dũ proponitur &c. Vide Dec. rubr. de iud. extra, Lect. 1. col. 4. vbi etiam allegat se in hac l. causas. Licet in libris impressis non habeatur lectura huius l. in commentarijs Decij.

Ad l. non minorem. 20.

Versi. quæro, an quando sit de nocte &c.} Scot. Per hæc contra quandam electionem factam de nocte sine luminaribus, consuluit Rip. lib. 2. Respons. c. 14.

De aduocat. diuers. iudic. Tit. 7.

Ad l. 1.

Lect. . uersi. falsas allegationes corruptus fecerit.} Scot. secus si tacuerit dicendas: vt per Bar. l. 1. col. 2. in fi. cum seq. inf. de satisfd. considera. c. 1. de fals. & l. 1. uerb. uel non dicendum. ff. de fals.

De errore aduoca. Tit. 10.

Ad l. 1.

Lect. 1. uersi & l. diem, §. coram de arbitr. &c.} Scot. Facit l. 1. in fi. uerb. ff. de auto. tuto.

Vt quæ des. aduoc. part. iud suppl. Tit. 11.

Ad l. 1.

Lect. 1. uersi. sed si esset iudex sup legem, vt Papa &c. secundum conscientiam suam.} Scot. In æquitate quid agendũ, Bar. sup. l. 1. de leg. l. placuit, inf. de iud.

De procurat. Tit. 13.

Ad l. exigendi. 12.

Add. glos. in l. tuto. No. bene istam glos. & c. uersi. sed idem Bart. tenet contra &c.] Scot. Hoc falsum est, cum Bart. in d. l. minor, loquatur de procuratore minore dato ad agendum: quia sup. dixerat secundum materiam d. l. de procuratore ad defendendum. Et caue, quia apud Bar. legitur corrupte, minoris, pro minorem. Et vide gl. quam allegat, vt cognoscas mendum.

Versi. & hoc tangit Iac. de Are. & Cyn.} Scot. item quod admittatur, tenet Bar. in l. sed & hæc in princ. ff. eo. vbi Bald. tenet, quod Bar. hic.

Si aduers. liberta. Tit. 31.

Ad l. 1.

Add. certè non. Paul. de Castr. tenet contrarium &c.} Scot. vide Paulum, & alios in l. 1. §. si quis ita, de verb. oblig. & aduerte, quòd in c. 3. de eo qui mitt. in possessio. est tex. q illa verba, decreuerunt inducendum, habent in se executionem, vt videatur inductus, contra Bar. & alios, in d. §. si quis ita.

Si minor se ab heredit. abstin. Tit. 38.

Ver pro hoc optime facit l. ff. ad Trebel. l. Scæuola, secundũ unam lecturam &c.} Scot. lege, Pro hoc facit optimè l. inf. ad Trebel. l. penul. §. cum autem. secundum vnam Lecturam.

In quib. caus. in integr. restit. non est necess. Tit. 41.

Ad l. sancimus. 5.

Col. 3. uersi. dic secund. Iac. de Aren. quòd rei minoris &c.} Sco. vide Alex. in l. filiusfa. §. diui, colum. 8. circ. med. de leg. 1. & Ias. ibi Lect. 2. col. pen. Abb. c. cum non liceat, col. 4. de præscript.

Quib. ex cau. malo. in integr. restituan. Tit. 54.

Ad l. respublica. 4.

Versi. Non enim est aliud mens legis, quàm ratio &c.} Scot. Mens legis eadem cum legis ratione. Sed videtur sentire Bart. hæc inter se discrepare. l. 3. §. fin. ff. de legit. tuto. vt scribit Dec. l. 1. C. de eden. q. de feneratrice muliere: uersi. Et istam differentiã inter.

De recept. arbitr. Tit. 56.

Ad l. cum antea. 5.

Col. 2. uersi. Nisi esset dictum rato &c.} Scot. Contrarium tenuit Alex. post Imo. l. nemo potest, colu. 5. & seq. ff. de leg. 1. ubi Bart. idem tenuit quod hic, & in l. si duo. ff. de arbitr. in l. ait prætor, ff. de re iud. Et hoc de iure ciuili: secus de iure canonico: vt per Alex. loco sup. allegato.

Ad l. sancimus. 6.

Versi. Mulieres non possunt arbitrium &c.} Scot. At mulier potest esse arbitratrix. No. Bart. in l. multis, ff. de sta. homi.

De satisdando. Tit. 57.

Sub num. 8. Add. Imputandum. vide Bar. &c.} Sco. & Alex. col. 5. nu. 20.

Sub num. 12. Add. intellig. uide quæ dixi post Bart. in l. &c.} Sco. vide sup. l. 1. ad aduoc. diuers. iudic.

De iureiur. propt. calumn. dan. Tit. 59.

Ad Auth. In isto.

§. Quod obseruari. sub num. 18. uersi. probatur hoc, de lit. contest. c. 1. &c.} Scot. Melius in clem. sæpe, de verb. signifi.

Scholia Fed. Scoti Iureconsf. &c. Ad Bar. in Librum Tertium Codicis.

De iudicijs. Tit. 1.

Ad l. a iudice. 5.

Versi. Ratio, quia delegatus est de conscientia legis.} Sco. idest, quia lex multũ confidit ei. Bar. l. nec quicquã. §. vbi decretum, col. 2. in fi. de offic. Procons. & legã.

Ad l. placuit. 8.

Versi. in l. 1. sup. de legi.} Scot. Barto. sup. vt quæ des. aduoc. in fi.

Ad

Ad l.sancimus. 14.

Vers.unde de Loth.dicebat,quòd non poterat &c. } Scot. Facit glo.verb. fingatur, & gl.fi.in fi.c.2.hoc tit.in 6.

Qui pro sua iurisd. *Tit.* 4.

Ad l. 1.

Vers.ad hoc ut sententia lata per delegatum valeat.sufficis &c. } Scot. Hæc sunt verba gl.in l.eum qui.gl.1.ff.de iurisd.omn.iud.quam sequitur Alex.& Ias.ibi.

Vers.solu.quidam habent hic ad reos &c. } Scot. Paulus hic ait in d.l.1.in fin.ff. quis, & a quo.tractari de vicario,cuius est idem tribunal cum eo,cuius uicem gerit. Et ideo a se appellaret ad se. Facit quod dicit Bart.in l.petens.lect.1.sub num.1.uers. esset enim quædam repugnantia &c.ubi addidi. supra, de pactis.

De ordin. iudic. *Tit.* 8.

Ad l. 1.

Sub num. 3. uers.& d.l.2.infra de ord. cognit. } Scot. Et l. quod in diem.§.1.de compens.

Sub num.8.uers.Aut opponitur ad insficiam causa,& tunc sem per &c. } Scot. videtur ergò idem operari,pronunciet,vel non pronunciet. Sed non videtur verum, propter distinctionem præiudicij, de qua supra, ver.breuiter ergo &c.ibi,si verò fuit cognitum &c.

De lit.contest. *Tit.* 9.

Vers.protestatio,uel actionis &c. } Scot.Lege,postulatio, vel actionis &c.

Sub num. 5. uers.debere enim,est obligatum esse,& est iuris. } Scot. vide tu text.in l.nec seruus.de pecul.

Sub num.16.uers.puto quod glo.nostra.uerum dicat. } Scot. Concordat glo.d.c.cum M.uerb. sine præiudicio. uers.2.

Vers. quando est circa diuersa non dicuntur contraria. } Scot. Sequitur Abb.cap.1.col.7.uers.& ad id quod dicitur &c. de lit.contest. Dec.d.c.cum M.col.6.circa med.vide gl.arg.c.solicitudinem.de appell.in fin.

Sub num.21.uers.& puto quòd ista sit ueritas. } Scot. vide glo.c.dudum.2.de elect.verb.responsionem, glo.1.de lit.contest.Dec.rubr.extra,de iudic.col.4.

De inoffic. donationib. *Tit.* 29.

Ad l. 1.

Sub num.3.uers.Guil. de Cun.uidetur dicere, quòd l.si unquam, de reuoca.donat.non habeat locum nisi quando donatio est facta liberto.secus si est facta &c. } Scot. vide Coras. in lib.epistolicarum quęstionum.c.30.ubi idem vult. Sed Gulielm.non meminit: nec Doctorum hic, aut alibi. Cuius Gulielmi nec meminit Tiraq. in d.l. si vnquam. verb. libertis. vbi examinat a chart.68. vsque ad char.96.nisi me licet perspicientem fefellit oculus.

Ad l.si pater. 2.

Vers. quod retrotrahitur quantum ad fructus. } Scot. vide gl. quid de fructibus,in l.generaliter.§.si quis.ff.de fideicom.libert.

De petit. hæred. *Tit.* 31.

Ad l.si filiusfam. 10.

Add.pro maiori intelligĕtia &c uers.& idem etiam Bal. &c. } Scot. vide c.continebatur.& ibi canonist. de ijs quæ fi. a prælat.sin.cons.cap.

De vsufruct. *Tit.* 33.

Ad l. 1.

Sub num.8.uers.arg. Instit.ad leg.Falcid.in prin. } Scot. Tu dic,vt melius per Bartol. d. l. nemo potest, col. 1. in fin.

Sub num. 10.uers.in §. constituitur.Instit.eo.tit. } Scot. vel ipsis rebus in eodem genere.l.si tibi vini.ff.de vsufr.ea.re.quæ vsu consu.

Sub num.11.uers.& l.si quis in conscribendo.C.de episc.& clerie. } Scot.l.potest.ad l.Falcid.Dictum tamen Barto.post glo.non est tutum. Nam ratio uera est, ne quis inuitetur ad delinquendum.Glo.l. scire.infra vt in possess.lega.tangit Bart.infra,col.seq.in principip.Et ratio prædicta militat in hærede, sicut in testatore.vide Ias.d.l.nemo potest.2.lect.col.fi.

Sub num.13. uers. & l.si unus.§.illud.ff.de pact. } Scot. Et etiam quia vtraq; eodem iure inducta est.l.1.uers. sed & si.Vsufruct.quemad.caue.

Ad l. vsufructu. 9.

Sub num.5.uers.ut.l.litibus.de agricol.& censit.lib.11. } Scot. vide l.1.§.sed cum duobus.ff.de collat bono.

Sub nu.7.uers.quia forte cautio non fuit petita sibi ab hærede. } Scot.Facit l.hoc Senatusconsultum.§.1.de vsufru. ea.re.quæ vsu consu.

Communi diuidun. *Tit.* 37.

Ad l. 1.

Vers. No. finem huius l quòd solùm per litis contestationem sit res litigiosa. Habes hic duo notare &c. } Scot. Hæc procedunt in iudice delegato,uel ordinario, uel arbitrario statutario,seu iuris,per not.per Doct. supra, de iudi.si e&s in arbitrio uoluntatis.Bald. hic sequitur Alex.in l.filiusfam.§.diui,colum. 7. num. 18.& ibi Ias.2.lect.num.128.de leg. 1. Adnotaui ad l.si. infra, de litig.

Scholia Fed.Scot.Iureconf. &c. Ad Bart. in Librum quartum Codicis.

Si cert. petat. *Tit.* 2.

Ad l.si ex pretio. 6.

Vers. quasi dicat quando debitum in ueritate est ex una causa &c. & uers.& debitum ex una causa potest &c. } Scot. Hinc possunt sustineri instrumenta hodierna,quę ex alijs causis conuertuntur in depositum.

De condict. ob caus. *Tit.* 6.

Ad l.si ut proponis. 2.

Vers.raro reperies contractum innominatum. } Scot. Vide omnino Alexan.in rubr.de uerbo.obliga.in fin.& Socin.num.20.

Ad

Ad l. ea lege. 3.

Addit. religiosam naleret. In contrarium uidetur &c. uers. & idem, quod hic uidetur sentire Bart. &c. } Scot. Et Alex. num. 16. contra quem vide Paul. cum Bartol. d. §. ea lege.

Vers. illud pactum impediret alienationem faciendam ab eo. } Scot. vide text. in l. Titio centum, in princip. ff. de condit. & demonstr.

De oblig. & actio. Tit. 10.

Ad l. ob æs. 12.

Lect. 1. Add. & ibi dixi per Ang. in repet. &c. } Scot. vide Bart. in l. si decesserit. qui satisdat. cog.

De constit. pecu. Tit. 18.

Ad l. 1.

Lect. 1. uers. si per stipulationem, tunc etiamsi debitum &c. } Scot. Si intelligas, quòd interueniente stipulatione, Bart. uelit agi de constituta, male loquitur. Adnotaui ad l. 1. §. eum qui, ff. eo. ex Ruin. & Alciat. in rubr. ff. de verbo. oblig. & Aret. in d. §. de constituta. Sed tamen eius verba sic sonant. videtur enim limitare primum dictum. Quod tamen nō indiget limitatione: quia semper verum est, non dari actionem de constituta, nisi præcedat debitum, l. j. §. debitum. ff. eo. Melius loquitur in 2. lectu. hic posita. uers. si enim per stipulationem &c.

De probatio. Tit. 19.

Ad Auth. at qui semel.

Col. 2. uers. propter renunciationem factam, uel causæ conclusionem, quæ idem est. } Scot. Contrà in Auth. de testib. §. quoniam uerò. Idem quod hac col. notauit Bart. col. seq. uers. renunciatio, seu conclusio &c.

De non nume. pecun. Tit. 30.

Ad l. si ex cautione. 3.

Lect. 1. uers. si ergo notarius dicit, Titius &c. } Scot. Facit Plaut. in Pænulo, ícę. Iam tenes præcepta &c. ibi, A G. hic trecentos nummos numeratos habet. AB. Ergo nos inspicere oportet istuc aurum Aga rastocles, vt sciamus, quid dicamus mox pro testimonio. AG. Agite, inspicite, aurum est.

Sub num. 6. add. renunciari. Idem tenet Alexand. &c. } Scot. vide quod addidi infra. l. prox. & aduerte, nos loqui de simplici renunciatione. Si enim iuratum fuerit, ualet renunciatio: nec potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. Cyn. hic, Abb. Sicul. c. cum contingat. col. 14. circ. med. de iureiur. Io. de Ligna, c. si. uers. sed quæro. de solut.

Lect. 2. sub num. 10. uers. Azo tenebat opinionem contra glo. } Scot. Quem vide etiam in sum. plus vale. quod agi. C.

Ad l. cum fidem. 4.

Lect. 2. uers. secus si ex post facto, ut hic. } Scot. Ang. l. 2. sup. quod met. caus. Facit quod no. Bart. in l. cum seruus. ff. de condit. & demonst. l. nemo potest. col. 2. de lega. 1. & ibi Alex. vide supr. l. si ex cautione. in lect. 1. in fi. Abb. in c. cum contingat. col. 12. nu. 20. de iureiuran.

Ad l. generaliter. 3.

Lectu. 2. num. 10. uers. intellige autem in scriptis celebrari contractum &c. } Scot. vide Azo. in sum. C. de fid. instrum. colum. fin.

De usuris. Tit. 32.

Ad l. 1.

Lect. 1. uers. si ergo testis diceret expressè promisit &c. } Scot. Idem Dec. consl. 483. nume. 24. si testes dicant ita esse consuetudinem, vt ibi per eum.

Ad l. acceptam. 19.

Lect. 1. Add. equus, & tunc habet uim. contrarium tamen in equo &c. } Scot. Idem tamen quod hic Bart. tenet Azo in sum. hac l. col. 2.

Depositi. Tit. 34.

Ad l. si deposita. 4.

Vers. quoddam est, quod residet in persona partis. } Scot. Idem dicit infra, sub nu. 6. sed in l. 1. ff. de iurisd. om. iud. sub nu. 12. dicit nullum officium residere in parte.

De contrah. emptio. Tit. 38.

Add. super rebus. Ad limitationem etc. in 1. dub. uel. 2. } Scot. parr. 2.

Vers. & cons. 160. col. 4. } Scot. Aliquid cons. 159. col. 6. seu num. 14.

De rescind. uendit. Tit. 44.

Ad l. rem maioris. 2.

Add. rem maioris. Pro limitatione huius text. &c. uers. ubi ponit, an si emptor renunciat huic l. uideatur &c. } Scot. vide infra, seq. add.

Add. ultra dimidiam. materiam huius l. uide &c. uers. & ibi subdit, quod si emptor &c. } Scot. vide supr. prox. add.

Num. 9. uers. quid si maior qui uendidit, iurauit &c. } Scot. vide Genes. ca. 25. vbi apparet, iuratam venditionem esse firmiorem.

Num. 13. uers. quarta quid si emptor istam rem alteri uendiderat, & tradiderat, an contra eum possit &c. } Scot. Contra hæc facit Bart. l. 2. col. 2. infra, de iur. fisc. libro 10. si accipias eum pro primo emptore: secus si p secundo. Nam tunc concord.

De pact. int. empt. Tit. 14.

Ad l. si quis ita. 9.

Scot. vide glo. & Doct. in l. ea lege. supra, de condic. ob caus. in l. si ita quis promiserit. §. ea lege. ff. de verbor. oblig. Doct. in l. filiusfam. §. diui. de leg. 1. Bald. hic, & in l. ea quidē. infra, si mancip. ita fuer.

De rer. permutat. Tit. 64.

Ad l. ex placito. 3.

Sub num. 5. uers. ueritas est, quod ei solum impleatur &c. } Scot. Et agat in casu redhibitionis, vt ponit hic Bartol. vel omnino ad euictionem rei, ut dicit glos. in fin. verb. dici potest &c. nisi sit add. ex Barto. hic, licet non appareat in codice meo. Consulendi sunt

vetustiores. Et credo, quòd sit additio: quia Bart. videtur soluere ex se, quod opponit gloss. de fatuitate.

Vers.non posset agi,nisi ex præmissa stipulatione.] Scot. Secus in contractu nominato. Bart. l.singularia. 6.specia.vers. Tertiò accedit, quòd quandoque simul, & semel fit contractus, & stipulatio &c.

De locat. & conduct. *Tit. 65.*

Ad l. æde. 3.

Vers. debet solui in fine temporis &c.] Scot. Text. est expressus in l.qui balineum.circ.med.ff. qui potio.in pigno.habean.

Ad l. emptorem. 9.

Vers. & per hoc aliàs dixi, quòd quando de locatione &c.] Scot.vide Barto.in l.qui fundum.ff.eod. Alex.in l. qui absenti.§.1.de acquir.poss. ubi ponit quomodo intelligatur dictum Barto. hic, & in d.l.qui fundum.& in l.filiofam.§.fi.ubi idem Alex.ff.solu.matri.vide Docto.in l.filiusfam.§.diui. de lega. 1. Ias. in l.si ita quis.§.eâ lege.colum.8.num.32. de verbor.obligat.

Ad l. si olei. 21.

Vers.meritò non erat locus pœnitentiæ: aliàs secus.] Scot. Et benè. Cum enim hic contractus innominatus sit correspectiuus, re integra, habet locum pœnitentia. vide Doct.d.l.si pecuniam.l.dedi.ff. eo. l.iurisgentium.in princ. de pact. & etiam re impleta ex parte eius qui impleuit: non eius cui impletum est, ut hic.

De iure emphyt. *Tit. 66.*

Ad l. 1.

Add.ius emphyteuticarium. Ad euidentiam, uide in §.adeo etc. uers. & pro dicto Bart.hic, est glo. & Barto. in l. si mihi, & Titio.de uerbo.oblig.] Scot. Et ibi not.in add.uerb.ex causa lucratiua.

Ad l. 2.

Col. 1. uers. aut loquimur in simplici colono &c.] Scot. vide Alex.cons.105.lib.3.ubi plenè.

Sub num. 2. uers.certè non nisi dominus hoc uoluerit.] Scot. Hoc sentit Bart.in l. 2.ff.si ag.uectig.post gl.& pro cedit etiam in rebus ecclesiasticis. Pondero text. singul.in §.scire autem.uers.& nolentibus præposi tis.in Auth.de non alie.aut permu.

Add.elapso triennio. Adde Bart.&c.uers.per Imol.&c.] Scot. Tangit Bart.in l.Mæuius.§.duobus.col.vlt.in prin. de leg.2.Cremens.ad hanc l. 2. vide ibi per Dyn. & quod ibi not.ad Bart.

Ad l. 3.

Vers.& per hoc ego respondeo ad d.l.1.de fund. patr.] Scot. Et aduerte, quòd assignat rationem, quæ est, quia sumus in casu pretij, quod uenditionem arguit. vide Alexan.l.filiusfam.§.diui. col. 7. uersic.non obstat d.l.fin.ff.de leg.1.

Scholia Fed. Sco. Iureconf. &c. Ad Bart.in Librum quintum Codicis.

Si rector prouinciæ &c. *Tit. 2.*

Ad l. 1.

Vers.ultimò no.quod iste titulus est correctus de iure canonico.] Scot.vide Abba.in rubr.de cognat. leg. quem sequuntur alij communiter.

De donat. ante nupt. &c. *Tit. 3.*

Ad Auth. sed iam necesse.

Vers. & hoc tenet Cyn. quod perpetuo no.] Scot. Et talis præsumptio magis est fictio. glo. l. non est verisimile. ff. Quod met. cau. Adde aliam subtilissimam differentiam inter fictionem, & istam præsumptionem ad sustinendum libellum actoris, quam ponit Bal. post Cyn. in l. 1. §. 1. infra, de re uxor.actio.& ibi adnotaui.

De nuptijs. *Tit. 4.*

Ad l. 1.

Add.puella.uide omnino Bald.&c.] Scot. Alex. consi.161. in fin. lib.5.

Ad l. Imperialis. 23.

§.His illud adiungimus, aliàs, illud bis adiungimus. Istum §. allegat gl.ad q.] Scot. vide Herod.de filijs Darij Regis Persarum, vel Xerxis. Ponit etiam Tiraq.in tracta. de iure primig.Facit l.fi.ff.de manu.testa.

De incest. & ne far. nupt. *Tit. 5.*

Ad Auth.ex complexu.

Vers.ex quo dixi, & consului &c. Add.filia spuria &c.] Scot. vide Dec.c.ecclesia.col.12.de constit.ubi & Feli. qui allegatur in add.ad Abb.d.cap.cum haberet, quem ibi vide.

De secundis nuptijs. *Tit. 9.*

Ad l. 1.

Add quæ apponuntur, & Felin.&c. uers. & Aret.in d.c.ecclesia,col.antepen.& duab.seq.] Scot. Et Dec.

Vers.sed pœna quæ imponitur ideo, quia nubit secundo, ista non est correcta, ut uidebitis infra, &c.] Scot.Quod si de cõ sensu uiri, & filiorũ nubat, cessant prædicta. Dec. in l.fin.col.2.supra de pact.& supra, in rubr.

Si secund. nupt. mul. *Tit. 10.*

Ad Auth. hoc locum.

Sub nu.8.uers. & ista alimenta percipiet a se ipsa, non de manu filiorum, uel aliorum hæredum.] Scot. vide Alex. l. nemo potest.col.4.nu.15.de lega.1.

Sub nu. 12.uer.e contra, quod statim nõ expectata morte &c.] Scot.Facit §.si quis ita.Instit.de bono.poss.

Ad cons. 14.

Col. 4. uers. vbi quarit pone quòd quis fecit insultum &c. } Sco. Vide Dec. & alios, in l. vt vim, ff. de iust. & iur.

Ad cons. 16.

Col. 2 uers. si iuro non reuocare. } Scot. Quemadmodum ergò iuramentum non impedit legis beneficium in his casibus: nec deberet impedire in casu l. 2. C. de rescind. vendit. & in casibus de quibus per Do ©o. in l. si quis maior. C. de träsactio. prtæter casum in ea l. expressum.

Col. 3. ver. in c. si a sacerdotibus. } Scot. vbi dicit relinqui in dicis arbitrio, an verba, minæ, & potentia alicuius sint iusta causa timoris. alleg. l. 3. ff. ex quib. caus. maio.

Ad cons. 25.

Col. 3. vers. nec debet ex verbis Arg. a contrario sensu &c. } Scot. Facit Alex. l. 1. ff. de lega. 1. Dum dicit, tale argumentum non elici ex glos. aut Docto. sic ex ratione non legali, sed magistrali, non licet argumétari. Add. supra cons. 17. nu. 12. co. lib.

Ad cons. 28.

Col. 2 uers. confundatur virtus testamentorū & contractuum. } Sco. Facit §. codicillis, Instit. de codicil.

Ad cons. 31.

Col. fi. vers. vnde in proposito mulier &c. } Scot. contra l. 1. ff. de iur. dot. Alciat. l. filius. §. diui. de lega. 1. Glos. quod si liberis.

Ad cons. 48.

Col. 1 uers. pecuniam mutuo accepit pro alimentis &c. } Scot. Facit l. si tibi alienam, vers. quia, & ipse, ff. loca.

Ad cons. 56.

Col. fin. vers. tamen tut ius est, quòd ab aliquo ex dictis heredibus &c. } Scot. vide Roma. con. 308. an vsufructuarius propria autoritate vsumfructum apprehédens, illum amittat.

Ad cons. 57.

Col. 8. add. seruatur. Anchar. cons. &c. vers. amplia, idem si hoc legatum &c. } Scot. Sed considera, quod subijcit ex Imo. de ascendentibus institutis, vt locum non habeat quod dicitur contra vxorem fructuariam eo casu, quia illa consuetudo &c. vt infra: iux ratio militat contra hanc ampliationem. Adde quod subdit ex Bart. in l. post dotem, ff. solu. matri.

Ad cons. 58.

Sub nu. 6. vers. pro illis verò, quæ vsu consumuntur &c. } Scot. De quo dixi respon. meo, post rubr. de oper. nou. nunc.

Ad cons. 59.

Col. 1. add. vel 40. Pail. l. fin. &c. vers. quod intelligitur ex quo &c. } Scot. vt hic per Alex. nu. seq.

Ad cons. 65.

Col. 1 uers. cum enim non sit similiter in omni casu. } Scot. vide Cano. in c. quæ in ecclesiarum. de constit.

Ad cons. 76.

Sub nu. 7. Filius debet directò habere iure institutionis &c. } Sco. contra hanc decisionem facit glos. 2. in l. quoties, C. de testa.

Ad cons. 82.

Sub nu. 4. vers. quòd ille text. præstat arg. &c. } Scot. Vide Bart. in l. ff. de reb. eo. qui sub tute. Sivi.

Ad cons. 83.

Nu. 11. verf. dico, quòd vbicunque aliquod priuilegium. } Sco. vide infra cons. seq. nu. 8.

Ad cons. 84.

Nu. 8 verf. si statutum contra ius commune. } Sco. supra cös. præced. nu. 11.

Ad cons. 92.

Col. 2. add. Pie. imo vt no. Doct. communiter &c. } Scot. & hoc sentit Alex. vers. tum quia præcedens &c.

Ad cons. 97.

Col. 2. uers. licet sententia, & epistola principis &c. } Scot. vi de Dec. in l. ciuitas, col. 2. si cert. peta.

Ad cons. 105.

Scot. In hac causa consultum fuit per alium Doct. infra lib. seq. cons. 13. per Alex. autem cons. 131. & cons. 132. quorum vtrunque subscriptum est, Alexand.

Col. 2. ver. quod singulo anno soluere teneatur &c. } Sco. vide de semestribus A'ex. in d. l. diuortio, §. ob donationes, in ff. solu. matrimo.

Ad cons. 107.

Sub nu. 13. verf. sed ita est, quòd quando venditur a communitate dacium &c. } Scot. sic alibi fit differentia inter facultatem percipiendi, & vsumfructum, vt hic a fructuario nec vendi, nec locari possit: at commoditas potest. Instit. de vsu. & habit. §. 1.

Ad cons. 114.

Scot. vide cons. 199. infra lib. 7.

Ad cons. 115.

Sub nu. 7. uerf. ubi etiam firmat in statuto dicente, quòd sit poe. na capitis &c. } Scot. Facit contra reg. l. 3. §. hæc verba, de negot. gest. l. quod constitutum, de milita. te sta. quod not. Alex. infra lib. 5. cons. 4. nu. 3. & nu. 4. & nu. 5. Facit l. ex eo. §. in insulâ. ff. de verbo. oblig. & pudendæ sunt istæ allegationes etiam de iure communi in causa veneni, & allegatio Io. glosatoris in causa falsæ monetæ: sicut e contrario in simili pudendæ fuerunt allegationes contra barbitonsorem, qui phlebotomat ægrotum in palatio: de quo per Alciat. lib. 1. de verb. signif. col. 5. Cantiunc. lib. 1. de offic. iudi.

Scholia Fed. Sco. Iurecons. in Lib. Quartum Consiliorum Alex. Imolens.

Ad Cons. 1.

Col. 3. Add. naturalis supra cons. 165 col. &c. uers. cons. 105. col. 2. Sco. & cons. 1. it. ad fi.

Col. 5. uers. tamen videtur, etiam habere locum &c. } Scot. Facit infra col. seq. uers. & io hoc.

Ad cons. 1.

Epitome. si hereditas est relicta maiori masculo &c. } Scot. vide Barb. cons. 6. & cons. 28. 3. vol. vbi discutit casum, de quo hic Alex. & tenet cötrarium. Aliquid de maiore cons. 30.

Col. 2. addit. transmitteret, secus in iure primogenitura introducta à cösuetudine &c. } Sco. Facit Dec. 396. in h. vbi al legat §. ex conditionali, Instit. de verbor. obligat. vide ibi, & considera, quòd videtur secus in testamento, argum. d. §. ex conditionali, & quamuis Dec. ibi loquatur in testamento, tamen

allegat etiam consuetudinem, secundum quam testator videtur se rexisse, vt ibi per eum, & cõs.445. nu.34.

Ad cons. 14.

Sco. est Io. Baptistæ de sancto Seuerino, Ias. l. Gallus, §. quidam rectè. ff. de lib. posthu.

Ad cons. 16.

Col. 1. vers. Litem quæritur, §. qui impleto, ff. loca. &c. } Scot. Per quem text. eiusque regulam, de Alex. decisione dubitat Ias. in l. diuortio, §. quod in anno, n. 25. ff. solu. matrim.

Ad cons. 20.

Col. ult. vers. si testis dicit se audiuisse. } Scot. contra per Salyc. in l. ea quidẽ, co. pen. C. de accus. Alciat. l. palam, in fin. ff. de verb. signif.

Ad cons. 25.

Col. 3. vers. si testes dicunt, quòd audiuerunt. } Sco. contrariũ per Ias. post Bald. quem ibi allegat, in l. non hoc, nu. 10. C. un. legit.

Ad cons. 27.

Col. 3. vers. ubi causa requiritur &c. } Sco. Facit quòd not. Archid. 1c. q. 2. hoc ius, col. 2. vers. credo quòd licet Abb. & c. vbi dicit, non sufficere confessionem in instrumento. versi. in utilitatem ecclesiæ.

Ad cons. 40.

Col. ult. vers. etiam legendo l. fi. C. de pact. &c. } Sco. Vbi Ias. idem tenet sub nu. 17.

Ad cons. 49.

Col. 1. vers. illud Apostoli &c. } Scot. imò Christi, Matth. cap. 6.

Col. 3. vers. si adiecta est quantitati &c. } Sco. Quòd pœna adiecta quãtitati, exigatur de iure ciuili, est text. in l. magnam. C. de contrah. & commit. stipul.

Sub nu. 20. vers. Deus est semper præsens. } Scot. l. properandum, §. 1. C. de iudic.

Ad cons. 52.

Col. 4. vers. impossibile est quòd habeat verba &c. } Sco. Facit l. 2. col. 2. ff. de orig. iur. vers. necessariamque disputationem fori &c. vbi Bart.

Col. 7. vers. & cap. ad hæc, de appell. } Scot. Adde l. 1. de procur.

Ad cons. 56.

Col. 1. ver. prolis acquisitio maximè spectat &c. } Scot. l. quæritur, ff. de ædilic. edict.

Ad cons. 59.

Col. 3. Add. regularem. Dec. l. certum &c. } Sco. Faciunt quæ ponit Dec. in proœm. de reg. iur. dixi in l. si prius, ff. de op. nou. nunc.

Ad cons. 67.

Sco. Ias. in l. Marcellus, nu. 57. ad Trebell. videtur dicere hoc cons. esse Ananiæ, cons. 61.

Ad cons. 76.

Col. 2. vers. l. conuenticula, C. de episc. & cleri. } Scot. Adde c. sedes. de rescript.

Add. Tali scilicet etiam &c. } Scot. infra cons. 87. eo. libr.

Add. expressè. Paul. cons. &c ver. Bald. d. l. si patruus. &c. } Sco. Alex. cons. 154. nu. 4. supra lib. 2. cons. 70. sub nu. 2. infra lib. prox.

Ad cons. 87.

Col. 1 Add. Verius. Amplio &c. } Scot. supra co. 77. & in subscriptione præsertim Alex. post nu. 21.

Ad cons. 99.

Col. 3. vers. posito quòd vera esset &c. } Scot. verum hòc dicit Soci. cons. 60. nu. 18. li. 1. & respondet ad illud de executione conscientiæ defuncti, vt ibi per eũ.

Ad cons. 122.

Col. 4. vers. ubi socius omnium bonorum &c. } Scot. vide Antib. tracta. de muner. 3. par. de excusat. nu. 109. vbi communio cum clerico fratre non facit bona fratrum immunia.

Ad cons. 123.

Col. 2. vers. duo sunt, ex quibus humanorum actuum &c. } Scot. & rectè l. 1. ad fi. ff. de procur.

Add. duo. Bald cons. &c. vers. sed quod tria &c. vers. quam Dec. Canonista more cõfundit &c. } Sco. & rectè. Quomodo enim quis possit quod nesciat? Sufficiunt ergo uoluntas, & potestas; non autem sufficerent voluntas, & scientia: quia scientia non includit potentiam, sicut potentia scientiam. Qui enim scit, non statim potest: qui potest, statim scit: cum si nesciat, non possit.

Nu. 10. vers. si furtum est de nocte &c. } Sco. vide infra cõs. vlt. nu. 8.

Nu 12. vers. Ducalis constitutio D. Venetorum &c. } Scot. vide infra cons. vlt. nu. 9.

Ad cons. 124.

Add. consuetudine: imo non est hic consuetudo &c. certa persona &c. } Sco. Quemadmodum dicimus de præscriptione iurisdictionis; quam facit aliquis cõtra vniuersitatem: de qua aliquid tetigi in rubr. ff. de op. no. nunc. & ad not. add. facit Bald. tit. quæ sint regal. nu. 3.

Col. 2. vers. uideatur uelle dictũ proclama non posse fieri &c. } Scot. Facit vt non rectè dicatur ius prætorium, quod condunt isti rectores perpetui: cum differãt a temporalibus: de quo in d. l. oẽs populi, hic alleg.

Col. vlt. vers. ità etiam se habet communis usus loquendi &c. } Sco. dixi in rubr. ff. de op. no. nunc.

Ad cons. 125.

Col. fin. vers. adoptio non inducit coniunctionem sanguinis. } Scot. Adde §. vlt. Instit. de adoptio.

Ad cons. 126.

Col. 2. vers. quibusuis laboribus necessarium &c. } Scot. Facit l. cum hi, §. sed & personarum, ff. de transactio.

Ad cons. 130.

Scot. in hac causa consuluit Alex. inf. cons. seq. & seq. subscripto, Alexan.

Col. 4. vers. asserenti non neganti incumbit onus probandi &c. } Scot. Add. quod neganti domino non incumbit tamen onus probandi. Alex. supra cons. 1. col. 2. in princ.

Ad cons. 131.

Col. 2. vers. licet aliàs quando agens, qui poterat propria autoritate &c. } Scot. sequitur Ias. l. 2. sub nu. 113. C. de iur. emphyt.

Scholia Fed. Scoti Iurecons. &c. ad Lib. Quintum Consiliorum Alex. Imolens.

Ad cons. 5.

Col. pen. vers. istam differentiam facit etiam Bart. &c. } Sco. & omnes varijs in locis. Sed impugnat Dec. in rubr.

de

de consuet. in ult. col. extra, Curt. & Mod. hic in add. verb. vice.

Ad cons. 7.

Col. 1. vers. ubi non reperitur contrarium esse decisum, & seu ubi non sit diversa ratio &c.} Scot. & sit præter ius cõmune: aliàs contra ius commune non sit inuicem extensio. sup. cons. 2.

Ad cons. 16.

Col. 2. Add soluendo. Alciat.} Sco. Inf. eo. cons. 75. ad fin. vers. accedit, quia non sequitur &c. nisi semel fuerit soluendo: quia tunc semper præsumitur soluendo: & sic intelligitur. l. si creditores, in fin. de priuil. credit. gl. cap. semel malus, de reg. iur. in 6. Facit præsumptio l. si defunctus, hic p Alex. alleg.

Vers. propter præsumptionem iuris &c.} Scot. & facti, quia quilibet nascitur nudus, 47. distinct. sicut hic glos. c. semel malus, de reg. iur. lib. 6. Vnde in abstracto quilibet præsumitur pauper: in concreto, idest ex præsenti statu in præteritum, vel futurum, militant quæ hic per Alex. & Mod. & me. Vide infra eo. li. cons. 141. col. 2. vers. onus probandi inopiam. &c.

Col. 5. Add. scientia. Idem Iacobi. de Sancto Georgio &c. vers. ibi posset etiam negari &c.} Scot. & pungit hanc opinionem, quòd non requiratur infra col. 3. vers. & si teneamus &c.

Ad cons. 18.

Col. 1. vers. ubi concordando opiniones dicit &c.} Sco. Non placet Ias. §. æquè, col. 5. Instit. de actio.

Ad cons. 25.

Col. 5. vers. tractabatur de diuisione unius castri &c.} Scot. Hæc ratio confundit proximè dicta vers. quia potest fieri &c.

Ad cons. 30.

Col. 3. Add. ipse infra lib. 7. cons. 13. nu. 9. &c. vers. sed contrarium quòd Dux Mediolani recognoscat Imperatorem &c.} Scot. Paul. Castrens. in l. quoties. C. de precib. Imper. offer. Tamen vide eum in cons. alleg. in add. ad eum d. l. quoties, & aliorum alibi.

Ad cons. 52.

Col. 2 allegat l. 1. cum ibi not. C. quæ sit long. consuet.} Scot. Melius probat l. sed & ea, unc. l. seq. ff. de legib.

Ad cons. 58.

Col. 2. Add. Dico. hac decisio &c. vers. sed est falsa, & reprobatur &c.} Scot. tamen tenetur per Afflict. decis. Neap. 399. sub nu. 7.

Ad cons. 59.

Col. 2. vers. cum ergò dicti arbitratores tantummodo permittant &c.} Sco. Arguit a contrario sensu in compromisso. vide Doct. in l. 1. ff. de offic. eius.

Ad cons. 69.

Col. ult. incontinenti quòd facta fuit conductio ad tam longum tempus &c.} Scot. No. quòd emphyteotæ, censuario, & similib. res emphyteotica, censualis, & similis potest debere seruitutem, vt hic per Alex.

Ad cons. 70.

Col. 2. Add. precarium, infra lib. 6. &c.} Scot. infra eo. cons. 73. ad fin. vbi quòd hypothecaria est petitorium. Doct. l. 1. C. de preca.

Ad cons. 73.

Col. 3. Add. facta, infra lib. 6. &c.} Scot. supra eo. cons. 70. nu. 3.

Ad cons. 75.

Col. pen. vers. quia non sequitur, Hebreus de mense Nouembris &c.} Scot. supra cons. 16. nu. 2. & 3.

Ad cons. 77.

Col. 2. vers. locatio, & venditio fructuum æquiparantur.} Sco. clemen. 1. in fi. de reb. eccles. non alienan.

Ad cons. 83.

Col 1. vers. quamuis de iure communi &c.} Scot. infra cons. 3. col. 2.

Ad cons. 85.

Col. 2. vers. laudum non habet executionem &c.} Scot. supra cons. 3. in princ.

Ad cons. 88.

Sub nu. 12. vers. modò actor alleget in actis.} Sco. infra cons. proxim. 9.

Ad cons. 89.

Col. 2. vers. nisi actor capitulasset.} Scot. supra cons. prox. post nu. 12.

Ad cons. 92.

Col. ult. vers. est fundamentum eius qui allegat &c.} Scot. vide Orian. in c. quoniam contra, ver. testium depositiones, de probat.

Sub nu. 16. vers. nec etiam videtur habere locum conductio ex decretali sæpe &c.} Scot. infra nu. 20.

Ad cons. 106.

Col ult. vers. regulariter per talem adiudicationem &c.} Scot. infra eo. cons. 110.

Ad cons. 110.

Col. 1. vers. per adiudicationem in solutum &c.} Scot. supra eo. cons. 106.

Ad cons. 121.

Col. 1. vers. post perfectam venditionem omne commodum &c.} Scot. Aduerte ad clausulam col. seq. vers. & consequenter nõ intelligitur & sed uidè in fi. cons. versi. & licet glos. in d. l. sicut, §. 1. &c.

Col. 2. vers. tacitè prorogasse.} Scot. Hæc clausula tacitè prorogasse &c. hic vacat. est infra nu. 6.

Ad cons. 122.

Col. 2. vers. rerum temporalium, clericorum, uel etiam ecclesiæ procedat. &c.} Scot. ergò in casibus in quibus transfertur sine traditione dominium, non habebit locum l. quoties. ut supra in concess. iur. spiri. & concessionibus Imperialibus. Vide l. fin. C. de sacros. eccles. Doct. in d. l. traditionibus.

Ad cons. 125.

Col. 3 Add. Distinguendum. & sic sentit Alex. &c. vers. & malè fateor quòd si &c.} Scot. Facit Alex. hic; vers. quod comprobat etiam &c.

Vers. apposita in instrumento &c.} Scot. Facit add. hic, verb. distinguendum, & sic sentit Alex. &c. vers. & malè fateor, quòd si &c.

Ad cons. 131.

Col. 1 vers. quando vnus ex socijs &c.} Scot. cõsidera infra cons. prox. nu. 22.

Ad cons. 140.

Col. 2. vers. non obstat quòd instrumentum sit dubium &c.} Scot. ad intellectũ l. veteribus. ff. de pact. cũ simil.

Ad cons. 141.

Col. 3. vers. quamuis dicta domus esset obligata &c. tamen fructus, & pensiones &c.} Sco. Campeg. tracta. de pet. & restit. dot. 56. q.

Ad cons. 158.

Col. 2. Add. Disponit. quòd potest expressè &c. vers. ut late Bertra.

tr. d l. hac edictali &c. } Sco. Vbi sub nu. 27. dicit dolēdum pp autoris excellētiam, quòd istud consl. hic sit imperfectū, q verisimiliter ibi aliquid enucleauit.

Ad cons. 174.

Col. 2. Add. Respons. supra lib. &c. } Scot. Ias. l. si is qui pro emptore, ff. de vsuc.

Ad cons. 183.

Col. 1. uers. hac enim est forma libellandi &c. } Sco. infra cōs. prox. in princ.

Scholia Fed. Scoti Iureconsl. in Lib. Sextum Consiliorum Alexandr. Imolens.

Ad cons. 2.

Col. 1. uers. illud quod acquirunt procuratores &c. } Scot. vide Ias. in rubr. C. de procur.

Ad cons. 17.

Col. 2. uers. isti priores qui praesunt &c. } Scot. vide glos. in l. sed & ex, §. sed & de dolo, ff. de dol. ma.

Ad cons. 30.

Col. 1. uers. Tutius tamen erit deducere dictam consuetudinem &c. } Scot. Ergò non creditur doctoribus attestātib. de illa, vt tenuit in l. post dotem, ff. sol. matr.

Ad cons. 54.

Col. 1. uers. praeterea agitur etiam &c. } Scot. de isto praesupposito, quòd simul, & semel ageretur contra possessores, & emptricis heredes alibi dixi.

Ad cons. 59.

Col. 1. uers. ista uerba, in fundis uestris &c. } Scot. secus si dixisset princeps, fundorum vestrorum, per ea quę dixi in rubr. ff. de op. no. nunc.

Ad cons. 111.

Nu. 9. uers. est apposita alia clausula, scilicet ex certa scientia &c. } Sco. Aduerte quòd haec clausula non operatur, quando rescriptum est obtentum parte non cōtradicēte, vt per Barbat. supra li. 4. cōs. 123. n. 19.

Ad cons. 168.

Col. 2. Add. onerosa. } Sco. facit infra cōs. prox. col. 2. in fi.

Ad cons. 179.

Sub nu. 9. quod uidit semper dictam uiam usitari pro publica, non probat &c. } Scot. Tamen in l. cellus, ff. de usuca. Bart. & post eū Balb. post tracta. de praescript. vlt. part. sub nu. 10. vers. limitat Bar. dicit probari tempus cōtinuatum, si dicat testis a tot annis infra semper vidi possideri.

Ad cons. 191.

Col. 1. Add. contrarium. & bene &c. } Scot. Alex. infra vers. respondeo etiam aliter &c.

Ad cons. 209.

Col. 3. uers. Accedit illud Persii, Gratior est pulchro ueniens e corpore uirtus. } Sco. est versus Vergilij li. 5. Aenead. ita legendus, Gratior & pulchro ueniens in corpore virtus, Adiuuat.

Ad cons. 211.

Col. ult. uers. Alex. de Imo. } Scot. Facit regula quae est in l. si publicanus, §. in omnibus, de publica. Bart. in l. licitatio, §. earum, not. 1. eo. tit.

Ad cons. 213.

Col. 3. uers praeterea dicta dispositio testatoris alia ratione &c. } Scot. Hoc non videtur bene dictum, propter verba epitomis, confetendo tamen dationem &c. & sonant etiam ablationem verba epitomis, cū hoc tamen &c. Sed aduerte, quòd verba, conferendo tamen dationem &c. respiciunt verius quandam conditionem adiectam finitioni talis vocationis pauperis nobilis &c.

Ad cons. 215.

Col. 3. Add. Priuatum. imò etiam priuatum &c. } Scot. Vide Amanell. in sing. in princ.

Ad cons. 225.

Col. pen. uers. siue quis dicat sententiam nullam &c. } Scot. contrarium per glos. & Ang. l. 1. C. quando prouoca. non est neces. Orian. c. quoniam contra, vers. inter locutoriae. nu. 78. de probat. Vide Alex. cons. 2. nu. 13. lib. 3.

Ad cons. 228.

Col. 2. uers. debent praeferri domini de Scipiono &c. } Scot. Hic malè cōsuluit Alex. propter statutū Placentinū sub rub. věd. de duob. fact. de eadem re. Vbi statutum praeponit primum emptorem, dato quòd ei non fuerit prius res tradita. Excusandus tamē est Alex. quia pbabiliter ignorauit d. statut ū c. 1. de cōstit. in 6. cum simil. nisi fuit sibi exhibitum. quòd nō est praesumendum. l. merito, ff. pro soc. cum simil. Iustificatur tamen cons. Alex. ex conditione apposita in concessione prius facta, quòd non intelligātur dicti de Cadamustis &c, vt infra sequitur.

Vers. & licet instrumentum &c. } Scot. quasi & illud praesumatur habuisse constitutum.

Ad cons. 233.

Sub nu. 13. uers & ideo dicit ibi Petr. de Anchar. } Sco. infra cons. 240. nu. 8.

Ad cons. 240.

Sub. nu. 8. ver. per quam ibi dicit Petr. de Anchar. } Sco. supra cons. 233. nu. 13.

Scholia Fed. Scoti Iurisconsl. Ad Librum Septimum Alexandri Imolens.

Ad cons. 4.

Col. 2. uers. etiam si non sint rogati. } Scot. secùs in testamēto militis. §. planè. instit. de testam. milit.

Ad cons. 65.

Col. 2. uers. tunc non militares dicta decisio. } Sco. Vide cōs. 82. lib. 1.

Ad cons. 88.

Col. 1. uers. dictae duae conditiones &c. } Sco. vide infra cons. 202. col. vlt.

Ad cons. 185.

Col. 1. Add. contestes. Idem supra &c. } Scot. contrariū per Alex. cons. 212. nu. 73. lib. 6.

Ad cons. 199.

Col. 1. uers. posito quòd dicta domina promisisset &c. } Scot. vide de supra lib. 3. cons. 114.

Ad cons. 204.

Sco. simile cons. seq.

Col. ult. uers. dictae conditiones debent stare &c. } Scot. vide. cons. 88. col. 1. & 2.

Ad cons. 104.

Col. 2. uers. tamen ubi uideatur aliquid rescribere &c. } Scot. simile cons. praeced.

Ad cons. 207.

Col. 2. Add. uenit. imo quòd ad expensas &c. } Sco. vide Bar. in l. in illa stipulatione. 1. ff. de verb. oblig.

Finis omnium Schol. Fed. Sco. I. C. &c. ad Alex. Imolens.

SCHOLIA FEDERICI SCOTI

IVRISCONSVLTI PLACENTINI &c.

AD INTERPRETATIONES IASONIS *Mayni, in Libros Digestorum.*

Scholia ad Librum Primum.

De iust. & iur. Tit. 1.

Ad l. vt vim. 3.

N *V.9. uers. eo ipso quòd probo &c.* } Scot. vide l. si ex plagis, §. 1. ff. ad leg. Aquil. vbi non imputatur verberato flagello, si effodiat oculum verberatori.

Nu. 23. uers. quòd pœna dupli, & quadrupli &c. } Scot. Hæc conclusio falsa est: quia sequeretur quòd lex Mosaica foueret peccatum; & esset inimica foro conscientiæ, vt Exo. c. 22. Prouerb. c. 6. vbi de septulo.

Col. ult. uers. propter castratum, uel aliter &c. } Sco. & quia insequens redditur animosior, vt supra in fi. apostil. Baldi.

Ad l. ex hoc iure. 5.

Nu. 20. uers. dicit Bart. quòd nobiles Genuenses de Flisco &c. } Scot. vide Corium de priuilegio dato Genuensibus per Corrad. hac conditione, vt semper Corrad. Rex Romanorum inscriberetur.

Sub nu. 22. uers. de iure gentium inuentus est nummus &c. } Scot. Probatur Gene. c. 23.

Vers. sed non cum illa qualitate } Scot. Quod falsum est: quia ille text. omnino vult nummi vsum antiquis incognitũ fuisse permutationũ temporibus. Et pō dera vers. sed quia, ibi, electa est materia &c. ea materia forma publica percussa est &c. ergò ante electionem materię non potuit esse materiatum. Adde Forcatulum in suis intellectibus.

Col. 4. uers. propè finem consilij. } Scot. Adde Alex. consil. 30. col. 3. lib. 5. vbi addit eundem cons. 31. n. 9. li. 7.

Sub nu. 49. uers. cogita. } Sco. Alex. tenet tolli posse etiam sine causa a principe actiones, cons. 2. col. pen. lib. 1. glóss. l. si quis cum rege. ver. non possibile. de consil. mort. in Longob.

Sub nu. 52. uers. Tu collige 18. notabiles effectus &c. } Scot. vide Ias. in l. si non sortem, §. libertus, infra de condict. indeb.

Sub nu. 54. uers. quem non inuenio istud in lect. mea dicere. } Scot. Sed non aduertit Ias. quòd Alex. in eod. cōs. nu. 30. dicit non procedere in principe, imo aduertit infra.

Ad l. omnes populi. 9.

Repet. col. 2. uers. quòd Machabei studio contradicendi &c. } Sco. ibi legitur monachorum. credo quòd velit dicere Manichæorum. Tamen vidēdus est Augusti. in libro de natura boni. Vnde hoc sumptū est ab Ioanne Andr. Vidi D. August. qui hoc dicit de Manichæis.

De legibus. Tit. 2.

Ad l. de quibus. 32.

Sub nu. 66. hoc habet locum in militibus nostri temporis. } Scot. Vide Alex. cons. 103. nu. 11. lib. 1.

Sub nu. 81. uers. sed Io. Andr. in d. c. fin. de consuet. dicit, quòd consuetudo dicitur a consuo, consuis &c. } Scot. Ridicula & puerilis ętymologia. sic Bald. cons. 105. lib. 3. dixit decretum descendere, a creo, creas.

De constit. Princip. Tit. 4.

Ad l. beneficium. 3.

Col. pen. vers. in pen. col. in fi. & seq. } Scot. vbi limitat per decennium, sicut lex.

Col. ult. vers. non dicam rapere. in 2. col. } Scot. vide Alex. dixit nihil nocere literas principis contrarias priuilegiatis, cum non mandantur executioni, cons. 33. col. ult. uers. non obstant etiam dictæ literæ.

De his qui sunt sui vel alie. iur. Tit. 6.

Ad l. patre furioso. 18.

Col. pen. uers. si filiusfa. ingreditur monasterium &c. } Scot. Vestales cum capiebantur, adipiscebantur ius testamenti faciendi, licet prius essent in parentum potestate. Fenestel. allegatus per Egid. Perrin. in margin. mei codicis, Instit. quib. non est permiss. face. testa. in princ.

De officio prætoris. Tit. 14.

Ad l. Barbarius. 3.

Sub nu. 35. vers. apparet malè loqui Aug. qui alibi arroganter &c. } Scot. Hunc etiam repræhendit Felin. in ca. quæ in ecclesiarum, de constit. sed defendit Dec. ibidem nu. 25. ubi concurrit solutio pretij, cum plenitudine potestatis.

Sub nu. 44. uers quem allegat Bart. in d. §. si constat. } Sco. ubi uide omnino Castrens.

De offic. eius cui mand. est iurisd. Tit. 21.

Ad Rubr.

Col. 1. uers. qui non tractat de offic. eius qui delegat, sed de offic. } Scot. errat, nisi subaudias principaliter. Pro quo infra uers. licet aliquæ leges &c.

Sub nu. 4 vers. vbi Bart. & Doct. } Scot. Bart. ibi nihil dicit, sed remitit ad l. 1. C. ubi de crimin. agi oport. Vbi distinguit, aut causa est de præterito, aut de futuro. Primo casu ualet, secundò non.

Sub nu. 6 dicit Bart. in d.l. 1. } Sco. Accurs. glos. l. vers. vlt. d. l. eum qui infra de iurisd. omn. iudic.

Ad l. 1.

Sub nu. 4. uerf. quod Papa, & Imperator sunt supra hos gradus &c. } Scot. Tamen aduerte quòd Imperator appellat se senatorem, & numerari vult inter eos, l. ius senatorum, de dignit. lib. 12. C.

Verf. secundum exemplum est de consulibus. } Scot. Imò Consules sunt illustres. gl. in rubr. de offic. consul. supra concludit. Dec. hic.

Col. 2. uerf. & tamen constat Reges non esse superillustres: sed illustres tantùm. } Scot. & Consul est illustris tantùm, glos. supra rubr. de offic. cons. annot. supra.

Verf. text. est melior de iure l. si quando. post med. C. de appell. } Scot. Hic text. videtur indicare Quæstorem palatinum superillustrem esse: quoniam ab illustri Duce ad eum prouocatur. At maior, nō minor appellari solet. Verū perpendit vt Dux, non vt amplior; idest, vt spectabilis, non vt illustris, Dux ille, cuius eo in textu fit mentio. Quòd autem Quæstor sit illustris, habes ter expræssum, l. præcipimus, eo: tit. textus notandus in d. l. si quando, vers. siue inter spectabiles, idem Dux numeretur, siue illustri dignitate decoretur, siue etiam maiore (vt etiam magisteriæ potestatis homines, necnon consulares se pe, vtilitate publica poscente, ad huiusmodi curā perueniat) nullo discrimine habito &c. Videtur probari magisteriæ potestatis homines super illustres esse. Quod aūt subiungitur, necnon cōsulares, affert exēplū dignitatis illustris, q̄ prius nominauerat: vt ostendat, & spectabilibus, & illustrib & ijs qui suprà illustres sunt, delegare cām principem solere. Sic etiam docentur consulares uiros, illustri cum cōsulibus dignitate pollere: licet abierint magistratū: ad primū dictum facit gl. verb. tanquā princeps. c. per venerabilē. Qui fil. sint legit.

Verf. nam Consules erant super illustres, ut prædixi. } Scot. falsum vt supra.

Verf. Durum tamen uidetur, quòd Cardinalis quando est legatus Papæ; & sic Papam repræsentat, sit minoris ordinis, quàm quando est circa latus Papæ. cogita. } Scot. Sed aduerte; quòd non poterant æquiparari consulibus: cum ad regendas prouincias non mitterentur cōsules: ideoque dignioribus ex ijs qui foras mittebantur, sunt æquiparati. Deinde potest dici, quamuis magistratus ex regimine fit spectabilis, vtpote cōparatus proconsulatui: tamen ipsos Cardinales ex sua ipsorum dignitate nihilominus esse illustres, arg. Ducis, de quo in d. l. si quando. C. de appell. qui consideratur in casu appellationis, vt magistratus sui Ducatus: quamuis aliàs sit illustris, aut maiore præditus dignitate, vt d. l. si quando. sic Cardinal. erit ex magistratu, seu legatione spectabilis: ex sua autem persona, seu ex Cardinalatu illustris. Videmus etiā Imperatorem ex se esse super omnes gradus: ex senatoria tamen dignitate, quam sibi adsciscit, esse se ipso inferiorem, d. l. ius senatorū, ut adnot. ad. 1. col. supra.

Col. 3. uerf. Ant. de Butr. in c. tua, in fi. de procur. } Scot. Adde Abb. c. fi. vbi add. de iura. calumn.

Sub nu. 42. uerf. ideo nimirum si sic sumi non potest. } Scot. Adde Ang. hic alleg. id q̄ habet in d. l. cōuenticula. Sed optimè cōuenit illa gl. d. c. 1. de vsur. Alex. hic: licet Ias. hic clarius exprimat, quā fecerit Alc.

Sub nu. 64. uerf. puto quòd disputando, hoc posset negari: quia nō apparet, quòd ante d. l. vnicam, hoc esset statutum; quamuis d. l. a iudice. sit posita in titulo, qui præcedit d. l. un. non per hoc sequitur, quòd sit facta ante d. l. unicam, secundum doctrinam glos. in proœm. C. in uerb. secundo loco. } Sco. l. a iudice, condidit Gordia. Augustinus, qui præcessit Theodos. & Valētinianum Augustum annis 188. conditores l. vni, C. qui pro sua iurisdict.

Col. ult. & communis, & ibi glos. not. &c. } Scot. Dec. hic ait, ibi factum, non ius poni.

Col. ult. uerf. ult. excepto Ludouico, cui &c. } Scot. & Decio, qui considerat quòd causa non est integra, vt hic per eum.

De offic. assesso. Tit. 22. *Ad Rubr.*

Col. 2. uerf. propriè assessor dicitur ille, quem nos corruptè Vicarium potestatis dicimus. } Scot. Ego contra; quia Vicarius iudicat. Sed considera de statuto.

Verf. Ang. in l. metum. §. sed quod prætor. ff. quod met. cau. } Sco. per illum text. in verb. me assidente, inuehitur contra eos, qui propè verecundantur esse assessores potestatis: cū ibi Vlpianus, & Sabinus in l. lex Cornelia, §. hac lege, vers. in assessorio, ff. de iniur. fuerint assessores prætorum. Cyn. fuit assessor Ludouici de Sabaudia Senatoris. Raynerius fuit assessor Pisis, & Tuderti: & vtrobique etiam Bart. & Mediolani Martinus Silliman. magister Specul. & ex collegio nostro iudicum, qui omnes sunt laici. Sumuntur assessores iudicum ecclesiasticorū legum ignarorum: quibus in dignitate constitutis delegantur a Papa causæ appellationum fori ecclesiastici. Vnde ego quoque eorum assessor quādoque fui: & interdum reprehendebam aliquos qui inhiabāt salarijs, Maronis poetæ de fucis, verbis fretus: Immunisque sedens aliena ad pabula fucus. credebant enim has esse pensiones super beneficijs, quę sunt merces sine labore, seu expers operæ premiū, vt per Gigan. trac. de pensio. q. 96. col. vlt.

Scholia Fed. Scoti Iureconf. Ad Iason. in Librum secundum Digestorum.

De iurisd. omni. iudi. Tit. 1. *Ad Rubr.*

Verf. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ag. uectig. &c. } Scot. Vide quod ibi notaui.

Ad l. si idem. 11.

Col. 3. uerf. quid in temporibus. Pone statutum &c. } Scot. vide Dec. l. si certis annis, nu. 11. C. de pact.

Ad l. si conuenerit. 18.

Col. 3. uerf. secundò mouetur: quia aliàs istud iuramentum. &c. } Scot. sed hoc toleratur aliquando, ut in generali renunciatione casuum fortuitorum. Ias. l. si mihi, & tibi. §. in legatis, lect. 1. nu. 17. ff. de lega. 1. licet sentiat contrarium hac. col. infra nu. 15. Vide eundē in l. sed & si quis. §. quæsitum, infra si quis caut.

Quod quisque iuris &c. Tit. 2.

Ad l. 1.

Col. 2. uerf. cum non reperiatur iure cantū. } Sco. infra cōtra.

Col. 3. in hoc fortior est diffinitiua: quæ licet iniquissima transit in rem iudicatam, secus in statuto &c. } Scot. Aduerte quòd sententia notoriè iniusta, nunquam transit in rem iudicatam. Dec. post alios in c. quoniam contra, de probat.

Ad l. si quis iniquum. 3.

§. si is pro quo, col. 2. quo casu dicit alibi Ang. quòd mentiuntur per gulam, qui dicunt, quòd princeps. &c. } Scot. vide Ias. in l. admonendi. in repet. nu. 66. ff. de iureiur.

Si quis iusdic. non obte. mp. *Tit.* 3.

Ad l. 1.

Sub nu. 25 uers. item propter cōtumaciam potest imponi testi. } Scot. infra. §. seq. sub nu. 15.

§. is uidetur, sub nu. 15 uer. Adde quòd imò propter contumaciam. } Scot. supra. §. præced. sub nu. 25.

Si quis in ius uoca. non ier. *Tit.* 5.

Ad l. ex quacunque. 2.

Col. 2. uers. istud est uerum, nisi princeps sit in illa ciuitate &c. } Scot. vide Spec. tit. de relatio. §. qualiter, sub nu. 6. Vant. in tracta. de nullit. rubr. vlt. nu. 42.

Ne quis eum, qui in ius &c. *Tit.* 7.

Ad l. 1.

§. quod prætor, nu. 3 uers. item adde, quòd statutum puniēs &c. } Scot. supra tit. 1. l. ex quacunque, nu. 41.

Qui satisda. cogantur. *Tit.* 8.

Ad l. arbitrio. 9.

Col. 4. uers. Tertiò in contrarium facit &c. } Scot. Quod suprà reprobat 1. & 2. col. in princ.

Si quis cautio. &c. *Tit.* 11.

Ad l. sed & si quis. 4.

§. Quæsitum. col. 1. uers. propter casus fortuitos. } Scot. In quibus mors quoque continetur. Paul. Castrens. l. vn. nu. 5. C. de ijs qui ante apert. tabu.

Sub num. 10. uers. sed non est uera solutio per, l. si decesserit, supra, qui satisd. cogan. } Scot. Ego tamen Bart. sequi malim, propterea quòd Bald. & Fulgosius nimis angustant hoc responsum. Quod ait Ias. eum qui promisit se sisturum quempiam, æquè non teneri, si posteà factum sit, vt sistere nequeat, atque si cauisset se stiturum qui obijsset (sic, non contra debent intelligi verba Iasonis) locum sibi vendicat, cum pactio non afficit, qua de hic agitur. d. l. si decesserit. Verum conuentio facit, vt reus nihilominus sit obnoxius: licet in promissionem deducta, conuentionis tempore fieri possent, deindeque fieri posse desierint. Sed adhuc hæc discutienda sunt. Porrò Ludouicus Catus Ferrariensis præceptor meus, ait Bart. de exceptionibus loqui, quas semper potest quis non obijcere: non vt quis promittat se facturum, quod fieri nō poterit. At semper valebit, non excipere. Quod probo. Tu tamen inspice vers. possum igitur, & vers. hęc n. conuentio non inducit obligationem &c. vt inducat impossibile, sed impedit ne excipiat. Quod facile potest. Nam priora Bartholi verba starent pro Iasone.

Vers. non est differentia, an impossibilitas sit a principio, uel superueniat. } Scot. quia neutro casu tenetur.

Sub nu. vlt. uers. contrarium de directo dicit Bald. &c. } Scot. & ipse Ias. sequitur in l. si conuenerit, supra de iurisd. omn. iud.

De ferijs. *Tit.* 12.

Ad l. in pecuniarijs. 5.

Col. 2. vers. secundò contra Bart. pondera &c. } Scot. Facit cōtra Bart. glos. l. 1. C. de dilatio.

Col. 2. vers. adde, quòd etiam termini &c. } Scot. Bart. d. extrauag. ad reprimēdum, vers. super dicto crimine.

Col. 4 vers. dicit se non firmare: & dicit Alex. hic &c. } Scot. Felin in c. a. licet, sub nu. 18. vers. limita quartò, de probat.

Sub nu. 39. uers. sed licet omnes ita teneant &c. } Scot. quos vidit ipse non illi, quos nō vidit ipse. Felin. c. licet. nu. 18. de testib.

De edendo. *Tit.* 13.

Ad l. 1.

Nu. 39. uers. tertiò aduerte. } Scot. Idem dicit in §. omniū, nu. 118. Instin. de actio.

De pactis. 14.

Ad l. item quia. 4.

Nu. 2. uers. item aduerte, quòd ista &c. } Scot. Vide Neguf. tracta. de pignor. 4. membro, 2. part. princ. num. 131.

Ad l. iurisgentium. 7.

Col. 1. vers. cum sint fortiores, ut l. 2. & quod ibi not. &c. } Sco. allegatio quidē facit, vt debeat legi, frequentiores: tamen quia hanc rationem adducit infra prox. ex Rayner. de Forli. videtur legendum, fauorabiliores. Nam ex frequentia nascitur fauor, l. legaui. hìc alleg.

Vers. non requiritur aliquid &c. } Scot. Agenti tamen obstat exceptio, nisi quòd ipse debet, offerat: & suas expleat partes. l. Iulianus. §. offerri, infra de actio. empt. Alex. hic ad fin.

Col. 3. uers. secundò, & notabilius responde ex mente Baldi, & clarius Imo. in l. &c. quòd text. in d. §. quintus, non voluit dicere &c. } Sco. Bal. Forocorneliensis, Iason dubio procul ineptiunt. Hugonem secuti subaudientem, si venditus fuerit, det emptori. Qua de re nihil apud Pomponium. Tum quomodo sit liber, qui ueneat? Disputat Pomponius an seruus, cui testamento relicta sit libertas, si decem soluerit hæredi, pareat condiuioni, soluens legitimo, qui forte scriptum re iudicata secluserit. Et ait parere: cum nihil intersit, qua ratione sit hæres, an intestato, an contra: quemadmodum nec interest, si quid in emptione sit constitutum, quo genere alienationis, quis dñus sit effectus: vt emptionis nomine cōtineatur illud dominiū: quia duodecim tabularū lex alienationis genus oē dixerit emptionem.

 Isti

Isti rerum naturam penitus inuertunt. At ratio dubitationis inuentu facilis erit, si volet quis eã inuestigare. Luculẽter explanauit Irnerius verba Pomponij, vt eo loci notat Accursius. sic intelligit Accursius verba Pōponij, in l.a. C. de vsuc. p empto. & ibi Bart. & Bart. in l. filiusfa. §. diui. 2. nu. 18. ff. de lega. 1. & in l. fin. C. de præd. decur. lib. 10. perillum text. vbi specialissimum est venditionem non comprehendere omnem alienationem. Secus ergò regulariter, d. l. statuliberi a cæteris. hic allegata per Ias. quam Bart. ibi allegat.

Ad l. auus neptis. 3.

Col. 3 uers. ego pro concordia puto &c. } Scot. Alex. consil. 116. col. 4. lib. 2.

Ad l. emptor. 47.

§. Lucius Titius nu. 6 uers. no. ex textu, ibi, nanum, & pro cancellato habebitur &c. } Scot. Tamẽ Castrens. in Auth. cassa, C. de sacros. eccles. facit differentiam inter cassationem, & cancellationem, vt cassatio sit iuris, cancellatio facti; vt si statutum dicat, cassentur, satis sit pronunciatio iudicis: sin dicat cancellentur, opus sit facto, & inductione. Tamen Bart. hic habet cancellare, & cassare, pro synonimis in formatione quæstionis.

De transactio. Tit. 15.

l. de his.

Col. 1 uers. tamen istud non est concludens arg. quia posset respon deri &c. } Scot. Facit hoc contra Bart. in l. qui Romæ, §. fi. q. 3. ff. de verbo. signif.

Scholia Fed. Scoti Iureconsf. &c. Ad Iason. in Librum Duodecimum Digestorum.

De reb. cred. si cert. peta. &c. Tit. 1.

Ad Rubricam.

Col. ult. uers. quartò cogitabis, quid importet illa dictio, rebus &c. } Scot. Ad huius solutionem facit quod ponit Alciat. infra vlt. q. l. 1.

Vers. illamet consideratio cadit etiam hic in isto &c. } Scot. Hoc falsum est: quia hic tractatur prius de mutuo, quàm de iureiurando: in Codice secus. & Iurisconsultus hic intendebat tractare de iureiurãdo meditate, Imperator immeditatè. Vnde rubrica hæc simul, & semel non poterat stare in Codice.

Ad l. 1.

Col 6. uers. Habemus autoritatem sancti Augustini &c. } Sco. Augustinus libr. 16. c. 20. de ciuit. Dei. sunt autem verba Augustini: Hinc fortassis effecta est inter homines pacifica consuetudo: vt quando terrenorũ aliquid partiendũ est, maior diuidat, minor eligat.

Col ult uers. Nam cum unum ab altero, idest ab eadem radice descendat &c. } Scot. Nec potest negari, quin creditor credat creditum. Facit glos. Instit. quib. nõ est permiss. §. præterea, verb. iudicium, vers. si enim arbiter &c.

Vers. & quia non consentitur minus idoneus. } Scot. tamen Docto. dicunt eum qui fideiubet, male vti substantia sua, sicut eum qui accipit sub usuris pecuniã, in l. si constante. in princ. infra solu. ma tri.

Ad l. 2.

Col. 2 uers. quis quando dubium est, quis contractus &c. } Sco. in fra nu. 9.

§. mutui datio col. 3 uers. in glos. ibi sed ibi speciale &c. } Scot. l. miles, §. fin. infra de re iudic. vide infra col. seq. vers. quartò fallit.

Vers. licet Bart. teneat istam &c. } Sco. Idem infra col. seq. in princ.

Vers. est bene speciale in ecclesia. } Scot. Vide Socin. aliud ponentem de ecclesia.

Col. 4. uers. quartò fallit. } Scot. Vide supra col. præced. vers. in glos. ibi, sed ibi speciale.

Col. 5. quando testator reliquit fratribus. 15. salmas uini &c. } Sco. Quod dubitabile est: quia genus non perit at fructus vinę perit, l. ex eo, ff. de trit. vi. & oleo lega. l. inter stipulantem, §. sacram, infra de verbo. oblig.

§ Creditum, col. 2. uers. & ibi reseruo, dicturum. } Scot. vide Ias. in d. l. talis.

Ad l. 3. cum quid licet. 2.

Col. 3 uers. & per hoc redditur dubia &c. } Scot. vide infra sub nu. 13.

Col. 4. uers. minus uitiat inepta &c. } Scot. vide supra sub nu. 17.

Col. 7. uers. si sunt plures domini unius castri, tot debent fieri &c. } Scot. vide Tiraq. tracta. de iur. primigenio. in præfat. nu. 143.

Ad l. certi condictio. 9.

§. quoniam. col. 2. uers. & tunc benè fateor, quòd non est differentia &c. } Scot. Dum tamen non suo, sed eius nomine, vt in princ. not. opp. 1. & infra §. seq.

Ad l. singularia. 15.

Sub nu. 37 uers. quod d. l. fin. non corrigat &c. } Scot. Dec. hic, col. pen. in princ.

Col. seq. uers. licet disputando posset aliud dici, & attentari contra commu. opin. } Sco. Sed ineptè, tum propter prox. rationem: tum quia rubr. est de nouatio. & deleg. & sic in speciali significatione. Ergò l. seq. debet accipi de nouatio. in specie: quia regulariter rubrum ostendit mentem nigr. Præterea ratio legis non militat in delegatione, in qua nunquam fuit dubitatum. nec itum per coniecturas, vt fuit in nouatione.

Ad l. vinum. 13.

Col. pen. nu. 33. uers. primò habes ex hac glos. &c. } Scot. vide Io. Baptist. tracta. de arbitr. lib. 10. c. 10. col. 3.

Ad l. qui pecuniam. 30.

Nu. 3. uers. etiã si quis confiteretur recepisse cũ iuramẽto &c. } Scot. Aduerte quia videtur male loqui. Nam iuramentum operatur, cum dicitur, iuro quòd recepi, vel uera esse quæ confessus sum. Castrens. d. l. fin. col. 2. sed nihil operatur per d. l. fin. cum dictũ est, iuro me redditurum. Tunc enim subest illa conditio, si accepero: sicut in confessione nõ iurata per d. l. fin. Ias. idem quod hic repetit col. seq. uers. tamen duo tẽdunt &c. facit glos. l. si ex pretio, uerb. scilicet in chirographo, uers. uel scripsit, quod sic confitebatur &c.

Col. 2. uers. quod si quis confite tur se recepisse &c. } Scot vide quod notaui supra ampl. 6.

Col. fin. uers. tunc competit exceptio doli. } Scot. ergò mero iure tenetur. unde necessaria est suppletio glossæ contra ipsummet.

Vers.

Vers. inuenio quòd Abb. Panorm. &c. } Scot. vide hic Alciat. & in rubr. de verb. oblig. adnotaui ad Abba. d. c. fi.

Ad l. cum fundus. 31.

§. ferium tuum, col. 2. vers. Iurisconf. nihil decidit: sed dicunt Doct. &c. } Scot. inf. nu. 6.

Col. 3. nu. 6. vers. quando iurisconf. formet quaestionem &c. } Sco. sup. col. prox. ad fin.

Ad l. lecta. 40.

Col. 4. vers. verbum, promisit, est magis generale &c. } Scot. contrarium tenet in rubr. de verb. oblig. nu. 3.

Vers. secundo limita, quando in scriptura publica &c. } Scot. contrarium tenuit in rubr. de verb. oblig. in princ. vbi dixit, verbum, conuenit, non importare stipulationem. Vnde infert ad dictum Baldi de clausula, Hoc acto, & conuento &c. & demum se remittit ad nota. hic per se.

De iureiurando. Tit. 2.

Ad l. ait praetor. 3.

Sub nu. 18. vers. secus est in iuramento necessario. } Scot. Bal. in l. qui accusare. C. de eden. tenet, non deferri in criminalibus in supplementum.

Ad l. admonendi. 31. in Repet.

Scot. Nihil hic ponit Ias. quod in fonte prius non viderit, vt ipse dicit inf. sub nu.

Ad l. manifestae. 38.

Scot. An reo, an actori, facit text. in cap. 1. de success. fratr. in fi.

Col. 1. vers. amplia regulam istius legis &c. } Scot. vide infr. col. 4. vers. duodecima causa est.

Nu. 3. vers. nunquid ista lex procedat &c. } Scot. vide add. ad Bart. & Alex. Socin. omnino cons. 184. dubius, & difficilis &c.

Col. 4. vers. sed quo ei restitui: certè iuramentum &c. } Scot. vide inf. nu. 8.

Vers. unde tunc potest iuramentum licitè recusari. } Scot. Vide sup. leg. iusiurandum & ad pecunias, §. ait praetor. nu. 4.

Vers. Duodecima causa est. } Scot. Vide sup. in princ. vers. amplia regulam istius legis.

Col. ult. vers. ego teneo, quod isto casu. } Scot. & firmauit sup. col. praeced. post nu. 7.

De condict. cau. da. cau. non secu. Tit. 4

Ad l. si extraneus. 6.

Col. 3. vers. dictio, fortè, adiuncta illi verbo, euidentissimis, habet &c. } Scot. Imò dictio, fortè, non refertur ad verbũ, euidentissimis, sed ad verbum, ostenderit.

Ad l. dedi tibi pecuniam. 16

Col. 1. considera, si esset melius dicere &c. } Scot. Ego dicerem, dedit, poni respectu linguae vulgaris, tradidit respectu linguae latinae: & idem sonare vtrunque verbum. Facit quod scripsi in rubr. ff. de op. no. nuncia. colum. 31. vers. de illo quaeritur, & vers. per contrarium.

De condict. ob tur. caus. Tit. 5.

Ad l. 1.

§. si tibi ob indicium, col. 2. vers. imò non facit indicium sufficiens ad torturam. } Scot. Ergo in casibus exceptuatis saltem facit indicium sufficiens ad torturam.

Vers. ultra fallentias. } Scot. Idest casus exceptuatos, vide duas notabiles &c.

De condictio. indebit. Tit. 6.

Ad l. si non sortem. 26.

§. libertus, sub nu. 24. vers. item fabriles. } Scot. sup. sub nume. 3.

Ad l. frater a fratre. 38. in Repetit.

Scot. Haec repetitio est, prior quae lectura, teste ipso Iasone, sup. in princ. lect.

Ad l. Iulianus verum debitorem. 60.

Col. 9. vers. Bart. met. metu talis scandali consuluit &c. } Scot. Facit glos. in l. in laqueum, ff. de acquir. rer. domin. vbi Bulgar. obstinuit ab apprehensione ferae existentis in laqueo metu scandali, non metu iudicij.

Scholia Fed. Scoti, Iurisconf. &c. ad Iason. in librum Decimum nonum Digest.

De praescriptis verbis. &c. Tit. 5.

Ad l. si dominus. 8.

Vers. diligenter nota, quòd geminatio in istis &c. } Scot. infr. l. Titius, col. vlt. & col. pen. vers. & fuit tenta.

Ad l. ob eam causam. 9.

Vers. Sed etiam potest concludi, quòd promissa praestentur. } Scot. inf. l. si. iur.

Scholia Fed. Scoti, Iurisconf. &c. Ad Iason in librum vigesimumquartum Digest.

Solut. matrimo &c Tit. 3.

Ad l. 1.

Col. 3. vers. Tertio noto &c. } Scot. Hoc notabile reprehendit Dec. in cons. 301. col. pen. vbi declarat dictum Salyc. de quo. inf.

Ad l. 2.

Col. pen. vers. aut praecedit contractus, de cuius natura &c. l. in creditore, ff. de euict. } Scot. vbi Bal. post Lambertũ de Salinis, quòd teneor facere alij a me causam habenti: quae verba sunt pinguiora his, quae hic habentur.

§. Voluntate, col. 2. vers. ista tamen differentia vocabulorum est periculosa. Pondera ibi text. in contrarium &c. } Scot. Pondera etiam sup. num. 1. vers. & in simili &c. vbi scientia, & patientia operatur consensum, iunc. ver bis rubr. & c. 2. ibi alleg. & sic ficta & tacita voluntas importat consensum.

Ad l. diuortio. aliàs. §. Papinianus. l. fructus. 7.

Sub num. 29. vers. in dubio praesumentur nullae: quod valde signa } Scot. Adde Sapiam in add. ad Abb. in c. Quod autem, de iu. patro.

§. Quod in anno. col. 2. nu. 13. vers. pro confirmatione istius regula. } Scot. vide Moder. in add. ad cons. Alex. 154. li. 2. ubi addidi.

Nu. 25. vers. secus in dispositione legis, vel statuti. } Scot. Advertte, quia sup. non semel in discursu dicit, statutum intelligi

intelligi secundum hanc regulam, vt sub num. 13. nu. 17. nu. 19. (quanquã ibi aliud militat) sub nu. 2. & vers. 15. nu. 23.

§. Interdum. vers. si aliquis facit expensam pro recuperando castrum &c. Scot. infr. §. seq. col. 1. Ruin. cons. 100. in fin. lib. 4. Socin. in cons. 68. num. 14. lib. 2. Bellon. cons. 10. num. 2. qui non vidit, nec Io. nec Ruin. contrarium & male sensit istemet Ias. in l. si non fortem §. si centum, in fi. vers. aduerte tamen, sup. de condictio. indeb. Est enim secutus autoritatem prædicti Io. & male, quia ibi non perpendit eum aliter sentire, quã ipsemet intellexerit, secundum Menoch. in Commen. recuper. possess. remed. 11. num. 18. qui tamen non facit mentionem huius contrarietatis: cum non meminerit huius loci.

§. Impendi. Malè vulgo allegatur §. impendia. col. 1. vers. si uxor dederit castrum in dotem marito. Scot. vide §. praeced. num. 4.

Ad l. si constante. 24.

Vers. Bart. in repetitionibus suis peius locutus fuit, quã in aliis locis &c. Sco. Sic male loquitur vbicunq; protestatur se submittere dicta sua determinationi sanctæ matris ecclesiæ, & Theologorum: vt tradit Cagno. in repet. l. fin. sub nu. 106. C. de pact.

Nu. 10. vers. tunc demum constante matrimonio propter inopiã mariti &c. Scot. vide inf. nu. 186.

Sub nume. 42. vers. Tertia fuit opinio subtilium ultramontanorum, Petri de Bella pertica, & Iac. de Aret. Scot. Hic fuit citramontanus: quia Parmensis. sed sic appellatur, quia professus est vltra montes, quippè in studio Tholosano, vt per Spieg. in lexi. de Iurecon sultis.

Nu. 180. vers. si maritus uergit ad inopiam. Scot. vide sup. num. 8.

Sub nu: 192. ver. & dicit Ludoui. Roma hic, se ita aliàs cõsuluisse Florentiæ contra Bar. & obtinuisse, & ita cõsuluit &c. Sco. vbi punctualiter consuluit in eodemmet casu Florentiæ, in quo contrarium consuluit Paul. Castrens. quem stàtim sup. retuli. Quomodo ergò obtinuit Castrens. si Roma obtinuit, ni si fuerunt latæ contrariæ sententiæ? Quo casu adhuc neuter dicitur obtinuisse: nisi in diuersis iudiciis seu causis, & diuersis temporibus, ac personis, tam partium, quã iudicum latæ fuerunt ipsæ sententiæ.

Scholia Fed. Scot. Iureconf. &c. Ad Iason. in Librum vigesimum octauum Digest.

De liber. & Posthumis. Tit. 2.

Ad l. 1.

Col. 3. vers. contrarium quod imò &c. Scot. vide inf. vers. octauò facit.

Vers. statutum requirens pro forma &c. Multò magis, vbi non requiritur pro forma: vt est de iure communi. Bart. l. prolatam, col. 3. C. de sent.

Col. 4. vers. quod est pro forma requisitum. Scot. Facit l. pen. de negot. gest. a contra. sensu: & ibi induxi.

Vers. §. iustum. inf. de acquir. hared. Scot. vbi tamen vide Alexan.

Col. 5. vers. l. vniuersa. C. de precib. Imper. offer. Scot. Adde de iudice, vt recitet ex scripto. l. 1. C. de sentent. ex peric. recitan. vt sedeat, si possit, eo. tit. d. l. 1. gl. l. prolatam. C. de sentent. Adde de tactu scripturæ in iureiurãdo, per Abb. c. h. de iureiur. nu. 9. simile Theologi de baptizante, vt nihil agat, si dixerit, Baptizo te in nomine genitoris, geniti, & procedentis. Alber. in Dictionar. verb. Baptismus.

Ad l. placet. 4.

Colum. 2. vers. quando testator simpliciter, & in genere &c. Scot. Adde in arg. l. commodissimè, verb. purè, inf. eod.

Ad l. si posthumus. 14.

§. Quod vulgo uers. etiam ipse excluditur per substitutum. Sco. expressim, & separatim: non autem tacitè, & coniunctim, puta pupillari facta duobus institutis impuberibus: qua continetur vulgaris tacita. Hæc enim potius coniunctim, quã separatim facta intelligitur. Vide Alciat. in l. hæredes mei §. cum ita, in vulg. subst. tit. cõiunctim facta, exemplo 6. & sic Ias. in casu suo loquitur tantum intelligendus est, cum scilicet substitutio expressa est, & separatim facta: vt fuit hic: vide tamen, quæ ponit Bart. l. 1. ff. de vulg. & pupill. circ. tacitæ vulgaris effectus. Vnde possis elicere aliquid, quod dubiam fortè reddet Alciati intelligentiam: eaq; Bart. dicta expende, antequã vtrolibet inclines.

Ad l. Titius. 25.

§. Lucius, col. 2. ver. ille tex loquitur in tutela, qua respectu &c. est onus &c. Scot. vide not. per Ias. sup. in princ. huius l. nu. 7. cum seq.

Ad l. filius a patre. 28.

§. si quis ex certa. vers. No. quòd qui se nimis restringit &c. Scot. & e contrario, qui se minus extendit, l. fi. C. de dot. promiss.

Ad l. Gallus. 29.

Col. 7. vers. & ad hoc facit text. in l. 1. in princ. ff. vn. cogna. ibi neq; ex iure ciuili &c.] Scot. Et male. Non. n. per verba, neque ex iure ciuili orig. &c. uult innuere dari bonorum possessionem ex iure ciuili, sed potius ostendit Iurisconsultus, non uocari per Vn. cogna. eos, quibus iure ciuili defertur successio, ut declarat uers. nam eos &c.

Vers. respondetur, quòd ius ciuile vtitur &c.] Scot. vide tamen Socin. in l. 1. §. si quis simpliciter. 3. not. ff. de uerbo. oblig. ut sup. 1. lect. adnotaui.

Vers. probatur ratione, quia lex ciuilis &c.] Scot. Hoc videtur falsum. l. nec nos. C. de captiuis.

Col. 8. vers. licet ius ciuile referat ius prætorium &c.] Scot. l. 1. cum glos. si pars hæred. peta. glos. l. 2. de possess. hæred. petitio. facit l. 1. cum glos. ff. commo.

Col. 9. vers. quam putauit petitam &c.] Scot. Imò text. ait, nec petitam fuisse: aliàs quod factum non est, haberi ratum non potest: nisi intelligas illud, quod sequitur, s. mox filius adeat, includere petitionem bono. possesso. quod durum est.

Vers. illa dictio, si, ponatur pro quia.] Scot. Si legas. Tu qui, ut in s. adnoto, non est opus istis: adnotaui sup. ad 1. & 2. lectu.

Vers. dum ibi dicitur, tuque.] Scot. Alicubi legitur, tu qui, sic dictio, si, respicit primum dictum tantum: nec opus est hac defensione.

Ad l. 1. lectu. vlt.

Col. 1. vers. ipsi tamen filio delata dicitur &c.] Scot. Vide l. si quis mihi bona. §. sed vtrum. l. si ego. l. si seruus eius. ff. de acquir. hęred.

Vers. loquitur in casu illo speciali.] Scot. vbi negabat in consequentiam, cum liberam se esse assereret: non autem principaliter. Imò aderat mens adeundi, dominoque parendi, si putasset iubentem dominum.

Vers. delata propriè dicitur hæreditas.] Scot. vide quod adnotaui ad Bartol. in l. ventrem. colum. vlt. de acquir. hæred.

Vers. d. l. 6. delata.] Scot. Intellige hanc l. delata, de impedimento iuris, non facti.

Col. 2. vers. secus ergò erat de iure antiquo.] Scot. Ita videtur sensisse glos. l. qui in aliena. in princ. ff. de acquir. hæred. vide glos. dict. leg. final. quis ordo in bono. posseß. dum allegat dict. leg. fin. C. de bo. quæ libe.

Col. 3. vers. in foro conscientiæ.] Scot. Imò sola deliberatio adeundi, propositumque mente conceptum non obligat in foro conscientiæ. Paul. Castrens. dict. l. munum. sed contrarium, sub dubio, forte, vult Bartol. in l. pro hærede, penul. quæst. de acquir. hæred. vult tamen idem quod Paul. in l. gerit. in princ. d. tit. de acquir. hæred.

Sub num.

Sub nume. 27. vers. non procedit de iure canonico. } Scot. Tamen aliud sentit Abb. in d. c. scripturæ. Intelligit enim dict. §. vero loqui quoties vertitur præiudicium patris.

Vers. aliam rationem Ias. hic adducit. } Scot. Quæ bona est, vt adnotaui ad Iasonem.

Versic. Quia etiam in contractibus &c. } Scot. Tu aduerte, quòd resolutio contractus est indiuidua, vt ll. hic alleg. sed acquisitio diuidua est: cum possit quis acquirere, & alius obligari sine emolumento. l. quemadmodum. ff. de iur. dot.

Versic. ut per Bart. in l. is potest, col. 3. ad acquir. hæred. } Scot. Fortè posset esse ratio, quia in contractibus tenetur peculio tenus pater: & ideo, quia inducitur consensu ipsius: at in hæreditate insolidum teneretur contra suam voluntatem. Hoc sensit glos. l. fin. in prin. verb. contractus, non ergò &c. inf. de bon. quæ lib.

Sub numero. 39. versicul. l. hoc iure, §. non potest. ff. de donat. } Scot. Sed ibi glos. confundit Dec. loquens in casu nostro, idest, de seruo, seu filio, qui acquirunt domino, vel patri inuito donationem, & ibi Bart. Et distinctionem quam subiungit hic, non vult pertinere ad donationem infra vers. & quod sup. dixi, de acquirendo, & vers. & hoc intelligitur &c. loquitur in absente. sic vers. & tali casu &c. concludit igitur Decius, inuito nõ acquiri donationem, contra glo. & Bartol. d. §. non potest, & in d. l. illud. glos. not. in absente.

Sub nu. 72. vers. uidetur respicere ingratitudinem filij. } Scot. Et principaliter de filij meritis agitur in quærela. d. l. filius, & ibi Bart.

Sub num. 83. versic. vbi ex probabili credulitate mandatum probatur. } Scot. vt puta fide dignis credendo. vide Bartol. l. qui fundum, §. procurator. ff. pro empto. Ias. hic, nu. 5.

Sub numero. 88. versic. ubi text. dicit, quod filij sui sunt &c. } Scot. Caue, quia ibi dicitur, quoniam sui non sunt: & ita facit pro Baldo de quo subijcitur. Sed Socin. quoque legit absq; negatione, in leg. si filius qui patri. col. 9. nu. 16. de vulg. & Ias. in l. si emancipati, col. 7. circ. med. inf. de collat. Pandectæ Haloandrinæ habent, quoniam sui sunt: Florentinæ habent, quoniam sui sint.

Sub numero 90. vers. gratia exempli, vt colligitur ibi, vt puta. } Scot. Extra referentis exemplã glo. in l. 1. verb. successorio. ff. de iur. et fac. ignor. Et si filius repudiata parte, vel expressè, vel tacitè, vnde liberi, admittitur, vnde agnati, & deinceps: quare agnatus repudiata, vnde agnati, non admittetur, vnde cognati? Diuersitatis ratio non est. Ius igitur idem obseruandum est. l. 1. inf. de liber. præter. l. 3. vbi Castrens. de iniust. nupt. irr. testa. cum simil. Et fauor liberorum parentumq; in d. leg. 1. versatur in longiore spatio temporis ad bonorum possessionem petendam indulto, non in hoc auxilio, quod omnium commune est. dict. §. sed videndum, cum §. quibus, vt hic per Dec.

Sub nu. 98. vers. etiam in optione serui &c. } Scot. Quæ & ipsa comprehenduntur in l. actus. inf. alleg. & econtra quæ iuris est, appellatur etiã poss. bo. vt seq. apostil.

Col. pen. vers. l. pen. in princ. ff de success. edic. } Scot. vt seq. apostil. Tu allega.

Vers. Allegat in simili bonum textum. } Scot. Tu allega pro Bald. text. in terminis in l. cognitio. §. vt possessio bonorum. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. Dec. hic, & per mendicata suffragia ad hoc probandum, vide text. in l. 1. §. si filius ab hostibus. ff. de vētr. in possess. mitt. vide etiam Dec. d. §. vt possessio bonorum. Vide in l. 3. §. causæ cognitio. vbi de Carboniana dicitur, non datur bonorum possessio. & inf. eo. §. possessionem bonorum accipiat; & l. satisque de in ius vocan. l. consentaneum, verb. possessionem bonorum. inf. quomo. & quan. iud. l. filium emancipatum. vers. possessionem bonorum. ff. de acquir. hæred. §. si quis tutor, Instit. de suspec. tutor.

Vers. vbi solui iudicatum, & iudicatum solui, idem significat. } Scot. Contra per Ang. & Castrens. ibi videntur Docto. legisse, solui iudicatum. sed legitur in meo codice, iudicatum solui. vnde cessat hæc argutiola.

Vers. intelligitur, scilicet, bonorum &c. } Scot. Facit glos. bis supplens, in leg. propter veneni. ff. ad Sylla. in princ. & §. 1.

Colum. ult. vers. ibi non erat cursus. } Scot. Sed actus volentis adire, vide ibi glo.

Ad l. emancipata. 4.

Sub numero. 14. uersic. quidam alij adducunt nouam rationem &c. } Scot. Est Alciat. lib. 4. Paradox. c. 5. ad fin. vt per Zanchum repet. §. cum ita. sub nu. 162. l. hæredes mei. ff. ad Trebell.

Vers. assumptum supra factum non est uerum, quod qui vnum instituit &c. } Scot. Aduerte, q. instituens non videtur cogitasse de venientib. ab intestato. Bar. l. 4. §. fi. de condit. instit. quamuis lex eos vocet. Et ideo non intelligitur se conformare dispositionem l. Sed hominis dispositio tollit dispositionem legis, de quo dicto pulchrè Soc. & Ias. hac l. & l. 3. de lega. 1.

Nu. 19. vers. quando Imperator respondet ad contingentiam facti. } Scot. Contra, quoniam debet formari casus, quàm possit dubitabilior, ne videantur Imperatores consuli, & respondere de iure aperto & antiquitus deciso, vt not. Doct. in l. eam quam inf. de fideic. Facit Alciat. in l. vt responsum. col. 2. versic. non enim ad magnos. inf. de transact. Pro dicto tamen Decij facit Abb. in c. ad aures. col. 2. vers. item non videtur, de rescript. & c. tua nos. de sponsal. vide Neuiz. in Syl. nupt. char. 150. col. 1. in antiq. & Francisc. Bal. in cons. de nou. iur. ciuil. demonstr.

Sub nu. 21. vers. de except. in 2. not. } Scot. Quomodo detur ad ius vniuersale vendicatio, & quotuplex sit vniuersitas, vide clarius per Ias. in l. 1. colum. 17. nu. 117. ff. de lega. 1.

Sub numero 29. uersic. in l. 2. §. primo autem. } Scot. credo quòd voluerit allegare. §. pro qua quisque parte in lectu. prima allegat. §. defertur, verb. autem, uacat hic.

Ad l. fin. 9.

Vers. in agnitione bono. possess. præsentia iudicis requiritur. } Scot. Fallit, quoties ipso iure accrescit bono. possess. leg. un. nu. 16. inf. tit. 1.

Vers. iudex, & prætor vnius adeatur. } Scot. argumen. contra in leg. quæ sub conditione. §. fin. ff. de condit. instit.

Col 3. vers. Non tamen excluditur decretum &c.] Sco. Quod videtur procedere: cum bon. possess. facti, dentur iudice non sedente, atque de plano, glos. d. l. a. §. dies. & diebus feriatis. Adnotaui ad d. glos.

Col. 4. vers. ad effectu transmissionis hoc requiritur.] Scot. Licet adhuc requiratur decretum in bon. possess. facti, vt Carbon. ventr. & data gratia litis agnoscendae: vt Docto. hic declarant, tamen hoc intelligitur quoad transmissionem. Sufficit autem simplex agnitio, ad hoc, ne currat annus, & perdi tempore possit. Alex. hic latius col. 2. versus.

V ers. furioso petitur, ergò delata videtur, alter &c.] Sco. l. delata, ff. de verbo. signif.

Vers. ista tamen agnitio non defert, & producit eundem effectum prout olim mediante decreto &c.] Scot. Et ita habetur hodie bonorum possessio per simplicem agnitionem, sicut olim per decretum. Et magis effectum quàm modum acquirendi inferunt ea verba, in d. § nos itaq; & ad similitudinem bonorum possessionis habere, cum praecesserit verb. agnoscere. Et dic bonorum possessionis hodie iudicialis: vt concluditur hic per Doctores, olim decretalis. Nam eadem est substantia.

Colum. 5. versicul. & leg. 1. in 1. q. supra eod.] Scot. Facit l. in conditionibus, §. si patronus. ff. de condit. & demonst.

Vers. respondere potest, quòd Bald. loquitur &c.] Scot. si responsio haec esset vera, Fulgosij conclusio non procederet, quoties contradictor appareret, qui impediret: nisi dicamus secundum Dec. hic, hanc agnitionem non habere contradictorem: quia nihil a iudice, nec a parte petitur.

V ers. sed secundum determinationem & declarationem iuris antiqui.] Scot. Et superfluè, arg. glos. l. sciendum, in princ. ff. qui satisd. cog.

Vnde liberi. Tit. 14.

Ad l. 1.

Col. 2. vers. allegat Specul. in tit. &c.] Scot. Vide inf. l. vt liberis, in princ. de collatio.

Ad l. qui se patris. 3.

Dol. 2. vers. & tum suus dicitur.] Scot. Idem Alex. in l. si filius, qui patri, col. 6. de vulg.

Sub nu. 10. vers. natura dictionis, maximè, est &c.] Scot. Adde quòd idem facit dictio, magis, vt si dictum sit, eo magis, quòd emancipatus est, vel similibus verbis. leg. si societatem. §. arbitrorum, vers. in proposita, vbi Bart. ff. pro soc. Idem de verbo, praesertim. l. 1. cum glos. sup. in quib. cau. in integr. restit. non est necess.

Vers. ff. de ijs quib. vt indign.] Scot. Tamen si ego haeres extiterim Titij, qui fuit Seij, rectè petam haereditatem Seij. l. 3. resp. 2. ff. de petit. haered. Possumus dicere hoc tolerari in libello, si nihil intersit partis, vt verba improprientur: & quandoque requiri in eodem, quoties interesse possit: quod vltimum Bart. ibi exprimit.

Sub num. 20. vers. quantum ad § placebat.] Scot. vide glos. simil. inf. rubr. de successo. edic. in fin. quae tamen applicat etiam facultati abstinendi, verb. hodie. ante fin. Sed exponas, idest, post beneficium a praetore indultum, contra rigorem leg. 12. tab. cuius respectu dici potest beneficium illud hodiernum: quemadmodum appellamus leges, iura quae noua respectu eiusdem l. 12. tab. quae post illam sunt inducta. l. 1. cum duab. seq. ff. de petit. haered. l. tutela. de capit. dimin. cum similib.

Col. pen. vers. responderi potest, quòd maior ratio &c.] Scot. Contra Ias. col. 15.

Col. pen. vers. desinent admirari considerando &c.] Scot. Vide Dec. in leg. venia. colum. secunda & 3. sup. de in ius voc.

Vers. reiecta opinione Vltramontanorum.] Scot. Quam sequitur Ludo. Catus hic, argum. l. 2. §. obijcitur, versic. vnde cumque. ad Tertull. vbi Iurisconsultus generaliter locutus, subijcit duo remedia haereditatis & bono. possessionis, vnde decem personae, vt ibi debet intelligi. Ergo excludit tertium, quod quidem si subesset, imperfectus fuisset Iurisconsultus. Adducit etiam l. si ad patrem, de suis & legit. vbi pater per, vnde decem personae, excludit matrem, nec fit mentio possessionis, vnde liberi. Ergò si competeret, vnde liberi, videretur non excludi matrem, per Vnde liberi, quia de ea dictum est. Quod esset absurdum, a sufficienti partium enumeratione. Inducit etiam text. l. 1. §. fin. si a parent. quis fuer. manumiss. vt ibi per eum, qui ponderat illud quod ibi dicitur, per text. & glos. quòd pater habet iura patronatus in filium. Sed patronus non habet vnde liberi; Ergo & c. Quod dicitur de antiquo iure, quod habebat etiam non manumissor, intelligitur de bono. possess. vnde decem personae: de qua Insti. de bono. possessio. §. & cum de testatoris. vers. Tertiò decem. Inducit etiam alium text. & respondet ad fundamenta Bart. & sequacium hic.

Vnde legitimi. Tit. 15.

Ad l. certum. 5.

Col. 1. vers. statuta, quae communiter disponunt, quod agnati &c.] Scot. In lege Mosaica masculus excludit foeminam. Nume. c. 27. Alex. cons. 6. lib. 6.

Col. 2. vers. statutum, per quod res ad primaeuum &c.] Scot. Ias. in simili, in l. Marcellus. col. 11. in princ. ff. ad Trebell. Tu considera, quòd magis primaeua est natura iuris gentium, ad quam ius Auth. redijt. Hoc autem statutum redit ad ius benè exclusum, ergo odiosum. Auth. quib. mod. natur. ef. sui. §. adoptionis, vers. & non erit decens.

Vers. Hoc etiam videtur approbatum in iure ciuili. l. defunctis. &c.] Scot. verb. abstinentibus, vt inducit Alexan. in d. l. necessarijs. col. antepe. in princ. referens Saly. & Romanum hoc reprobantem.

Nu. 7. vers. pulchra est dubitatio, an poena &c.] Scot. vide glos. verb. certoquè casu. ca. cum secundum leges. de haeret. lib. 6. vide omnino Alex. cons. 229. 6. vol. col. 2. num. 6. vbi sequitur Anchar. & Cald. Facit Castrens. post Bald. in leg. si nondum. in fin. sup. de furt. & seru. corrupt.

Colum. 3. versicul. vt no. in c. filius. de testa.] Scot. & Dec. in rubr. de constit.

Colum. 4. versicul. Facit text. in l. 2.] Scot. vide glos. ibi, verb. volenti. Facit reg. leg. inuito beneficium, de reg. iur.

Col. 5.

Col. 5. uers. secundum naturam tituli. Scot. sed ille titulus est generalis ad titulos subsequentes. Igitur dicta ibi sunt referenda ad suos speciales titulos, & secundum eos intelligenda, ca. generi per speciem, de reg. iur. in 6. cum simil.

Col. 6. uers. emancipatus succedit ad similitudinem suorum, l. meminimus &c. Scot. Aduerte, quòd l. meminimus loquitur ab intestato secũdùm naturam tituli in quo posita est, arg. l. Imperatores, de in di. addic. & eius quod notant Doct. in l. fi. supra tit. 1. in fin.

Vers. in arbitrio boni uiri citatio requiritur. Scot. Vide per Doct. l. 1. de lega. 2. & Bar. d. l. alio, col. 4. de alim. lega.

Vnde uir, & vxor. Tit. 18.

Ad Auth. præterea.

Sub n. 9. vers. Cor. Perus. cõcludit hic, quod nõ: & dicit se &c. Scot. Vide Socin. consi. 108. per totum.

Nu. 21. vers. an vxor pauper &c. Scot. Vide Crauet. cõs. 199. nu. 5.

Nu. 22. vers. quæritur de quæstione &c. Scot. Vide Crauet. d. cons. 199. nu. 6. Dec. in l. diuus Pius, in fi. ff. de regu. iur. & de turri habes glos. per illum text. in l. a. C. de præd. & omnib. reb. nauicul. lib. 11.

De collatio. 20.

Ad l. pactum. 3.

Sub nu. 2. vers. uidentur militare rationes omnes, quæ communiter &c. Scot. Imo non militat illa ratio, quia de facili quis remitteret ius futurum pro modico de præsenti: nec ratio d. l. fi. de suis & legit. iun. c. §. nostra. Adde quòd lucratur, quia habet ante mortẽ patris. Abb. d. consi. 116. col. 2. post med. cessat ẽt ratio captãdæ mortis, quæ est. d. l. fi. supra de pact. & cessat ratio d. l. si quando, §. illud, supra de inoffic. test. q̃a ibi minus debito, hic totũ dat si est. Cessat etiam ratio l. hæreditas, supra de pact. conuent. cum similib. quia potius est quota bonorum, quã hæreditas, vt subiungit hic Dec. ad aliud ex mente Aret. in l. qui superstitis. col. 2. de acquir. hæred. Dec. hic, vers. Sed posset responderi ex his, quæ Aret. &c. cum viuentis non sit hæreditas. d. l. qui superstitis. l. 1. ff. de hæred. uel act. vend. l. 1. pro hæred. Bart. l. Gallus. §. etiam si. col. 1. de liber. & posthu. Militat sola ratio l. vtrum, de verb. oblig. quã citat hic Paul. & Bald. Sed respõderi potest, quòd vltra legitimam non est spes probabilis: & lucrat.

Col. 3. vers. limitatur primò, nisi filia &c. Scot. Post renunciationem, aliàs secus, vt infra in fi. huius limitatio vers. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. & Castrens. hic in princ. allegans cap. 2. de renunc. ad quem addidi.

Vers. Venio ad secundam quæstionem. Scot. Vide Bart. d. l. stipulatio hoc modo, vers. facio aliam quæstionẽ. in vlt. verb.

Vers. illud pactum videtur factum in fauorem filiorum &c. Scot. Vide simile p Dec. in c. ecclesia, col. 19. circ. med. de constit.

Col. 4. vers. arg. l. Liubemus, §. ad Trebell. Scot. §. finautem, vbi fideicommissarius excluditur, si nepos, ac deinceps superuiuant prioribus, non si præmoria ntur. Facit etiam. §. 1. vbi pater nõ satisdat pro fidei commissis filio, rebus sic stantibus, idest non inducta vxore secunda, vel testatore specialiter nõ prohibente. Vide tamen Bald. ipsum Paul. hic allegat, l. quod Seruius, de condict. ob caus. & Alex. loco infra prox. alleg.

Col. 4. vers. si filia renunciauit patri hæreditatem matris absentis &c. Sco. Tamen Mille. in repert. verb. renunciatio, dicit generaliter per præsentem quæri absenti.

Col. 5. vers. c. ita quorundam, de iudæ. Scot. Melius in ca. & si Iudæos, in fin. verb. Christianis omnibus. eo. tit.

Col. 6. vers. d. l. 1. §. si parens. Scot. & per glos. verb. acceperit. d. §. si quis nummos.

Vers. de quo loquitur text. in d. §. si parens. Scot. Facit l. 1. §. aduersus. ff. si quid in fraud. patro. & ibi gl. verb. omisit.

Ver. ista ratio Moder. conueniret, posito quòd uerum esset &c. Scot. nec Ias. aliter intelligit.

Vers. hoc modo locum habent allegatá in contrarium. Scot. si tamen consideramus mentem, Isaac non legitur consensisse: imò ignorauit: & factum ipsius patris Isaac fuit nullum, per l. quoties, & ibi glos. de hæred. insti.

Col. 7. vers. in ista quæstione solùm agitur de interesse filia &c. Scot. Tamen etiam statutum factum est ad arcendã fraudem cum metu. Doct. l. transactionem. infra alleg.

Col. ult. uers. in cap. 1. in uerb. prodeuntes. 3. q. 5. Scot. lege c. 2. uerb. parentes, uers. sed quid si testis est consanguineus &c. 3. q. 5.

Ad l. si emancipati. 9.

Sub nu. 13. uers. alia etiam ratione diffinitio &c. Sco. quam posuit etiam Curt. iun. supra in rubr. quem vide.

Ad l. si donatione. 13.

Sub nu. 38. uers. & pari ratione idem &c. Sco. vide infra sub nu. 41.

Ad l. vt liberis. 17.

Col. 1. uers. & ibi propter hoc dictum fuit, quòd text. in l. hac cõsultissima. § ex imperfecto &c. Sco. Imò si liberi deberent æquabiliter institui, sicut Romanus respõdit, inepte quidẽ Iustinianus requireret, vt vnciarũ numerus exprimeretur. Liqueret enim quantum cuique daretur ex bonis, etiam si nihil testator diceret. Auth. quod fine, C. de testa. §. nos igit omnia, auth. de testa. imperfec. & ad rem nostram facit text. in l. humanitatis. in fi. inf. de impub. & ali. substit. vbi non exigitur substitutio omnium eiusdem gradus æquabiliter, vt Dec. mox dicet, vers. vide tamen text. qui &c.

Qui testam. face. poss. &c. Tit. 22.

L. hac consultissima, col. 3. ver. vltimò limitatur text. hic &c. Scot. idem consuluit Zabarel. cons. 149.

Vers. testamentum nihil operaretur. Scot. vide Dec. l. vt liberis, C. de colla. Facit Auth. quod fine, verb. numerum, supra tit. 1.

De impub. & al. substit. Tit. 26.

Col. 2. uers. dum essem Bononiæ in transitu &c. Sco. Facit l. fin. §. sed cum in secundum, C. de furt. & vide eundem in l. nemo potest mutare. de regu. iur.

Ad l.cum quidam. 10.

Col.3.verf.ista ratio Alex. &c. Scot. Imò fuit etiam ipsiusmet Imo. vt refert Alex. d. §. cum ita, col. 10. cum seq.

Verf.Ratio Imola uidetur pro cedere &c. Scot. contra Soci. in l.1.col. 62. in princ. de vulg.per aliam rationem.

Col.pen.uerf.uidetur militare ratio, in qua &c. Scot. Decium sequitur Alciat.in d.§.cum ita.

Verf.Socin.in præalleg. conf.94. col.3.& l.1. col.61. cum seq.de vulga.

Scholia Fed. Scoti, ad Philip. Dec. in Librum Septimum Codicis.

De senten.quæ pro eo quod inter.profer. *Tit.* 47.

Ad l. vn.

Col.fi.uerf.explicitunt commentaria &c. Sco. Adde quòd Decius in l.nemo damnū. ff. de reg.iur. allegat se ipsum in l.Gracchus.C.de adult. Vnde apparet, ꝙ plura scripsit in iure ciuili, quam hæc quæ extant. Facit, quia in vita ipsius Decii scripta per Boezam Hispanum, habetur fuisse ei ablata, seu deperijsse quædam eius monumenta.

SCHOLIA FEDERICI SCOTI IVRISCONS. &c. ad Philippum Decium in lib.j. Decretalium.

De constitutio. *Tit.* 2. *Ad Rub.*

Col.1.uerf.Papa uicarius Christi dicitur. Scot.c. per venerabilem. §. sunt autem sacerdotes, verf. is verò &c.infra qui fil.sint legit.

Verf.de translat.prælat. Sco. de translat.episc. & c.fundamenta, §.decet, de elect.in 6.

Ver.§. hoc edictum,ff.de iniur. Sco.vide Bar.in l.cum ita, §.fin.de lega.2.Facit rubr.C.de hæret. & manich. & ibi Azo in sum.aliquid per Dec.in rubr.ff.de regu.iur. Melius facit quod dicit Abb.in cap.ego N. col.2.infra de iureiur.

Col.2. uerf.in partibus. Sco.lege, in verb.partibus.

Verf.de uerb.signif. Scot.Quid dicimus, cum legem vincit consuetudo?

Verf.per illum text. in 1. col.infra de rescript. Scot. & cognatio est genus propriè,& propriè species.l.non facilè. ff. de grad. tamen magis propriè est species: & ideò vt species,generaliter accipi debet, per ea quæ tradit Socin.l.1.in princ de vulg.quicquid distinguat Abb.in c.Rodulphus,hic alleg.inter odiosum,& fauorabile.Vide Socin.l. in ambiguo.col.2.in princ.de reb.dub.

Col.3.Verf.§.est & aliud genus &c. Scot.qui tñ loquitur in legislatore; adeo vt etiam Iurisconsultis hoc fuerit obseruandum.Qui tamen cum id minus obseruarint,quid impedit alios eorū sequi vestigia, vt scilicet non ideo minus approbetur aliqua Doctorum etymologia,quàmuis ab ea possit argumē tum vno duntaxat modo sumi, sicut in legislatore,cum maiorū actio sit nostra instructio,l.& hoc Titus.de hæred.instit.

Verf.in suprascriptis casibus se habet in plus. Scot.Quod falsum est,cum in possessione,etymologia habeat se in minus,quam vocabulum.Nam possessio habetur oculis, manibus, & pedibus:tamen etymologia respicit pedes, vt not. Doct.d.l. 1. de acquir. possess.

Col.4.uerf.illa uerba,non scripta,intelliguntur pro consuetudine. Scot. Reddendo singula singulis,vt ibi per gl. licet Dominic.eam reprobet propter incongruitatem.

Verf.quod in idem recidit. Scot.Quia consuetudo est,cd. consuetudo,prima distin. §. ex non scripto.Instit. de iur.natu. Bart.l.de quibus.col.4.de legib.

Verf. & ita patet, quòd ille text. parum facit. Scot. Quod maximè procedit:quia tēpore de quo in d. §.hæc disputatio. & d.§.nouissimè. non eò venerat autoritas iuris prudentium, vt à responsis eorum recedere iudici non liceret.Sed D.Augustus id primus induxit. §. responsa prudentum. Instit.de iur.natu. §.primus Augustus.l.2.ff.de orig.iur.& nota,quòd in d.§.nouissimè.ibi, ita in ciuitate nostra &c. epilogat vetera, nè fortè credas ibi mentionem fieri interpretationis prudentium, vt habentis vim legis, quia fecerit mentionem principis. Et quòd hoc sit uerum,apparet,quia in fine epilogi meminit iterum principalis constitutionis,de qua re paulò ante dixerat.Et post primum principem,secuta est hæc vis responsorum,vt dixi. Et sic in illis locis non potest intelligi de responsis autoritate pollentibus,quæ post repertas constitutiones,introducta sunt,vt supra. Et appellabatur ius ciuile:quia ex interpretatione modò horum, modò illorum circa leges, decidebantur a iudicibus causæ,non cuiusquam certi hominis,vt postea.

Col.5.uerf.ut not.in l.de quibus.ff.de legib. Sco. sed obstat uerbum, suffragio, cum glos. ibi huic solutioni:& verf.nam cum ipsæ leges, ibi, sine vllo scripto,cū verf.nam quid interest &c.

Verf.Anto.de Butr.in c.fin.&c. Scot.Bart.l.2.in princ.de vulg.substit.Vide Dec.infra in rubr.de consuet.

Verf. per hoc non infertur, quòd scriptura de substantia sit. Scot.Hoc modo,scilicet,si tantum ad probationē scriberetur lex, consuetudo scripta, vt supra,nihil differret à lege scripta.Melius igitur est, vt in consuetudine sit ad probationem, in lege autem de substantia scriptura: sicut dicitur in testamento in scriptis,& testamento nuncupatiuo.

Col.6.uerf.ideò facile innotescit. Sco.Hæc bona ratio est, Auth. vt fac. no. constit. ante med. verf.tempore nāque plurimo & c.ubi nō rectè ignoramus, quo usi sumus longo tempore.

Verf.facit text.in §.in his autem.Instit.de empt. Scō.& text. in l.contractus,C.de fi.instrum.

De constit. *Lect.* 2. *ad Rub.*

Col.1.uerf.rescriptum iuri scripto attribuitur. Scot.§. constat, tunc. §. ꝙ principi placuit, Instit.de iur.natur.

Col. 1. uers. & cum illis conformatur consuetudo. } Sco. cum legem innitetur, §. ex non scripto. Instit. eo.

Vers. & non benè verificatur passiuè &c. } Scot. Quia attenditur id, quod, non id de quo.

Col. 3. uers. & ibi Ang. } Scot. Vide ad hæc Dec. latius in c. fi. col. 2. infra eo.

Col. fin. uers. ff. de offic. proconf. } Scot. Addo ca. 1. de iniur. in 6.

Vers. in c. 1. in princ. } Sco. & supra lect. 1. post n. 10. vers. & ideo constitut. & c. col. 3.

Vers. ut per glos. in c. cum dilect. de elect. } Sco. & nullus præter pontificem, dispēsat aduersus concilium. Abb. c. dilectus filius, ad fin. infra de præben.

Ad c. 1.

Col. 4. uers. & ibi concludit &c. } Scot. contrarium tradit Crauet. consi. 113. nu. 6.

Nu. 29. uers. limitatur conclusio, ut non habeat &c. } Scot. Adde Troam. in sum. Rosel. §. vsura. 4. nu. 3. ad fin. num.

Ad c. translato. 3.

Col. 3. uers. illa non sunt similia, ut not. &c. } Scot. Quod est contra text. mirabil. m, l. in singulos. ff. de ann. lega. Alber. in Dictiona. verb. simile.

Ad c. ne innitaris. 5.

Col. 2. uers. si Doctores ecclesiæ vario modo loquantur &c. } Sco. Facit quod ponunt Alex. & alij in l. centurio. in princ. de vulg. & pupil. substit.

Vers. an magis sit standum Doctoribus canonum, quàm Theologis. } Scot. Vide 20. distinc.

Vers. si verò causarum uentilatio &c. } Sco. contrarium Alciat. in princ. Cod. Fum. Vill. ut in sum. verb. canonicatus.

Ad c. cum omnes. 6.

Col. pen. uers. non obstat illa ratio, quòd minor pars possit aliàs &c. } Sco. Vide an obstent, no. per Bar. & alios in l. 1. ff. de lega. 2.

Ad c. quæ in ecclesiarum. 7.

Col. 5. etiam in matrimonio carnali copula consummato, quod ex causa possit dispensare &c. } Scot. sequitur Alciat. in rubr. ff. solu. matr. verb. matrimonio.

Col. 6. uers. dolus, an virtus quis in hoste &c. } Scot. Vide Dec. in l. ea est natura, in fi. de regu. iur.

Vers. Moder. simpliciter hoc sequuntur. } Scot. Adde Dec. se remittentem ad hic dicta, in l. 1. in princ. nu. 80. de offic. eius cui.

Col. 7. uers. quia casus fortè non occurrisset. } Sco. vnde non debet induci amissio iuris limitandi, arg. c. 1. in fi. de feu. si. cul. non amitt. cū simi. & ibi in add. & infra per Dec. in c. cum accessissent. col. 7. vers. secundò, prædicta conclusio.

Vers. hoc modo confirmatur communis opinio &c. } Scot. extat consilium Decij de hoc, in cons. 130. quod voluit allegare Dec. infra cum dixit se latius dixisse consulendo.

Sub nu. 18. uers. vnde causa subsistente princeps tollere &c. } Scot. Vide Dec. cap. ex parte, ad supra & infra dicta, de offic. delega.

Sub nu. 21. uers. secus si per uiam legis generalis. } Scot. & benè. si enim deprehenderetur de certa persona esse actum, secus esset. Bart. l. omnes populi, nu. 25. de iusti. & iur.

Vers. tunc nulla restauratio &c. } Scot. contrarium tenet la. f. in d. l. Barbarius, nu. 44.

Sub nu. 25. uers. ex quo habetur vnus casus, in quo &c. } Scot. Primus casus est contra ea, quæ leguntur Reg. 3. c. 21. vbi nec plenitudo potestatis, nec oblatio pretij iuuerūt Regem, nec ēt vicinitatis commoditas. Sed mortuo per falsum crimen, demum successit tanquam ad bona confiscata ex delicto, vel ex defectu successoris. Tangit Alciat. in l. ædificia, §. per fecisse. ff. de verbo. significa. ex quo videtur Ang. pessimè locutus, at Dec. malè.

Col. antepen. uers. ita firma remanet conclusio, quòd princeps dominium &c. } Scot. sic potest princeps auferre sine causa possessionem ciuilem, licet naturalem non possit. Ias. l. 1. nu. 48. ff. de acquir. possess.

Vers. visis, col. pen. lib. 1. } Scot. & in cons. 216. nu. 23. li. 2.

Col. pen. uers. non uidetur verum per supradicta. } Scot. Ibi tamen nu. 64. sequitur commu. opinio.

Vers. tunc iusta causa non præsumitur. } Scot. tamen supplicatio non facit videri aliquid non factum motu proprio. Dec. infra c. cum M. Ferrariensis. col. 10. vers. facit quòd de motu proprio.

Ad c. cum accessissent. 8.

Col. 1. add. uasallus non possit. an vasallus &c. } Sco. cum scilicet potest testari. aliàs regulariter non testatur. c. 1. de success. feu.

Col. 2. uers. facit c. si diligenti, de fo. compet. } Scot. Imò nihil facit; cū ibi tractetur de iure publico per priuatos non tollendo, qui illud ipsi non fundarunt.

Vers. possit a tali statuto &c. } Scot. glos. c. dilecto. verb. clausula, vers. verius est. de præben.

Sub nu. 11. uers. & quod ibi Innoc. dicens. &c. } Scot. Facit quod ponit Bart. in l. rescripto, §. sciendum. de mune. & honor.

Col. antepen. uers. allegat not. in l. de quibus ff. de legib. } Scot. Allega text. optimum in cap. 1. in fi. de feud. si. cul. non amit.

Vers. ff. de condit. & demonstr. cum simil. } Sco. Adde gl. not. in l. cum pater, §. libertis, de leg. 2. quæ facit differentiam inter expressam, & tacitam prohibitionē alienationis, quam sequuntur omnes in l. filiusfa. §. diui. de lega. 1.

Col. ult. uers. facit quod dicitur de adoptione &c. } Scot. & de agnatione, vt supra in rubr. de constit. col. 1. in fi. lectu. 1. per Decium.

Ad c. cum M. Ferrar. 9.

Col. 1. uers. Mod. in c. postulasti, de rescript. } Scot. vbi Dec. 2. not.

Vers. hoc sentit Abb. hic &c. } Scot. Vide eundem c. fin. infra de verb. signif. not. 1.

Vers. & in c. fin. de instit. } Scot. Vide Abb. in c. ut super, in fi. de reb. eccle. non alien.

Col. 2. uers. & ibi not. Abb. in 3. not. } Scot. Tamen ibi videtur potius respici ad verbum, moderati, quod sonat in diminutionem, quàm ad fines mandati, in quo regula procedit in odiosis. Sed considera glos. fin. in vlt. dicto, in l. diligenter, ff. mand. quæ videtur decidere contrarium in simili casu.

Vers. tunc non suppletur instrumentum a consuetudine. } Scot. Vide la. Fo. qui reprehendit Ang. in l. vt liberis. col. 4. C. de collatio. Alex. cons. 105. in fi. lib. 2. Vide de hac re add. ad Alex. cōs. 28. lib. 2. & nota, quòd alius notarius non rogatus, non potest apponere clausulas consuetas, quæ non sunt in originali, etiā habens autoritatem extendendi. Mar. sing. 123.

Col.

Col. 3. uers. alleg. in arg. l. si seruum. ff. de pignor. act. } Scot. & benè, cum amplius non liceat pœnitere. sed citatione tantùm facta licèt pœnitere. Ergò non militat ratio Castrens. vt Dec. hic sentit: nec in allegatis per Dec. est pœnitentia.

Vers. ut per glos. in l. 1. C. qui da. tuto. poss. } Scot. sed illa gl. loquitur de causa, non de lite, quæ differunt. l. causas. C. de transact. l. prima. §. adhiberi. ff. de testib. Vide tamen. l. ordinata. cum ibi not. C. de liber. caus.

Vers. consortes litis non uidentur esse ante litẽ contesta. } Sco. contrarium præsupponit glos. in clem. religiosus, verb. consorte, de procur.

Vers. ar. l. solutionem, ff. de solutio. } Scot. Adde argu. l. non tantum. de appellat. tamen ibi est casus specialis. Et pro responsione ad arg. Decij per d. l. solutionem, vide Paul. Castrens. in l. soluendo. in fi. de negot. gest.

Add. quòd clausula Adde hic D. Felin. &c. } Sco. vide Bart. in l. si quis sub conditione, & ibi apostill. Andr. Poma. ff. de condit. instit.

Col. 4. uers. nec obst quod in clem. religiosus, dicatur &c. } Sco. & qui potest agere, non statim est procurator. l. 3. §. sed & si forte ex liber. iis. ff. iudic. sol.

Vers. ut tradit Alexan. in l. tertia. in princ. ff. solut. matrimo. } Scotus vbi ponit quædam circa hoc pulchra, & vtilia.

Vers. semper agi uidet de modico præiudicio, ex quo actus &c. } Scot. Facit quod not. in simili Bart. in l. nõ solum, §. morte, col. 3. nu. 15. de domino negotiorum gestorum. ff. de ope. no. nunc.

Col. 5 uers. de cogna spir. } Sco. & d. c. pictacium.

Vers. ex quo talis allegatio nõ impugnatur, approbari uidetur. } Scot. l. 1. §. 1. cum glos. verb. denunciauerit, ff. de liber. agnosc.

Vers. sed receptio Auorsum ad eam præbẽdam, quæ debeat &c. } Scot. & quod debeat subaudiri ad hæc verba, dicto ad eam, scilicet postmodum reintegrandam, textus noster innuit. infra vers. donec primi duo &c.

Vers. in l. at si quis, §. plerique. } Sco. qui magis congruit tertio membro.

Vers. & hoc sanè intelligitur, quando potestatio &c. } Scot. similem distinctionem facit glos. de traditione clauium, in l. fin. §. item si produxerit, ff. naut. caup. stab. Et quod hic dicit Dec. probatur in d. l. per seruũ, §. 1. uers. denique iunc. l. seq. vers. sed si de vsufructu, præter illud, quãdo potestatio præcedit, quod probat glos. d. l. in concubinatu. not. Doct. locis hic per Dec. alleg. Ias. d. § morte. nu. 34.

Col. 6. uers. talis reseruatio non ualet. } Scot. Vide glos. in c. fin. glos. 1. in fin. de condit. appos.

Vers. tamen in contrarium, quòd imò ualeat potestatio, & quòd actus uitietur, probatur in d. l. per seruus. ff. de usu, & habit. } Scot. Tu aduerte, quòd vt hic, probatur in l. per seruum, §. 1. vers. denique. iunc. l. seq. vers. sed si de vsufr. Ideo distingue, vt hic per Bart. ut supra. per Dec. uers. & hoc sanè &c. & ibi apostil. Non ex d. l. per seruum. cum seq. vt ibi per me. Ad oppositionem tamen Decij hic recurre ad Bart. in d. l. vbi ita donatur. & in d. l. per seruum.

Vers. aduertendum est, quia in dictis iuribus &c. } Scot. vide Ias. d. §. morte, col. 6. in fin.

Vers. ponderatis in 3. libr. } Scot. Posset etiam habere locum limitatio infra posita de metu, arg. a communiter accidentib. Forte hoc tangunt Bal. & Alex. in d. locis. Dic etiam ꝙ circumscripto metu, verissima ratio est dicit glos. supradictæ: quia secundũ iuramentum est illicitum, cap. intellecto. de iureiur. quòd c. d. glos. allegans, sentit hanc rationem. Tu vide Ias. d. §. morte. col. 7. post med. vers. alia, & melior ratio &c.

Sub nu. 23. uers. l. sed & Iulianus. §. fin. cum l. seq. ff. ad Maced. } Scot. Fortè Paul. voluit aducere l. sed & si paterfa. §. fin. vers. sed si non donandi. cum l. si tamen. quæ sequitur post duas ll. ff. ad Maced. facit. l. sed Iulianus. §. interdum, ff. eod. licet aliud ibi propter negotiationem.

Vers. in ndium senatusconsulti Macedo. } Scot. Ergò videtur d. l. si filiusfa. non habere dubitandi rationem, cum etiam sine receptione, & sic sine actu scientia præiudicet parti.

Sub nu. 27. uers. ibi non erat defectus consensus. } Scot. Imò fuit amplior, quàm res postulabat: & ideò vitiatur inutilis adiectio.

Col 9. uers. nisi dicatur, quòd intellectus antiquorum &c. } Sco. sed & lex, si repetendi, esset de indubitabili.

Vers. nõ placet. quia ex quo fuit potestatio generalis, ergo omnes speciales &c. } Scot. Aduerte, quia dixit supra col. 3. vers. sed aduertendum est, quia &c. factum speciale contrarium generali potestationi, non videri præcisè contrarium potestationi. Quod e contrà hic per ipsum not. Dictum tamẽ Ias. est falsum: quia in d. §. locator, propositum fuit circumscriptum, verb. has res &c. nisi dicas Iasonem intellexisse de personis. Nam propositum respexit quemlibet, exceptio conductorem tantum.

Col. 10. uers. etiam motu proprio concessum &c. } Scot. Addidi supra ad Dec. cap. quæ ecclesiarum, colum. pen.

Vers. ut pœna uitetur. } Scot. Facit glos. l. uelle non creditur, de reg. iur.

Col. 11. uers. qui dicebat hoc esse dictum ad maiorem exaggerationem. } Scot. Quod uerius est, vt afficere pudore episcopum. & licet bis dicatur, tamen semel in narratione, & semel a Pontifice in conclusione. & de illis verbis, secundum promissionem, dic idem, quod dixit Bart. in l. cum qui, §. Iulianus, de constit. pecu.

Vers. quia exprimitur quod tacitè inest &c. } Scot. sed tacitè non inerat prima præbenda vacatura, secus in promissione. Facit Abb. d. c. dilectus. col. 1.

Vers. non sic in casu nostro, ubi persona incerta est. } Scot. sed hoc procedit de iure ciuili, non de canonico, quod considerat certitudinem, vel incertitudinẽ, vt per ipsum Dec. l. dotem. C. de pact.

Vers prouideri poterit, ut hic. } Scot. Hoc falsum, si valeat promissio: quia non posset commutare.

Col. ult. uersi. quasi esset receptus a capitulo. } Scot. Vide Nicol. de Neap. vbi infra.

Vers. in c. fin. de cler. non resid. } Scot. No. Abb. in cap. dilectus. infra de præb. not. pen.

Vers. De isto canonico supernumerario &c. } Scot. Vide Nicol. de Neap. in l. si duas. §. grammatici. in fin. de excus. tuto. inter Lect. Bart.

Vers. Facit glos. in clem. sepè &c. & in l. 1. §. Sed uidendum. de succes-

successo.edict.} Scot. sed contra illam glos. & similes facit, quia mitius agitur cum lege, quàm cum homine. glos. l. Celsus. de arbitr. Sol. vt per Bar. in l. si libertus. de op. libert.

Ad c. ecclesia S. Mariæ. 10.

Col. 2. versi. maius delictum videtur in eo qui statuit &c. Sco. Vide infra sub nu. 3. vers. vbi inquit &c.

Versi. facit ille text. in d. c. si Imperator.} Scot. vers. Deus voluit. qui vers. bis repetitur, semel in vers. ad sacerdotes enim &c. iterum in vers. non à legibus &c. sed a Pontificibus &c.

Col. 3. ver. statutum laicorum de compromissis necessarijs &c.} Scot. Vide infra col. 17. in princ. vbi repetit, & addit Bal. in l. 1. in repetit. char. 12. C. de sum. Trin.

Col. 3. Add. clerici includantur. Adde Philippum &c.} Scot. Vide duo verba Bart. in repet. l. 1. circ. princ. C. de sacros. eccles. vers. & pro intellectu &c. clarius per Paul. Castrens. qui vult, clericos esse partem populi, in l. omnes populi, in fi. de iust. & iur. Et probatur, quia populus vniuersos ciues continet. sed clerici sunt ciues. Igitur &c. §. plebiscitum. Instit. de iur. natu. ubi probatur minor. Propositio quòd scilicet clerici sunt ciues, probatur per Abb. in c. cum causa, num. 4. de re iudic. Bart. l. 1. ff. ad municip. & hoc vt ligentur consuetudine, non tantũ ad fauorem, vt ibi per Abb. Adde quòd sacerdotes sunt partes reipublicæ, Bal. per illum text. l. 1. §. huius. in fin. de iusti. & iur. vbi dicit curiam episcopalem, dici curiam Perusinam sicut secularem? Nota etiam quòd clerici non dicuntur personę priuatæ, quę dicuntur non habentes dignitatem. Glos. c. de nique, 4. distinct.

Vers. quòd non videtur factum sine ministerio, ex quo ita vniformiter &c.} Scot. Facit l. si seruus, §. inquit lex, ff. ad leg. Aquil.

Versic. ergò non videtur quòd sub &c.} Scot. Vide Abb. cons. 6. casus super quo, in princ. lib. 1.

Col. 4. versi. in l. si procurator ff. ad l. Aquil.} Scot. corrupta est allegatio. Multæ sunt glos. & ll. hoc probantes. Vide Bart. l. 1. C. etiam per procur. &c. Dec. post Iaso. l. qui se patris, col. 4. circ. med. C. vnde liber.

Vers. si populos laicos propriè designaret iura vterentur &c.} Scot. Budæus deridet maiores nostros in Annot. in Pandectas.

Versi. ille text. intelligitur in hominibus eiusdem professionis &c.} Sco. Abb. c. 1. in prin. de vit. & honest. cler.

Versi. hoc modo ille text. nihil facit.} Scot. Tu responde tertiò, quòd ibi dicitur, omnibus Anglicis: nam ille vniuersalis comprehendit omnes, ac neminem Anglicum excludit. l. Iulianus, de lega. 3. Nam licet clericus, non ideò minus Anglicus, attento maximè, quòd ibi non est vox, populus, neque clerus. Et ideò potius est dicendum, quòd non facit ad præsentem quæstionem.

Versi. appellatione populi veniunt forenses.} Scot. Probatur verb. populis se nobis suas ciuitates, & agros relinquentibus.

Col. 5. versi. qui haberent ibi domicilium.} Scot. sat probatur. ibi, verb. habitantibus.

Col. 6. versi. qui habitum sumpserunt in religione.} Scot. secus si per se, vt colligitur ex Abb. d. rubr. de regula.

Col. 8. versi. vt veram relationem facere possit.} Scot. sed obstãt verba, indiscussum, vel indiffinitum remaneat. Non enim videtur ibi de relatione agi, sed de iudicio eorum, tanquam ad inquirendum, & definiendum missorum. Facit verb. missorum vestrorum iudicio, & verb. quemadmodum si vestra &c. & verb. terminentur. Non enim dicitur ibi, perscrutentur: vt Dec. hic ait. Nec obstat verb. perquirenda: quia positum est ad significandum ingressum iudicij. Nam prius oportet rem constare: deinde iudicari. Quod vt demonstraret esse intentionis suæ, addit reliqua verba supra alleg. quæ iudicium post inquisitionem inferunt.

Versi. bona patrimonij clericorum gaudent &c.} Sco. Faciunt not. per Dec. circ. fin. cap. nostri, de gabellis.

Versi. §. sciendum. ff de mune. & hono.} Scot. Aduerte quod Bart. ibi loquitur de personis, quarum res tributariæ sunt. Et ideò excipit clericos: quia bona quæ habent ex ecclesia, non sunt tributaria. Nec trahuntur dicta Bart. ad bona aliunde, quàm ab ecclesia habita, vt puta patrimonialia. Nam Bartolus considerat ibi clericos nihil præter ecclesiastica bona habentes. Et quòd hoc uerum sit, apparet, dum subdit, nec etiam forensibus. Quod est: quia nihil habent ibi. At si quid non ecclesiasticum habeant clerici, erit tributarium, perinde atque si aliquid habeant forenses: quos hoc casu teneri ad tributa non negaret Bart. aliàs malè allegaret Bart. l. de ijs, C. de episc. & cleric. ubi propria clericorum tenentur ad tributa. Ergò ecclesiastica non tenentur. Ideò ecclesiastica tantum habentes clerici non tenentur. Ita credo Bart. induxisse. Allegat enim auth. item nulla. quæ præcedit d. l. de ijs, ubi hoc dicitur. Et nisi intellecta fuisset persona pro rebus grauata, etiam clerici licet ecclesiastica tantùm habentes, soluissent, ut satis colligitur ibi ex uerbis Bartoli a sensu contrario (quod tamen dubium est, per not. hic per Dec.) & forenses nihil habentes subijssent onus personale. Et uidetur hic Dec. uelle, quòd patrimonia clericorum sint immunia a collectis, non tamen atributis. Allegat not. in d. §. sciendum. Quod non placebit consideranti benè uerba Bart. in d. §. Vide tamen infra col. pen. & ult. & considera, q̃ hic loquitur de collectis, & tributis, infra de gabellis, & pedagijs: & diligenter perscrutare.

Versi. prout est in tributo} Sco. secus in gabellis, & pedagijs, ut supra ad fin.

Col. 10. ver. & Perusinus in d. c. dilecto &c.} Scot. Facit quod not. Dec. l. 2. col. 8. num. 36. C. de eden. ubi uide, quatenus idem ait esse in arbitro habente liberam potestatem, ut per Bald. in d. l. prolatam, col. fin.

Vers. in glo. in verb. tractatus. in fin.} Scot. & ibi Franc. dicit non obseruari de facto, ut not. ibi Ioan. Andr.

Vers. & in consi. 29. in 4. lib.} Scot. & uide de hoc infra ad fin.

Col. 12. ver. cap. fi. inf. eo.} Scot. Nec obstat in d. c. uerb. canonum statuta. per quod uidebatur facta ibi

noua

noua cõstitutio: vel melius ex antiquis canonibus Pontificem respondere: quia intelligitur illud, & respicit proximè dictum, nec ecclesia in præiudicium.

Versi. tunc ius canonicum, non in foro ciuili &c. } Scot. Adde Alex. l. 1. col. fin. ver. vnde concludendo dico. ff. de damn. infec.

Col. 4. uer. sine consensu patris. } Scot. Intellige vel patris consensu non requisito, vel eo reclamante: vt colligitur ex verbis Abb. in locis hic allegatis per Dec. nec obstet glos. l. si mora, ff. sol. matrim. cum simil. Et volenti dare nuptum, potest impunè non parere, nisi luxuriosam agat vitam, vt ibi per Abba. & add. ad eũ. Vide Iaso. l. 2 §. quod filii patris, col. antep. & seq. ff. sol. matrimo.

Versi. in consi. 27. magnificus uir. } Sco. Adde Alex. in rubr. solu. matrim.

Col. 5. uersi. in consi. 35. visa forma. } Scot. & Abb. hic in hoc sexto casu uers. nisi vt dixi &c.

Versi. Quando episcopus erat iuuenis. } Scot. & ibi concurrit mala fama, quæ scãdalizabat populum. Et potest dici quòd ibi filia cœperat esse suspecta: & sic cessabat ratio, quæ ponitur hic per Abb. & qualitas, de qua per ipsum, & in d. c. interdixit, & d. cap. legitur, loquitur in personis suspectis, puta ancillis.

Versi. in d. cap. cum contingat. col. 4. } Scot. & 10. vers. nec potuit &c.

Versic. Hoc etiam habet locum respectu clericorum. } Scot. Vide Castrens. in l. omnes populi, ante fin. ff. de iust. & iur.

Col. 6. uersi. spectet ad ius canonicum. } Scot. glos. fin. cap. cum sit generale, de fo. compet.

Versi. dt excep. in 6. Sco. Per quam glos. Fontan. ibi post Ancbar. limitat d. glos. verb. vsuris. in clem. dispen diosam.

Versi. non uidetur in hoc habere potestatem. } Scot. Imo statutum non valet, quo disponitur, vt laicus iudicet su per usuris. Castren. consi. 71. visis. col. 1. Dec. infra col. 2. in princ. post nu. 49.

Versi. & Imo. ibi, col. 1. } Sco. & Marian. col. 2. in fin.

Col. 7. uersic. statutum laicorum de compromissis de ui compulsiua, non includit &c. } Scot. Vide supra in princ. c. col. 3. in princ.

Versic. cum in ista materia ipsi principi plusquam inferioribus. } Scot. contra illud statutum est ius commune, vbi vi gẽt Felin. c. ius naturale. 1. distinct.

Versi. l. decernimus. C. de episc. audien. } Scot. sed ibi eligit actor vtrum vult, episcopum, an præfectum.

Versi. sed solùm beneficia statutorum laicorum denegantur clericis &c. } Scot. Vide infra col. 3. in fin. vbi ampliat secundum Balduin.

Col. 8. uersic. sit extra protectionem communis &c. } Scot. Quid valeat hæc verba, remissiuè Alex. l. nolle hic alleg.

Versi. Alex. in l. nolle &c. } Sco. & Bart. l. si quis sub conditione. de condit. instit. Dec. infra hac col.

Versi. quòd quicunque iuadit ad molendinum ecclesiæ &c. } Sco. facit quod ponit Bart. in l. placet. Lect. 2. in fi. C. de sacros. eccles.

Versic. & idem de causa vsuraria. } Sco. vide supra col. 2. in princ. ante nu. 48.

Versi. non valet statutum, quòd in funere. } Scot. Aduerte quòd Abb. sensit contrarium, quòd scilicet per statutum possit minui pompa funebris, in d. c. fin. de reb. eccles. non alie. & in d. consi. nihil ponit in indiuiduo circa hoc, sed dicta communia per text. nostrum, cum simil.

Col. 9. versi. ad eius exclusionem, masculis uidetur ius quæsitum &c. } Scot. Vnde patet in præiudicium masculorum, quibus quæsitum est ius per statutum, non posse habilitare filiam ad succedendum. Doct. cap. quamuis, de pact. in 6. Dec. l. pactum, col. 2. vers. vt in simili Doct. dicunt, quòd si filia &c. C. de collat.

Versic. attenta tali ratione clerici, & persona ecclesiasticæ &c. } Scot. Non enim satis est clericis esse conditionis non deterioris, sed oportet quòd sint melioris, & seruetur eis sua libertas. d. Auth. cassa. Aliàs nihil clericalis qualitas illis prodesset: de quo aliqua supra col. 5. nu. 10: & infra col. seq. vers. nec obstat &c. quia nunquam laici agunt, vt clerici sint inferiores, sed vt pares: ut patet in omnibus exemplis hic positis.

Col. 10. versi. per quem hoc priuilegium &c. } Scot. Facit quod dicit supra col. 5. nu. 10.

Versi. de vita, & honestate clericorum. } Scot. qui tamen sequitur Bart. cons. 26. lib. 1. in princ. Adnotaui ad Bart. d. §. sciendum.

Versi. quando hoc esset statutum in fraudem clericorum, & ecclesiarum. } Scot. Facit supra hac col. vers. nisi in fraudem &c. simile per Bart. in l. filiusfa. §. diui, col. 3. uers. præterea si diceretur &c. de leg. 1. vbi uide Alex. col. 5. Adde, quod notaui infra col. seq. in princ. In marg. ex d. Alex.

Versic. secus si denegaret non subditis. } Sco. Vide infra col. 2. in princ. ante nu. 54. vers. secundò infertur. Sed ibi de odio

Versi. eo modo quo statuta loquantur. } Sco. vide infra in vlt. verb. Dec ad c. nostrum.

Col. 11. versi. posse eius beneficia clericis denegare. } Scot. aduerte, quòd Alex. dicit in l. filiusfa. §. diui. col. 5. post princ. quòd statutum possit auferre ecclesijs, & clericis illud, quod habent in priuilegium, non iure communi, puta in casu l. fin. C. de sacros. eccles. quod dominium transeat absque traditione, per regulam l. militis eius, §. militia militus cum simil. de testa. mili. tamen loquitur expressè contra Bart. ibi, & hoc non dicit: sed allegat pro se multos Doctores in hoc cap. Ad eum etiam ad notaui.

Versi. vt tradit Alex. in l. legatum. de lega. 1. } Scot. Vbi tamen Alex. ex communi tenet quòd non, per l. magis puto, §. fundum, de reb. eo. pro eo quod dicit Dec. facit l. fin. C. de acquir. posses. & illud supra de Alex. intellige Alex. concedere, prælatum in acquirendis ecclesiæ præiudicare posse, dum dicit, in casu suo de legato non posse: quia acquisitum est legatum, d. §. fundum, non acquirendum quo casu præiudicaret. Et ita intellige hanc allegationem. Et facit quod ponit Iasl. l. filiusf. §. diui. Lect. 2. nu. 113. de leg. 1.

Col. 12. versi. non includit Ioan. Andr. &c. } Scot. Vide supra col. 2. in fin. uers. secus videtur si denegaret. Sed ibi de fauore.

Versi. ubi quisquam uendicat. } Scot. Itaque subtrahantur uictui necessaria.

Col.

Col. 23. uers. ab ecclesia cessio fiat. } Sco. Idem voluit Abb. d. char. fin. in repet. huius c.

Vers. statutum quod imponit gabellam &c. } Scot. Faciunt not. supra post nu. 18. de collectis.

Col. ult. uers. sic etiam ecclesia, uel clerici non tenentur &c. } Sco. secus in tributo, vt supra post nu. 18.

Vers. Abb. in cons. 6. in 2. dubio. } Scot. Et intellige postquam ter monitus fuerit vt desistat, iuxta cap. fin. de vit. & hone. cleric. Abb. d. cons. 6. in fin. vers. fateor tamen.

Ad c. fin. 13.

Col. 1. uers. sed tamen ista differentia. } Scot. Vide doctius per Soci. in l. in ambiguo. ff. de reb. dubi.

Col. 3. de mente principis, & de causa. } Scot. vide eundem supra in rubr. Lect. 2. in pen. col.

De rescriptis. *Tit. 3.*

Ad c. 1.

Col. 2. uers. Paul. de Ca. in cons. 225. super primo dubio, in 3. col. } Scot. est cons. 34. 2. par. in nouis.

Ad c. inter cæteras. 4.

Vers. quam que per interpretem.} Scot. Sed nutus æquiparatur nuntio. l. seruo inuito. §. penulti. supra, ad Trebell. vbi mutus nutu significans, est instar absentis per nuncium significantis. Firmat Bart. inf. §. si quis ita. columna secunda. per illum text. sed absens per nuncium, vel epistolam, aliterue stipulationem non contrahit, hac in l. in princip. Ias. hìc post Bald. in casu dubitabiliore per text. nostrum in princ. & post numerum vigesimumquartum. Igitur &c. Facit, quia in §. fin. dicitur, per verũ interpretem, pondera verbum illud, verum: & quia formæ nihil addi potest, aut detrahi, nisi quatenus lex dispensat, argumen. l. 1. & 2. C. de formu. Sed propter linguarum diuersitatem, lex admittit verũ interpretem. Igitur extra casum diuersæ linguæ non intelligitur dispensatum. §. fin. infr. hac l. & minoris est dispendij summoueri mutos, & surdos, quàm diuersi idiomatis uiros, ut patet ad sensum. Nec etiam in vltimis voluntatibus, attenditur nutus indiscretè. l. ege, nutu. de lega. tertio. minus in contractibus. l. in testamentis. de reg. iur. & vide hic Iaso. nu. 23.

Vers. l. Labeo. in fin. de sup. lega.} Scot. Quia non concluderet audisse se uocem loquentis, per d. l. Labeo. in fin.

Versicu. præsumptione iuris, & de iure.} Scot. Tu dic, quòd præsumptio iuris, & de iure, & fictio idem

possunt, glo. l. non est uerisimile. quod met. eaus. iunct. gloss. in rubr. de probatio. Quare videtur Alciat. malè locutus. Et quatenus præsup. ponit in lege, sciendum. hic allegata, tractari de præsumptione iuris, & de iure, fallitur: quia præsumptio iuris, & de iure, quæ eadem est eum fictio ne, ut dixi, non admittit probationem in cõtrariũ. Sed glo. in d. l. sciendum. concludit eo in casu admitti probationem, & Bart. ibi, num. 9. Idem concludit glos. in §. fin. Institut. de fideiuss. ubi ponitur idem casus. Et glo. in §. si scriptum. vbi ponitur de præsumpta stipulatione principali, non fideiussoria, vult idem, quòd scilicet, possit probari contrarium, per l. iurisgentium. §. quod ferè. sup. de pact. sed fortè hæ dictiones, & de iure, debent abesse: & mallem me excipiẽtem errasse, quàm ipsum dictantem. Tamen pro Alciato videtur dictum Bal di in l. 1. §. 1. C. de re. uxo. actio. post Cyn. ibi. Sed licet distinguatur inter fictionem iuris, & de iure, & præsumptionem, ad sustinendam illam actionem, tamen ad hoc excluditur probatio in contra rium in vtraque. Igitur perperàm Alciat.

Vers. ut quia saltem conditionalia l. si ita stipulatio. de op. libert. glo. l. rescriptum. §. 1. in fin. de pact. } Scot. Sed aduerte, quia in d. l. si ita stipulatio. est casus specialis secundum Salyc. & Fulgos. in l. si pacto quo pœnã. C. de pact. Alex. l. centurio. colum. 29. de vulga. & pupillar. subsstit. contra regulam, quæ habet, quòd conditio nihil ponit in esse. l. si quis sub conditione. si quis omis. cau. testam. Nec obstat gl. hic alleg. per Alciat. quia format primam stipulationẽ, seu primum pactum purè, non in uim conditionis. Dicit enim, & concludit, non referre, an stipulatus sit centum, & si non dederit, det ducenta nomine pœnæ, an centum sub pœna ducentorũ promittat, quia tantum valet sub pœna, quantum si diceret, promittis decem, quæ si non dederis, promittis viginti. & in d. l. si ita stipulatio. est fictio: & ibi dicitur apertè, uers. nec operarum quæ promissæ non sint: an uerò operæ duntaxat promissæ fingi debeant, ne patronus &c. Nam verè nummi sunt in stipulatione, operæ in solutione. l. obligationum ferè. §. pen. sup. tit. 1.

Vers. glo. in Auth. generaliter. } Scot. Quæ nihil facit: qu a loquitur de cautione præstita executoribus: ex quorum pacto reus habet utilem actionem, sicut ex notarij stipulatione, vt supra dictum est, pet d. l. his verbis cum similibus. & glo. ibi, super verbo conscribat, facit non adhoc, sed ad supr. prox. dictum.

Vers. & d. l. mutus. } Scot. Secundum hanc sententiam daretur eis restitutio in integrum, quæ datur minoribus, iuxta titul. ff. de mino. & C. de in integrum restitut. minor. Sed uidetur contra text. d. §. penulti. ubi mutus capax auditus, quisque potest significare se velle adire hæreditatem suo periculo, id prodest, sicut absens per nuncium. Cum autem comparetur absenti, nõ habetur pro minore, nisi intelligas de habente perfectum intellectum.

Vers. l. Antistius. in fi. ff. de acquirend. hæredit. } Scot. Vbi gloss.

Vers. l. pen. ff. de eden. l. 1. C. eo. tit. ubi dixi. } Scot. Facit clem. 1. de vit. & honest. cler. iunc. glo. uers. publi cè, & personaliter.

Vers. quod clarius procederet, quando lex municipalis &c. intelligitur enim hæc vox &c. } Scot. Alibi tamen Alciat. ridet Accursium libros Dispunctionum. 4. capitul. 9.

Vers. Vincent. Trisbic. } Scot. vide l. si pater naturalis. de adoptio.

Vers. hæc posterior. } Scot. vide l. etiam infantem. de adopt. gloss. d. l. 2. Sed videtur etiam sufficere, quòd ille qui arrogat, non dissentiat. l. neque. de adopt. Facit. d. l. in adoptionibus. licet gloss. final. contrà, in princ.

§. 1. uers. discessus antequam respondeatur uitiat. } Scot. Accipimus ergò interuallum aliud, quàm discessus: at perperam, quia discessus nisi diuturnus, nihil officit: nec per se repugnat stipulationi, vt hic per omnes. Tamen placet opinio Alciati, ut discessus sit contrarius, quoad purgetur reuersione.

Vers. discedendo enim. } Scot. Facit l. is qui se obtulit. in in fi. de re. uendicat.

Vers. l. inter stipulantem. in princ. inf. eod. } Scot. Sed ibi simplex abnutiuum non summouet consensum, sed violat formam, de qua in l. stipulatio ista. §. alteri. inf. eodem, melius in §. si quis alium daturũ. Instit. de inutil. stipul. & d. l. inter stipulantem. uers. nam de se quenque &c.

Vers. cum quis auertitur, & discedit. } Scot. Sed procedit hoc dictum in eo, qui daturus esset: non autem in eo qui esset accepturus, idest, in promissore, nõ in stipulatore.

Vers. quod etiam in contractibus innominatis locum &c. } Scot. Aduerte, quia Bartol. in leg. si cum. fundum. vult contractum innominatum, sicut nominatum, ex interuallo vitiari, post glossam, ibi. Sequitur Alexand. hic, at Socin. contra. Igitur &c.

Vers. in l. sciendum, inf. eo. } Scot. Etiam Bartol. hoc sensit in d. l. 2. in fi. lectu. 2. post gl.

Vers. l. hæc uerba in stipulatione. de uerb. signif. } Scot. Melius probatur in l. dubium. cum glo. C. de repud. & l. hæc uerba. hic alleg. potius facit pro Aret. glo. & Bartol.

Vers. cum dies. ibi fœminino genere &c. } Scot. Si admittamus hoc dictum, sequitur, vt modicus actus extraneus vitiet, contra l. quæ extrinsecus. infra eodem, ubi illa prolatio verborum est actus extraneus, nihil ad stipulationem faciens, vt ibi dicitur: nec tamen vitiat: nec ratio subest, ut distinguamus breuem cantilenam ab alio actu modico, quem satis est obligationi non esse contrarium. d. l. duas. in fin.

Vers. quod grammatici tradiderint. } Scot. vide Bud. in prior. Pandect. annota. l. si necessarius. de pignor. actio. vbi fallitur. in illo Vergilij, Multa dies, variusque labor mutabilis æui, Rettulit in melius, sicut falsus est etiam Calepinus verb. dies. Ambo enim crediderunt, multa, adiectiuum nomen esse, cum sit substantiuum. significat enim multas res, non multam diem.

§. si quis ita. uers. cum uerba ad substantiam stipulationis &c. } Scot. Substantia nihil aliud est, quàm quod quid

quid est. Bald.l.in ementis.col.2.C. de contrahē. emp,vbi multa, quæ faciunt ad infrascripta etiam de forma: & quibus in rebus consistat substantia, velut emptionis.

Vers.si de hoc constaret.} Scot.cum dicto hoc confer.ver. quando enim,ibi,præsumendum videtur &c.sup. prox.& versi.verisimile enim est id agi.infrà,& ad uerte repugnantiam. Sed defendi potest per distinctionem infrà positam,aut peccat forma, aut aliter.

Vers. Non tamen ideo excluditur consensus.} Scot. Immo excluditur per rationem,quam subijcit,licet Aret. non declaret,ita sensit per tex.nostrum,vbi de substantiæ vitio agitur.

Vers.siue peccet in materia.} Scot. Bald. in l.non codicillum.C.de testa.non distinguit inter effectum formę,vel materiæ,vel substantiæ: quarum in aliqua claudicante contractus, vult nec naturalem obligationem oriri:sed fauore liberationis tantùm dari exceptionem doli.§.si acceptilatio.hic alleg.

Vers.l.cum emptor.de rescind.vendit.} Scot. Adde quòd dicitur formæ vitium, quando apponitur aliquid contra naturam actus,Ias.l.hæc verba,num.38.de lega.1.

Vers.Bar dissentit,in d.l.continuus, in prin.} Scot. Alibi tamen consentit,in l.si stipuler.in fi.inf.eod.& ita secum pugnat.adnotaui vtrobique.Adde Bartol. & Ias.§.sed cum nulla.hic alleg.& Bar.in l.si quis ante,de acquiren.posses.vbi intelligit in textu nostro voluisse partes stipulari duntaxat:& ideo non valere aliter,sicut in d.§.cum qui.

Vers.attributa sunt.} Scot.Facit ratio Docto.sup.in rubric.quare stipulatio potius a verbis, quàm a consensu nominetur.Imò vnum,& idem dictum Alc. hic,& Doct.vbi sup.

Vers.l.si id quod aurum.inf.eod.} Sco.vbi valet, quia stipulatio constat ex verbis principaliter,vt sup.non ex consensu,vt venditio. Tamen innuit subesse naturalem obligationem tantum,vt rectè præcedentibus respondeat. Sed dubito: quia ibi stipulatio valet vi sua.

Vers.Alex.Auth.ex testamento,col.1.C.de collat.} Sco.vers. primo,quia text. in corpore clarè, & per directa verba corrigit ius antiquum, q.d. argumentum a contrario sensu fit obscurè, & per obliqua verba. Ergò saltem obliquè exprimitur: tamen obstat versi. item quia videtur etiam expresse colligi ex textu hic &c.q.d.quod expressè colligitur, nō est colligendum tacitè.

Vers.in quo vulgò vox Græca deest.} Scot. Alibi legitur voci,idest,næ,seu,profectò,certè.

Versi.Doct.cap.cum venerabilis,de except.Alexa hic.} Scot. Facit quod notat Abb.c.cum Bertoldus.not.pen. de re iudic.

Versi.glos.l.si cum exceptione.§.hæc aut suprà,quod met.caus. cap.nouit.vbi Doct.de appella.} Scot. Facit quod not. Azo in sum.C.quod met.cau.col.4.in prin.& melius probat, quàm quæ allegat Alciat. vide Alex. cons.95.visis processibus,col.2.lib. 2.

Vers.habet pactum,d.§.si acceptilatio.} Scot. Tamen Bart. reijcit hunc casum ad eos, qui differunt in modo constituendi.

Vers.l.diuus, in princ.de vsu & habit.} Scot. tamen hic minus,idest vsus comprehendit,plus, idest, vsumfructum.in l.via.contra est.& facit contra primum casum d.l.diuus.& pro secundo.d.l.via. §.si stipuler.inf.hac.l.

Vers.separatur omnino contractus a transactione est.} Scot.& potest hæc ratio tollere contrarium, quod format Castrens.in d.l.si causa.

Versi.l.si seruus legatus,§.si seruus alienus.de leg.1.} Scot.cui respondet Ias.hic,& Dec.in c.cum super, in fi.de offic.deleg.

§.Si simpliciter.versi.Bal.l.ea quidem.C.de accus.} Scot.col. 3.nu.13.in definitio.coniecturæ,& col.4. num.21. versi.notorium naturæ &c. ex duobus dictis Baldi in diuersis locis, facit vnum Alciat. Ad vltimum, quòd ex coniecturis præsumptum certum nō est. adde Bart.in l.fi.de vsufr.vbi dicit, quòd verisimile non est certum. & sic concordat cum Baldo in definitio.coniecturæ.d.col.3.nu. 13.

Vers.glo.l.1.C.quo.appel.} Sco.Concordat gl. d.§.quod si actor,verb.pro confesso.

Vers.quod alibi declaraui.} Sco. vide Bud.in prior.anno. in Pandectas,de nautic.fœnor.& in poster. Alci. lib.2.Parerg.c.23.

Versi. d. §. diem.Bart.l.denunciasse &c.} Scot. vide Bald.l. quid ergò.§.ait prætor.per illum tex.sup.de ijs qui not.infa.

Ad l.si mihi, & Titio. 110.

Vers.quam non decrescendi tractari.§.fi. Instit. de stipul.seruo.} Scot. Clarius in l.1.§. communis seruus duorum. versi.perinde habeatur, ac si &c.inf. de stipul.seruor.quam allegat Alex.hic,col.2. ad fi.licet Ias.3. not.intelligat in iure accrescendi.

Vers.Litem quamuis,§.si vsus commun diuid.} Scot. Adde l. si fundus in dotem.solu.matrimo.

Vers.sed quid si in casu &c.} Scot.vide Bal.l.a.C.si liber. Imper.Soc.inf.alleg.col. 2.in prin.

Vers.coniunctio enim hac &c} Scot. re, verbis autem disiunctio,§.si eadem.Inst.de leg.cum gl.uerb.disiunctim.l.re coniuncti,de leg.3.

Vers.tamen ex numeratione &c.} Scot. vult igitur Alciat. sicut etiam suprà versic. legem enim nostram &c. hanc legem tam in non lucratiua,quàm in lucratiua causa locum habere.Sed Bart.in fi.1.col. aliud innuit.

Versi.ego uerò,quia tali casu cessat &c.} Scot. Tamen hæc ratio periculosa est, quia usufructus in contractu recipit ius accrescendi:& sic contra regulam alteri stipulamur.

Versi.Idemque Castrens.hic eam non sequitur. Scot. Mihi uidetur oppositum.Nam dicit expressè, accipi hæredes pro liberis:& subiungit,vel pro se,& liberis, & hæredibus,& requiritur, quòd saltem in modicum sint hæredes &c.quasi in superiore casu, cum dictum est,pro se, & hæredibus,idest, liberis, hoc minimè requiratur. Quæ interpretatio & plurimū verbis conuenit, quæ videntur aliter intelligenda non esse:& facit ne secum pugnet. Facit quod notat Bald.l.fi.num.11.C.vnde liber.hæredis appellationem, pro filijs in feudis accipi.

Versi.Quia feuda sui natura ad dominum &c.} Scot. vide Alciat.l.filiusfa.§.diui.uers.sed tamen non videretur hæc commoditas &c.

Versi.d.c.1.ad fi.de benef.fratri.} Scot. Adde Alexand. consi.

consi. 103.col.pen.in fi.lib. 1. De his verbis Bal. l. 1.C.de donat.cau.mort.

Versi.si tamen ita sentit.} Scot. expresse sentit in d. l. fundum.

Versi.Spec.de loca.§.nunc aliqua. uersi. 69.} Scot. Adde l. cum ita.§.in fideicommisso. uersi. post eos omnes extinctos, sup.de leg. 2.

Versi. Abb.consi. 103.in 2.} Scot. Abb. loquitur in dictione, amborum. vnde Iaso. dubitat de decisio. Specul.

Versi.c. 1.§ porro.de success.feu.} Sco. Adde c. 1.de eo qui fin.sec.agna.vbi non intelligitur, quasi nouum, nisi exprimatur.

Versi.in re, quæ maiorum fuit.l.si in emptione &c.} Scot. Adde l.congruit.C.de loca.præd.ciuil.lib. 11.

Ad l. ita stipulatus. 115.

Versi.in speciem quidem aliquatenus valere.} Scot. obstat l. in conditionibus.de contrahen.empt.vbi emptio imperfecta nulla est, nullamque in speciem valet. Ad idem l.quod sæpe.§.illud.eo.tit.

Versi.l.fi.§.si a socero quæ in fraud.cred.} Scot. Adde glo. & Doct.l. si duo.sup.de acquir.hæred.Alcia.l.qui Romæ, §.fi.inf.eo.

Versi.siue stricti iuris.} Scot. Allega tu d.§.Labeo.Alex. hic col.ult.in prin.

Versi.l.quamuis Bassa.C de vsu.vbi Castrens.} Scot. vide tamen l.cum quidam.§.si pupillo.de vsur.

Versi d.l.rescriptum,§.si pacto.} Scot. qui §. loquitur in liberatione tantummodo.

Versi.commotus sit vulgari illo argumento.} Scot. quo Bal. vtitur in d.§.si pacto.col. 3.

Ad l. qui Romæ. 122.

§.*Duo fratres,versi.itemque a dolo.l.igitur.§.1.de libe.caus.*} Scot. vide Azo.in sum.C.in quib.cau. in integr.restit.non est necessa.col. 2.versi.nec obstat,quod dicitur, ff.deposi.&c.Sed illud non omitto &c. & C. de iudic.col.3.in prin.

Versi. quando compromissum illud pœnale ex necessitate statuti &c.} Scot. in ciuitate nostra inter affines affinitate præsenti,vel præterita fit,& inter vicinos,sed, non pœnale.Si ergò compromittatur cum pœna adiectio pęnæ erit voluntaria: nec habebit locum hæc quæstio.

Versi.quæ ex necessitate legis,seu statuti &c.} Scot.in statuto vide contrarium per Celsum in addit. ad Lanfranc.Orian.in c.quoniam contra.de probat.ver. expensæ.col. 2.

Versi.directò repugnet.} Scot. vide l. pen. de confess. & simile in attestationib. per Alex. l. diuus.col. 2,de re iud.

Versi.§.nihil commune,col. 12.de acquir.possess.} Scot. Azo in sum.C.de ordi.iud.nu. 4.

Versi. si enim ratione processus tantù in Summarium &c.} Scot. vnde super quæstio.incidenti, quæ respicit processum, pronunciatur: super ea verò, quæ respicit merita causæ, non pronunciatur. Bar.l.a procedente,C.de dilat.l. 1.C.de ordi.iudic.

Versi.licet non careat scrupulo.l. fundus qui locus &c.} Scot. Adde not.per Barto.hic q. 6.ad fi.vbi tenet videri renunciatum fideicommisso, quoties dictum est, Renunciamus omni iuri, quod in his bonis habere speramus: nullaque alia spes habendi iuris alicuius nisi fideicommissi subest, per l. 2.ff. de libe.& posth. cuius regula concurrit cum regula l. fundus qui locatus. Miror nec Imolam, nec Alciatum meminisse Bart.faciunt quæ ponit Alexan.hic in 5.q. Bar.Alciat.in s. 6.ampliatio.

Versi.aliud regulariter esse.l. 1.in fi.ad municip.} Scot. Adde l.ius singulare.de legibus Azo in sum. C.quan.int. pupil.&c.

Versi.competat ius fideicommissario.} Scot. vt euictionis. vnde ei renunciatum censebitur, vt per Bal.d.c. 1. col. 2.ad fi.

Versi.hic non repeto.l.eius,si cert.peta.vbi dixi.} Scot. ibi tamen videtur etiam huc remittere, seu dicere hic a se dictum fuisse.

Versi.l. 1.de procur.d.l. 1.quemadmo.testa.} Scot. quæ ll.nihil probant, quicquid sequantur omnes, vt adnotaui ad Iaso.

Versi.probabilem spem haberet,l. 2.de statulib.} Scot. & sic non erit speciale ibi secundum Alciat.

Versicul. Alex.consi. 280.in 6.} Scot.l. 2.C.de lib. & posthum. vbi Bar.

Versi.efficiatur irritum.l. 1.de iniu.rupt.} Scot. Tamen dubito, arg. l.Seius,& Augerius, sup.ad l. Falcid.

Versi. & alij sequuntur Alex.hic.} Scot. & consi. 21.viso compromisso &c.in fi.uol. 5.

Versi.per glos.c. 1.verb. contractum, de restit.in integr.lib. 6.} Scot. quæ glos. loquitur in ecclesia læsa, vt hic ēt, vbi se remittit: & nihil sibi remittitur, vel aliàs acquirit ipsa. Tamen dubito de illo dicto, arg. l. municipibus, de cond.& demonstr.

Versi.sed quid si simpliciter quidem facta diuisio proponatur, verum facultas alienandi &c.} Scot. Nota quòd censetur renunciatum secuta alienatione, quando data facultate alienandi fit aliàs simplex diuisio. Ergò in diuisione aliàs prægnãte non est curandum de secuta, vel non secuta alienatione.

Versi. sunt tamen aliqui casus &c. & primus est, si re. &c.} Scot. vide inf. 4.casu, vbi addidi.

Versi.quod in Iasoniano casu fuit.} Scot. vide Bar.l. Imperator, §.fina.versi.secundo casu, quando fuit rogatus &c.sup.de leg. 2.

Versi.quæ in re aliud Socino visum est.} Scot. Socin. sequitur Parisius cons. 46.lib. 2.col.ult.Rip.hic. 8. q. qui tamen si nihil aliud esset in testamento, quod reseruari posset, relinquit cogitandum.

Versi.sed & si alienatio non titulo singulari &c.} Scot. Idem quod hic, tenet tom. 2. Respons.lib. 5.resp. 141. & tom. 3.lib. 9.resp. 102.in 1.impress.est resp. 561.

Versi.in hæredem extraneum facta sit.} Scot. Intellige per testamentum, vt infrà colligitur versi. cum testatoris personam.

Versi videtur actionem fideicommissario dandam.} Scot. Curt. sen.cons. 4.col.pen.uersi.non obstat etiam secundum principale &c.vult actionem dari fideicommissario ad rem, contra hæredem possessorem, siue ex testamento, siue ab intestato, si contra eum poterat agi ad precium secuta alienatione. Quòd si non poterat agi ad pretium secuta alienatione, nec possit agi ad rem contrà hæredem, tanquam in quem dicatur secuta alienatio.

Versi.debet posse reuocari.} Scot. In impressis lectionibus legitur, deberet posse reuocari.

Versi.Curt.consi. 63.} Scot. In impressis libris legitur, Curt.sen.consi. 63.

Versi. nec ad subsidiarium &c. } Scot. vide Bal. in Authen. contra, rogatus, num. 9. & seq. C. ad Trebell. Sed sicut vult Alciat. tom. 3. Respons. li. 9. respons. 36. sub num. 11. testatorem prohibentem alienationem, intelligi etiam testamentariam prohibuisse ad onus (nam prohibitiones alienandi, & fideicõmissa sunt onera: vt per Ias. in l. filiusfam. §. diui, in prin. de leg. 1.) quare non fortius diuidentes, dantes facultatem alienandi, debent intelligi dare facultatem alienandi per testamẽtariam dispositionem, ad fauorem. c. odia. de reg. iur. l. cum quidam. ff. de liber. & posthu.

Vers. cum omnes hic fateantur. } Scot. In impressis libris legitur, cum enim omnes hic fateantur.

Versi. ab ipso vendicari debeat. } Scot. In impressis legitur, ab ipso vendicari queat.

Versi. sed quid si fideicommissum. } Scot. vide in repet. Ias. verb. fratres, nisi fallor.

Versi. magis credo c. 2. de sponsal. } Scot. Addo Alex. consi. 125. col. 2. versi. secundò, quia iura. lib. 1. Dec. in c. cum accessissent, col. 4. uersi. secundus casus &c. de constit. vbi ponit simile.

Versi. clarum est praestari euictionem. } Scot. l. si permutatio nis. C. de euictio.

Vers. aliàs Salyc. sequor, arg. l. si post perfectam. C. de euictio. } Scot. Alciat. dixit in voce, per banc l. si post perfectam solere fieri cautelam ad differendam solutionem pretij per subiectionem litigatoris. De quo per Bald. in l. non idcirco. C. de contrahend. emptio.

Vers. sed numquid saltem respectu rei &c. } Scot. vbi non renuncio rei propter ipsius emptionem, quin habeã titulum veterem: multo minus hæreditati, in qua hæc continetur.

Versi. nec eius quidem rei respectu d. l. fundo. } Scot. vbi non renuncio rei, licet alio titulo eam accipiam, quàm quo mihi relicta est: nec hæreditati, licet rem lega ti titulo ex alio testamento accipiam purificata conditione.

Versi. etiam talem diuisionem fieri posse receptius est. } Scot. sed periculosum hoc videtur: cum traditum sit, vni ex pluribus emphyteutis tota re adiudicata, requiri consensum domini, ac laudatiuum solui. Ias. d. l. fina. & hic, colu. fina. versi. hinc infertur &c. & dominum debere præferri, si velit tantundem soluere.

Versi. at hic nouus non est. } Scot. Immo respectu acquisitionis partium coempbyteutarum.

Versi. c. 1. de alie. feu. pater. ubi Bald. } Scot. quem vide c. 1. de eo qui fi. sec. agna.

Ad l. quod dicitur patrem. 130.

Versi. ecclesia enim emphyteusim concedit, vt canonem annuum recipiat spe considerationis salua. } Scot. contrarium per eundem Alciat. in l. filiusfa. §. diui, ff. de leg. 1.

Scholia Fed. Scot. Iureconsi. &c. Ad Tomum Primum Andr. Alciati, secundum impressos libros ab Isinginio, de verb. signifi.

LIBER PRIMVS.

Colum. prima uersic. spectanda est. } Scot. Quæ si inuitis nobis intelligi posset, verbis omnino non vteremur: sed quia intelligi non potest, verba ideo reperta sunt, non quæ impedirent, sed quæ indicarent voluntatem Cic. in oratio. pro l. Murena.

Col. 5. versi. lex est in municipio, quicunque in palatio sanguinem fuderit. } Scot. Canriuncula lib. 1. de offic. iudic. citatur (inquit) & protritum illud exemplum statuti Bononiensis, Capitale sit sanguinem in palatio fudisse. Chirurgus cuidam in palatio venam aperuit: accersitur capitis. Bart. scribit magnam fuisse contentionem. Cuius verbi me suppudet: cum ea res, vel a mulierculis ex sensu communi definiri potuerit. Hæc ille. Ridet etiam Coras. lib. Miscell. iut. 2. c. 18.

Col. 10. versi. item lex: victus victori &c. } Scot. inf. col. 3. contrarium.

Versi. lex ait: vxore præmortua &c. } Sco. infrà colum. 3. & colum. 5.

Col 12. vers. veluti cũ verba legis municipalis tàm ampla &c. } Scot. sup. col. 3.

Vers. idem si diceret. Mortuus &c. } Scot. sup. colum. 3. inf. col. 5.

Versi nam & si victum victori &c. } Scot. sup. col. 3. contrarium.

Colum. 19. versi. sic quamuis filia de dote, nisi ex consensu patris agat &c. } Scot. Vtitur verbo, nisi, sine negatione, non, præcedente, vel sequente. Quod puto vel vitio typographi, vel autoris incuria accidisse: etsi Connanus nitatur defendere benè dictum. infrà præcedit, col. 7. & 8. & alibi.

Col. 24. versi. & tamen episcopis &c. } Scot. Facit infrà columna 3.

Colum. 25. versi. sed & procurator. } Scot. Facit supra columna 3.

Ad lib. 2.

Col. 7. vers. sic & testator apposita &c. } Scot. vide inf. latissimè, lib. 3: col. 74. & seq. & aliter quo ad effectus legitimos per subsequens matrimonium, & columna 82.

Colum. 8. versi. nec enim verisimile est. } Scot. vide add. ad Abb. in c. nisi essent. de præb. col. pen.

Col. 13. versi. beneficiaque natura limitabit aliquid &c. } Sco. Sed alicubi legitur, limabit.

Ad lib. 2.

Col. 8. versi. quid si per subsequens matrimonium? } Scot. supra lib. 2. pag. 43. breuibus, & malè. inf. col. 82.

Col. 13. vers. sed & hac opinio } Sco. vide inf. col. sequen. versi. sed & si, vbi ponderat geminationem.

Col. 14. uersi. sed & si in legato &c. } Scot. vide suprà col. præced. vbi eleuat geminationem.

Col. 15. vers. vt ea in quæstione. sup. &c. } Scot. sup. col. 74. & 75. & lib. 2. col. 43.

Ad lib. 4.

Col. 5. vers. Honorius, leuato velo &c. l. pen. C. de naufrag. lib. 11. } Scot. vide glos. & add. c. cupientes, de elect. in 6. & Menoch. tract. de arbitr. iudic. lib. 2. centu. 3. casu 297. vbi refert Mag. lib. 2. Miscel. ca. 13. sed considera eum loqui sine autoritate, item quod iudices literis, N. L. significabant, nõ liquere sibi de causa, non autem veli obductione. Vidi tamẽ hic tempestate Petri Aloysij Ducis primi, obduci velum, cum consiliarij auditis aduocatis vellent conferre de responsione inter se, ac deliberare: deinde

de reduci cum vellent dare responsum. Ita etiam fit Venetijs.obtendunt enim tabellas ligneas deliberaturi,deinde eis amotis respondent.

Col.6.uersi.ortum ex historia &c.} Scot.vide Franc. Bal. in Commenta.in ll. 12. tabul. in prin.de Ephesijs contra Hermodorum.

Col.7.versi dixit Accursius glo.l.Papinianus &c.} Scot.vertere vela,funem reducere,similia.

Col.8.uersi.Prolepsis, quædam anticipatio &c.} Scot. c. institutum.c.sic quippe.27.q.2.

Col.9. versi.extat & facetus &c.} Scot. emit, lege coxit; enim,lege coqui: quamquam verisimilius est ipsum autorem errasse memoria lapsum; quàm typographum.

Colum. 11. versi. filium exhæredauit l.cum quidam.C. de leg.} Scot.vide Spieg.in lexico,verb. iurisconsulti nonnunquam.vide §.est quoque quoddam, vbi glos. in auth.de nupt.§.si verò relinquens.in authen. de monach.vbi glos.& in §.quod si quis,in auth. vt ij qui oblig.l.si creditores, verb. commendet, ff.de priuileg.credit.

Col.18.versi.sed nec Vlpianus, puto, negaslet.} Scot. vt l. 1. de tab.exhib.

Versi. quasi Vlpianus Aethiopum leges interpretetur.} Scot. Hoc tamen videtur confundi per l. 1. §. idem Labeo scribit,ff.de aq.cottid.& æsti. vide etiam Forcatul.lib.de penu iur.ciuil.c. 3.

Col.22.vers. vox nusquam alibi a me lecta.} Scot.sic negat a se lectam hanc vocem, inf.l.inter diuortium;ibi tamen legit fribusculum.

Col.vlt.repedare.} Scot. vtitur l.12.tabul. item Lucret.

Scholia eiusdem Ad Alciatum in Librum Quinquagesimum Digestorum.

De verbo. & rer. signifi. Tit. 16.

Ad Rubricam.

Vers.1.Cum inuenta sint verba,vt dicentis &c.} Scot.l. Labeo.de supel.lega.c.is autem.22.q.2.d.l. Labeo al legat Alciat sup.lib.1.in prin. vbi hoc idem dicit: & ego addidi ex Cicerone.

Ad l. 1.

Versi. 1. quia articulus &c.} Scot.Hoc esse, quia τίς Græcè,quæ est,quis, Latinè est communis generis, vt ait Tiraq.tract.de retrac.§ 1.glos.9.num. 214. Et vide Bald.in l.si quis,in tantam.colu.2.C. und. vi. vbi de Ricardo Salyceto,qui Florentiæ condemnatus fuit in 9.libris in syndicatu, quia contra hãc l.1.iudicauerat.

Ad l. 2.

Versi.quod vespere non ita vegeti &c.} Scot. vide Mantuã apophtheg. 454.

Ad l. creditores. 10.

Versi.vt Accursius,& cæteri existimant:quod ego non probo.} Scot. vide eundem infrà eod. l. pecuniæ verbum. §.vlt.

Ad l.nihil est aliud. 24.

Col.3.versi.absurdumque esset toties.} Scot. Idem Bellon. in supputat.

Ad l. ager. 27.

Versi ager ab agendo dicitur &c.} Scot. Quam etymologiam vituperat Quintil.Inst.orator.1.c.10.

Ad l. pratum. 31.

Vers.Alb.in dict.} Scot.vide Sylua.consi.76.

Ad l. minus. 32.

Scot. Idem de minimè.& vide Ferretum in l. vbi autem.num. 11.& seq.ff.de verb. oblig.eaque reprehende, quia in ea municipali seruatur vis comparatiui. vnde non debet locum habere vbi hæc dictio non habet vim comparatiui.& perpẽde vers. id tamen &c.vnde si aliam &c. cumque dicit contrahentium,intellige,& legislatorum.& vide inf.l. verbum amplius, & l. si ita, vbi Alciat. videtur sequi, quæ sup.dixi reprehendenda.

Ad l. ostentorum. 38.

Vers.sed antiquos indifferenter his verbis vsos verisimilius est.} Sco. & apparet ex hoc textu,vers.duo genera &c. vnum quoties.vbi ostentum pro monstro.

Vers Hoc & demonium meridianum in Psalmis appellatur.} Scot. Ouid.lib.4.Fastor.Nec dryadas, nec nos videamus labra Dianæ: Nec faunum medio cum premit arua die.

Ad l. subsignatum. 39.

§. Attestari, versi. videtur enim vtrunque verbum eiusdem significationis esse, de qua re infrà &c.} Sco.inf.l.prox. nu. 12.vbi dissentit ab his,quæ hic scribit: vulgque veriorem lectionem esse detestari.

Ad l. detestatio. 40.

§.Serui,uersi.vt etiam Græco epigrammate &c.} Scot. Distichon Græcum Naso in Fastis, ita Latinum fecit:Rode caper vitem, tamen hinc cum stabis ad aram in tua quod spargi cornua possit,erit.sed Alciat.non meminit Ouidij. Quapropter qui non meminisset versuum Ouidianorum,tribueret translatos ipsi Alciato.

Ad l. sæpe ita. 51.

Sub num. 8.uersi.gentis nomen agnatos,& cognatos continet.} Scot.Hoc non placet,cum iuncti per fœminas nõ eodem inter se nomine sint.

Ad l.impensæ. 79.

Vers necessaria existimantur.Bart. &c.} Scot. l.ali.non,an. & vide Petr.de Anchar.consi.381.

Versi. nisi sint impensæ &c.} Scot. Hanc exceptionem non intelligas de malæ fidei possessore, qui in restitutione fructuum deducit has impensas: quia fructus intelliguntur deductis impensis. l. fructus, ff.solu.matrim.

Ad l. inter stuprum. 101.

Verb indifferenter.Alibi lex Græcè &c.} Sco.vide sup.di.4. col.2.in fi.

§. Serui,versi. sed etiam filijs feminino genere.} Scot. inf. l. quisquis.

Ad l. τέκνων &c. 1.

Natorum appellatio. 104.

Alciat.lib.3.Dispunct.c.10.ait hic agi de significatione vocis Græcæ,non autem de Latinæ: ideoque argumentum efficax hinc deduci vix posse.

Ad l.sequester. 110.

Vers hincque apparet errare magistratus, qui sub prætextu, vt iurgijs &c.} Scot. De iudice non debente se eligere.Tiraq.tracta.de retract.tit.2.§.4.gloss.7.in prin.

Ad l. quisquis. 116.

Versi. natis enim filiabus.} Scot. suprà l.inter stuprum, §. ult.

Ad

Ad l. hostes. 118.

Vers. vt Scythæ, quos Tartaros vocamus. Scot. Aen. Sylu. in episto. ducit Turcas ex Scythia. Plin. lib. 6. ca. 7. ponit Turcas circa Mæotim paludem Scythicam seu lacum. meminit Pomp. quē citat Calc. verb. Thussagatæ. Idem ergò omnes, quòd scilicet, est gens Scythica. Alciat. tamen ex Perside ait Turcas prouenisse, qui orientale euerterunt imperiū.

Ad l. spadonum. 128.

Vers. fine quia naturaliter fine testibus progeniti sunt &c. Scot. De quibus eunuchis habes Matth. c. 19. & de factis ab hominibus: de quibus & hic agitur, vide Leuit. c. 22.

Vers. qui igitur coire queunt, hi & vxorem &c. Scot. Iuuē. Satyr. 1. cum tener vxorem ducat spado.

Vers. fuere autem apud veteres eunuchi aliqui insignes uiri &c. Scot. Adde Phutipharem eunuchum magistrum militum Pharaonis apud Mosem. Gen. c. 37. vbi vide Steuchum.

Vers. Qua ratione introductum arbitror &c. nā verisimile &c. Scot. Deest in impressis vox, nam. & cum lex ipsa ponat rationem, non est alia quærenda. Pro qua tamen alia facit Cic. in epistolis ad Brutum de liberis Lepidi.

Ad l. quæreret aliquis. 135.

Scot. Cur monstrosi partus, Aristo. de parti. anim. cap. 4.

Vers. cum Thales in Periandri armento &c. Scot. vide Cę pol. in l. ostentum. suprà eod. Vbi taxat Calabros de hoc vitio, quod Theologi vocant bestialitatē: & admittit nasci posse ex homine, & bestia animal.

Vers. quod ex Iulio Materno &c. Scot. Qui etiam de sedigitis: quorum inf. meminit.

Vers. nam & Hippocrates mulierem &c. Scot. vide Cæpol. l. ostentum. sup. eod.

Vers. quæ ratio vt quandoque vera sit &c. Scot. De causis similitudinis adscendentium, & descendentiū, & aliorum, Aristo. de parti. anim. lib. 4. c. 3. Lucret. lib. de rer. natur. Ioannes quoque Picus libro 3. in astrologos, refert ex Aristotele, si quis pro parentum seminibus filius non effigiatur: & inde ducat suam similitudinem, monstris esse annumerandū. vide Galen. lib. de Theria. & lib. de hist. Philoso. & lib. de sperma. & Texto. in Offic. tit. de ancillis.

Vers. frequentius tamen accidere &c. Sco. Catull. in epitha. Sit suo similis patri Mallio: & facile inscijs nosciteur ab omnibus: & pudicitiam quæ Matris indicet orc.

Vers. quod & Plumbini Dux &c. Scot. Idem Alciat. narrat hoc reg. 3. præsumpt. 27. præsumpt. col. 3.

Vers. qui senis fuit digitis. Scot. vide Reg. 2. c. 21. Volcatius qui scripsit iudiciū de Comicis, quia Sedigitus, fuit dictus Sedigitus. Horatij filiæ sedigitæ. Crinit. lib. 3. de poet. lati. c. ult.

Vers. vel tribus testib. Scot. Audiui Rodomontem Gōzagam fuisse tritestem. Idem habuit & solidum os pro costis, quemadmodū alius nominatus a Textore, tit. de miracu.

Ad l. Ter enixa. 138.

Scot. Tamen quæ semel vno partu tres, vel duos filios edidit, ius liberorum non consequitur. Paul. li. 4. sentent. tit. de intest. success. vide Duar. vbi inf.

Vers. Hodie tamen & Honorij, & Iustiniani constit. Scot. vide Duar. lib. 1. capit. 40. anniuersa. Dispu. vbi dissentit.

Vers. Præterquam cum verba legis actum percutientis respiciunt &c. Scot. Quid in tormento ferente plures glandes?

Ad l. ædificia. 139.

§. *Perfecisse. versi. Qua in re cum ego impeterer &c.* Scot. vide eundem Alciat. tom. 1. Respons. lib. 2. respōs. 13. vbi latissimè agit de hac materia in hac causa propria.

Ad l. non est sine liberis. 148.

Versi. liberi etiam de vnico filio dicitur. Scot. vide Gell. lib. 2. ca. 13. qui affert dictum Sempronij A sellionis, qui de vnico Sempronij Gracchi filio liberos dixit. Viues in lib. 16. c. 40. de ciuit. Dei. Turpilius in Epiclero, In Caliphonis nunc te miseræ liberū. in fragm. ex Turpil. & est acusatiuus singularis, pro genitiuo plurali, secundum Nonium. M. Varro in Menippæis, Sed o Petrulle, ne meum taxis liberū. Terent. in Hecyra, de vnica filia, Suos cui liberos committeret.

Ad l. hominis. 152.

Versi. Ridiculi sunt antiquiores Græci, dum nescio quem Adamum finxerunt cœli, & terræ filium &c. Scot. videntur hausisse a Mose, vt alia multa. Vide Tiraq. in commen. l. si vnquam. verb. susceperit liberos. sub num. 154. C. de reuoc. donat.

Ad l. inter donum. 194.

Scot. μαίωτρα, obstetricationis præmia. Lexic. Græco latinum. Læmuschaton præ nium vincentium in gladiatura. Calep. vide aliqua apud eundem li. 2. Parerg. c. 26.

Ad l. cum in testamento. 202.

Vers. non licet minus &c. si amplius &c. Scot. Facit illud Ouidij, lib. 2. Fastor. Nec maiora veto: sed & his placabilis vmbra est.

Ad l. Mercis appellatione. 207.

Col. 3. versi. an literatus pædagogus vilis sit? Scot. Huius artificium dicitur in l. duo societatem. ff. pro soc. Spieg. in lexi. verb. artificium.

Col. 4. scribit Aemilius Probus, apud Graios &c. Scot. vide Tiraq. de nobilit. c. 34. nu. 50. vsque ad nu. 53.

Versi vetari eum in decurionibus esse. l. eos. sup. de decur. Sco. vide Tiraq. de nobil. c. 34. nu. 48.

Ad l. cedere diem. 213.

§. *æs alienum, versi. vt ἀντίφρασις appositæ sint &c.* Scot. vide eundem Alciat. lib. 2. Parerg. c. ult. Calep. ver. materia.

Ad l. fi. 246.

§. *Restituit. vers. scribat Iustinianus quantum velit &c.* Scot. vide Neuiz. in syl. nuptia. char. 111. in paru. seu antiq.

Vers. offusas per hosce Graculos tenebras. Scot. Qui inuidia tacti ex latinis citata loca in Pandectis non reliquerunt.

Scholia Fed. Sco. I.C. &c. ad Tomum secundum Dispunctionum Alciati.

Ad episto. nuncupatoriam.

Vers. in legibus ipsis si quod verbum excidat, vel malè percipiatur

tur, maximum &c.} Scot. Quò pertinet illud Ouidianum, lib. 1. Amo. Atque eadem ſponſum conſulti ante atria mittis, vnius vt verbi grandia damna ferat.

In Librum Primum Diſpunctio.

Ad c. 28.

Scot. Hotoma. reclamat Alciato in comment. verb. iur. verbo, cognati propriè.

In Librum Secundum eiuſdem.

Ad c. 6.

Verſi. malim vnam. } Scot. Non probat hoc ſecum pugnans. lib. 1. Parerg. c. 18.

Ad c. vlt.

Quin & idem rurſus quid eſt quòd negligenter &c.} Scot. Aliter paulò legit Bud. in annota. l. tali, §. ſocer. ff. de iur. dot. & vtrouis modo legas, apparet Ciceronē applicuiſſe verbum, hæc, diſtantiorib. verbum autem, illæ, proximioribus. Rectius Bud. quàm Alciatus. vterque verò malè legit coniecta, pro deiectis, & ſup. ſanctæ, pro ſanctè.

Verſi. illa ſunt &c. hæ ſeruantur &c.} Scot. In meo Cicerone legitur, hæc ſunt, item non hæ, ſed illæ ſeruātur; item non coniecta, ſed deiecta,

In Librum tertium eiuſdem.

Ad Proœm.

Verſi. hunc librum.} Scot. De opere plures libros habēte contra obſeruationem Vallæ facit hic Alcia.

Ad c. 3.

Verſi. Honorij, & Arcadij Impp. l. ſi. &c.} Scot. inf. c. 6. tribuit Conſtantino.

Verſi Iuuena. Nam placet Vrſidio lex Iulia.} Scot. ibi meo in codice legitur, ſed placet.

Ad c. 6.

Verſ. Tertinus caput fuit, vt quod vir vxori &c.} Scot. vide aliud caput lib. Parerg. 2. c. 26. in fin.

Verſi. Conſtantini conſtitutione.} Scot. ſup. ca. 3. tribuit Honorio, & Arcadio, & bene.

Ad c. 8.

Sc[illegible]. vide inf. in tres libros. C. ſub tit. de decur. l. quidam ignauiæ.

Ad c. 11.

Scot. vide inf. in tres libros. C. tit. de decur. hic alleg.

Ad c. 16.

Confractores fuerint.} Scot. lege, confar ctores, vel confartores fuerint.

In Librum quartum eiuſdem.

Ad c. 15.

Verſi. vbinam gentium, dis, pro diuite ſingulari numero &c.} Scot. Habes diti, pro diuiti, apud Liui. Decad. 3. li. 6. & Vergil. vel alium in Aetna. ditis pro diuitis apud Terent. in Adelph. act. 4. Scę. 2. in Phormione, In ſeruitutem pauperem ad ditem dari. i. diuitē. imò dis apud Terent. in Adelph. act. 5. Sce. 1. dis quidem eſſes Demea, Ac tuā rem conſtabiliſſes.

Schol. Fed. Scoti. I.C. Ad Commen. Alciat. in tres poſterior. Libros Cod.

In Librum decimum Codicis.

De decurionibus &c. Tit. 31.

Ad l. quidam ignauiæ. 26.

Verſ. Eutropius, atq; Oroſius tanto odio tradunt valentē &c.} Scot. Imò penuria militum adactus tulit hanc l. inquit Bard. in Chronolog.

Verſi. ſcribit Vlpianus, in l generaliter. §. cor.} Sco. vide ſuprà lib. Diſpunct. 3. c. 8.

Verſi. neceſſitatem cæteris.} Scot. legendum, eis: imò, cæteris. Nam ſibi vult Alciat. onerari cæteros, ne eis iniungant aliquid, quo lædatur eorum ſuperſtitio.

In Librum vndecimum Codicis.

De metallarijs &c. Tit. 6.

Verſ. in l. notas, verſi. μέταξα autem Græcis.} Scot. Metaxa ſericum villoſum dici videtur, quod velutum vulgò vocant. Quadam ex parte hanc dictionem referunt Bohemi, qui ſericum tale, axamit appellant. Metaxariorum negociatorum mentionem facit l. fina. C. de pigno. ſerici vſus è Perſis ad Græcos tranſijt, iampridem deſitus. Egnat. in vita Iuſtiniani. Ponuntur hæc in add. Tripert. eccleſ. hiſtor. Nicephori Calliſti ad epito. red. a Caſſiod. lib. 17. c. 32. vide Alciat. lib. 6. Parerg. c. 25.

In Librum duodecimum Codicis.

De prox. ſacr. ſcrin. Tit. 19.

Ad l. iubemus. 4.

Verſ. in ſequentibus verbis &c.} Nota functionis publicæ nomine datos ſolidos duos ex mille ſolidis redditus.

De priuileg. eo. qui in ſacr. palat. mil. Tit. 29.

Ad l. de cubiculis. 2.

Verſ ſed etiam particulam opuſculi &c.} Scot. & apud Papinianum alibi, imò & apud Cic. lib. 1. de legibus

De erogat. milit. anno. Tit. 38.

Ad l. 1.

Verſi. Inde fit bucella Martiali.} Scot. vide Martialē: quia Calep. verb. bucea, vult Martia. vti bucca, pro bucea, vel bucella.

De diuerſ. offic. &c. Tit. 60.

Ad l. agentium. aliàs. §. & eſt notitia.
l. hac ſanctione. 10.

Ver. Plinius li. 11. Antiquitas mirata eſt penſiles hortos &c.} Scot. Ioſeph. libris antiquitatum Iudaicarum, tribuit (niſi fallor) Nabucodnoſori, quem Strabo appellat, Labocodnoſorum.

Scholia

Scholia Feder. Sco. I.C. &c. ad librum Primum Prætermissorum Alciati.

Verb. Album. versi. vt errent qui parietem dealbatum &c. } Scot. Sed perpende pro Suida versum Plauti in Persa, Qui hic albo pariete aliena oppugnant bona.

Verb.cautela,vox omnino barbara non est. } Scot. legitur in Pandectis non semel.

Verb.Camum.versi.ambamnata sunt,quos sapores vulgò dicimus. } Scot. Mercur.lib.1, cap.14 varia lectio.citat Vlpianum.l.si quis omisso titulo.

Verb.Chrysammos.vers. ita lex illa accipienda est,quicquid aliquando &c. } Scot. Alc.se corrigit.

Verb.Elemphoria.versi. vt ab impressa lectione &c. } Sco.& quia. sup. eod.inter personalia describitur munus frumenti,& olei coemendi. Idem fit in l.1.ff.eo.vt mirum sit Accursium vtrobique allegare dd.ll. p contrarijs.

Verb.fascia cruralis.versi.quod vulgò scalfinum &c. } Sco. vn de vulgò dicimus solum caligarum,pedule.

Verb.Lusum alea.versi.vocatur autem hic lusus, cum ducta for te &c. } Scot. Qui lusus est antiquissimus, vt appa ret ex Herodoto loquente de Cyro.

Verb.Synthesis,versi.corruptum arbitror. } Scot. Idem habes in l.Titia cum testamento.§.1.ff.de leg.2.

Verb. sermo latinus.uersi.fuisse enim sermonem qui latinus diceretur &c. } Scot. Facit Varro lib.5.de re rusti.Rustici etiam nunc quoque vjam, veham appellant. Hadr.Cardi.de sermo.lati.verb.etiam nunc. An irent operto capite,an aperto:quod aperto Mercur.de arte gymnastica,lib.3,c.3.& lib.6.c.1.

Scholia eiusdem, ad librum Primum Parerg. Alciat.

Versi.Inscripsi autem opus ipsum,Parerg. } Sco. Accius scripsit tragediam Parerga,inscriptam.

Ad c.12.

Vers.quibus verbis gentem in patricijs esse,in pleberijs,stirpem &c. } Scot. vt dici possit in l.1.de proba.in f.allega. quia genus referri ad plebeios, gentem ad patricios. Hotoman.tamen in comment. verbo.iur.ver bo.gens,& genus,vult accipi,vel pro siue:vt idem significent ambo illa verba.

Vers.itemque nihil ad sanguinis vinculum &c. } Scot. Vnde Cic.lib.1.de Oratore,Gentilitatum, agnationum &c.Iurisconl.sæpe.ff.de uerb.sign.

Ad c.16.

Vers.dedititij erant,qui post commissa crimina &c. } Scot. Vide Politianum in Miscell.c.84.

Ad c.16.

Vers.erat autem Harpocras Aegyptius, qui ciuitatem &c. } Scot. Malè Harpocras.oportuit dicere Harpocrates. Lucretius, Harpocrates Aegyptius ora resignet. Et recentiores reprehendunt medicos trecentenarios, vtpotè nomen principis medicorum proferre nescientes,cum diceret Hippocras, pro Hippocrates.

Vers.quo fit,vt non probem eos,qui in lege Solonis &c. } Scot probat secum pugnans lib.2.Dispunct.c.6.

Ad c.25.

Vers. iudex enim ibi de inferiore magistratu &c. } Scot. in Annot.reliquis in Pandectas, scribit iudicem in l. quisquis. C.si cert.pet.significare præsidem.

Ad c.30.

Vers.præter aequum. } Sco. imò præter eccum,idest, ecce illum,de se intelligens.Vide Connan.libr.1.c.15. commenta. iur.ciuil.

Ad c.38.

Vers.quod ex Aggenio Vrbico. } Scot. Aliàs in libro autoris,scribitur Aggeni Vrbici.

Ad c.43.

Vers.quoniam Hermolaus Barbarus mancipiumea voce &c. } Scot. Quem secutus est Bud.in Annot.in Pand.

Vers.Anabatas dixit, qui aliàs appellantur &c. } Scot. sup. lib.11.C.titul.de anno. ciuil. dicit Andabatarum.

Ad c.45.

Vers.sicut donatiuum. } Scot.vel laudimiæ,arg. Bud. in Annot.sicut latumiæ. Tamen ipse Bud.ait, quos vocant,quasi non vocem eam approbet.

Ad c.50.

Vers.in Nouellis Iustinianus lecticarios,seu decanos appellat. } Scot.Nihil tangit de hoc in locis supra allegatis; idest l.4.l. qui sub prætextu C. de sacrosanct.ecclesi.

In libr. secundum Parerg.

Ad c.2.

Vers.qua Claudius Saturninus adducit. } Scot. ita Haloandrinæ, & Florentinæ Pandectæ. Aliæ,Claudius duntaxat habent.

Ad c.21.

Vers.quo argumento, si tibi quis legauerit ex omnibus caligis suis,illud par &c. } Scot. Facit quod scripsi libr.1. Resp.2.resp.

Ad c.26.

Versic. quæ Cararium apud Cicer &c. } Sco. Vide l.fin.de Cæraroet.chartul.in legib.Longobardorum.

Vers. nisi ea lege, vt bonorum suorum dodrans eius liberis sit saluus. } Scot.ex hoc capite potest videri efficta. l. hac edictali.C.de secun.nupt.vide Alc.in Dispūctio.nisi fallor.Adnotaui ad Iuuen. sed placet Vrsidio lex Iul.

Ad c.28.

Vers.1. } Scot.Vide Hierony.in Catalog.scripto.ecclesiast.verb.Ignatius.

Vers.alij inter eos. } Scot.Vide sup.lib.1.c.23. Hotoma. in commen.verbo.iur.verb. ad bestias.qui & ipse intelligit de obiectis feris. Sed falluntur isti vitupe ratores differentiæ Budeanæ,ut alibi docui.

Ad c.33.

Scot.aliter Conna.libris Comment.iur.ciuil.

Ad c.36.

Scot.vide Asinium l.2.§.prætor ait in fi.ff.de religio. vbi in funebre oratione apud Aegyptios, inter cætera in defuncti commendationem dicebatur in eius persona, Neque depositum reddere nolui.

Ad

Ad c. 47.

Vers. Tradit enim Plutarchus in problematis &c.} Scot. simile Spieg. in lexi. uerbo cucurbitare. Vide de adulter. & de debitis, ex Nicolao, de moribus gentiũ, apud Stobæ. Sermo 44.

Ad c. 50.

Vers. unde & pleraque videmus &c. ὁμαλῶς idest &c. materialiter.} Scot. vide Alc. in l. credere diem, §. æs alienũ ff. de uerb. sign.

Versi. tibi sume} Scot. Caius, presume.

In Librum Quartum Parerg.

Ad c. 1.

Vers. quod vulgò, inquit dicitur filiof. &c.} Scot. simile infr. lib. 12. c. 8.

Vers fac pater ipse tui Priamus &c.} Scot. Aliter transtulit lib. de sing. certa. c. 26.

Ad c. 4.

Vers. & athei.} Scot. inf. lib. 6. c. 27.

Vers. Idem & oratione quadam Iosephus.} Sco. Facit. Io. c. 8.

Ad c. 10.

Scot. uidenda quæ posui ad 8. Odyss. Quod dicitur de dote, accipe & de paraphernis. Ias. l. non hoc. sub nu. 15. C. vn. leg.

Versi quale est illud quod &c.} Scot. & oscula iungit. Nec moderata satis, nec sic a uirgine danda. Ouid. 2. Metamorph. Ariost. in Furioso & Clarius Tibull. quoque, & dare anhelanti pugnantibus humida linguis Oscula.

Ad c. 12.

Vers. quæ uerò ab Haloandro recentior est, recte &c.} Scot. Meus codex Haloandrinus non habet, ut refert Alciat. eum habere: nec habet, ut ipse ait, habere debere.

Ad c. 13.

Vers. Hoc certum te scire volo Plauciane &c.} Scot. Posset intelligi, quod ditescere coeundo cum uetula, est locupletem mori: quia coitus cum anu perniciosus est, testibus medicis. Idque Franciscus Villa noster scribit in quodam libello, seu capitulo, de Lamijs.

Ad c. 14.

Vers. cum ad parandam sibi doctrinam.} Scot. Facit illud Demosthenis, qui ter interrogatus quid esset potissimum in Oratore, ter respondit, pronunciatio; centies ita responsurus, si centies fuisset interrogatus.

Vers. illud autem sciendum, duos fuisse Senecas &c.} Scot. Martialis, Duosque Senecas, vnicumque Lucanum. Facunda loquitur Corduba.

Vers. Magna tamen est hac in re diui &c.} Scot. hic in catalo scriptor. ecclesiast. unius tantum meminit Lucij Annei Senecæ Cordubensis, patrui Lucani poetę, & magistri Neronis, ac stoici: quem facit christianum.

Ad c. 25.

Versic. Pacata demum Italia, & vrbibus munitioribus &c.} Scot. Acutior interpretatio, quàm uerior, ut ostẽdi in rubr. ff. de oper. no. nunc. Ita ipse loquitur aduersus alios inf. lib. 6. c. 16. in fi.

In Librum Quintum Parerg.

Ad c. 8.

Vers. Hodie legitur. Insti. de oblig quæ ex delict.} Scot. ubi aliter de oblato, ni fallor.

Ad c. 12.

Scot. vide gl. in c. statutum. §. 1. de rescrip.} Scot. lib. 6. ni fallor, ubi exemplificat inimicos per Guelphos, & Gibellinos.

Ad c. 15.

Versic. sic apud Arist. ἀρχὴ vna significatione, & principium significat, & finem.} Scot. Vnde caput rei pro fine vulgò accipitur. Hinc caput Trebiæ appellamus locum, quo Trebię finit in Padum fluens.

Ad c. 18.

Vers. ne contra historia legem prosa orationi carmina insereret.} Scot. Hoc de carminibus autoris dici potest, non de alienis. Nam uidemus Herodotum afferre carmina oraculi.

Ad c. 21.

Vers. respondeo, non de ipsis oppidis loquitur Maro. Scot. Hęc responsio nequit sustineri propter illud, Arduus inde Acragas ostendit maxima longe Mænia.

Ad c. 24.

Scot. Aduerte, quia in Paradoxis, & alibi, videtur approbare relationem Hieronymianam, & Iustinianeam, hanc differẽtiam quatuor, & plurium hæredum Falcidiæ in portione legitimæ fuisse imitatũ.

Ad c. 26.

Vers. Præstitit certè Iason nobis omnibus tria maxima.} Scot. Hunc commendat Steph. Forcatul. in Necyomãtiæ dialogir 62. & 79. ad fi. Io. quoque Oldendorps. in suis opusculis.

In Librum Sextum Parerg.

Ad c. 3.

Vers. qui Lacedæmonium pyrxysmate lubricat orbem.} Scot. Mercurial. lib. 1. de arte Gymnastica. legit, prophysinate. Adnotaui ad Iuuenalem.

Ad c. 5.

Vers. Iuuenalis, Nec res atterritur longo sufflamine litis} Sco. Id est, suspensione. Posset etiam exponi, id est, longa sufflatione. Sic dicimus principem insufflare spiritum uitæ liti, quoties eam facit reuiuiscere. Metaphora sumpta ab igne, qui sufflando viuus retinetur: uel a Deo, qui insufflauit spiritum uitæ Adamo. Genes. ca. 2. uel a Christo, qui insufflauit spiritum discipulis. Io. c. 20.

Ad c. 7.

Vers. gastirion idest, ventriale, vas vini Aristophani.} Scot. vulgò, ingastara.

Vers. Cæterum videtur locum accepisse in naui, quo ventri operam &c.} Scot. Hinc vulgo medici ingasterium.

Ad c. 10.

Vers. sed tamen Cæsar &c. Cur non, alteram Aquitani &c.} Scot. Imò hoc dictum probat Vallæ traditionem, quia hic agitur de tribus.

Ad c. 11.

Scot. inf. lib. seq. c. 4.

Vers. etenim inuenta est &c.} Scot. contra hunc agitur quidem pluribus in tracta. Paris. de usu. vide Cæp. in l. etiam aureos nummos. ff. de uerb. sign.

Horatiano prouerbio.} Scot. Improprie loquitur. Neque enim prouerbium est vnius.

Ad c. 16.

Vers. acutior, eruditiorque &c.} Scot. Talis quam facit ipse sup. lib. 4. c. 25.

Ad c. 20.

Vers. Videmus veteri canone &c.} Scot. Hoc dubium est, vt adnotaui in margine ad c. statuimus. hic alleg. Prædeuell. tract. de peste, sub rub. de cæt. ad salubr. ciuit. pertinen. c. 6. dicit Telesphorum induxisse quin quagesimam. c. quinquegesimam. distinct. 4. Petrũ verò quadragesimam. allegat Archidiac. c. sacerdotibus. de consecrat. distinct. 3.

Ad c. 25.

Vers. Metaxam. sic enim legendum &c.} Scot. vide sup. lib. 11. C. sub rubr. de metalla.

Ad c. 26.

Vers. quam corrupto codice Plin.} Scot. non reperi.

Vers. inde deceptis autoribus, qui ibi crediderunt &c.} Scot. si mile de centauris scribitur.

Ad c. 29.

Vers. nempè vt itinera tuta sint.} Scot. Facit l. 1. §. 1. de ijs qui deiec. vel effud. vbi Bald.

Vers. quod ad publicæ viæ tutelam attinet, aduenæ illac transeuntes &c.} Scot. si datur securitas viæ publicæ, quare non fruatur ea quicunque illac commeat? Et si pe regrini delinquunt ibi, nonne fiunt fori illius territo rij, vt puniantur? cur ergò, si delinquatur in eos, nõ fiant eius fori, vt uindicentur.

In librum Septimum Parergon.

Ad c. 1.

Vers. suadet æquitas, vt venditori &c.} Scot. Contra Conna. lib. 3. commentario. iur. ciuil. c. 4. nu. 4.

Vers. consultum eum a Phraote Indorum Rege &c.} Scot. hic Rex appellauit aniculæ iudicium, diuisionem huius thesauri inter partes. adnotaui ad l. Nesennius. ff. de negot. gest.

Vers. ad meliorem transiret.} Scot. vide de tripode a pi scatoribus inuento, Volaterr. c. 20. in princ.

Ad c. 3.

Vers. qua apud puteos &c.} Scot. Caciama ppellant.

Ad c. 5.

Scot. vide Spieg. in lexi. verb. cucurbitare.

Ad c. 19.

Scot. Ariof. in furioso, hanc donationem olim bene, hodie male ait olere. cantu 34. vide etiã in rythmis extraordinarijs additamento cantus. 32.

Ad c. 20.


V ers. qui ex duabus sororibus progenerantur.] Scot. vt fuere Dardanus, & Mercurius. Verg. 8. Aeneid.

V ers. propius sobrino.] Scot. vide l. iun. ff. de gradibus. alias ubi legitur propior sobrinus &c. Sed Haloander legit, propius sobrino &c. Pandectæ Florentinæ, propior Sobrino.

De fideiussoribus. *Tit.* 21.

§. *sed nostra constitutio, uerf. sic enim legis Papiæ summam interpretati sumus, ut pro mille &c.*] Scot. Vide Hotom. in Comment. uerb. iur. de ducentenarij, ubi quòd aut Tribonianus hallucinatus est, aut locus hic corruptus. Millenos enim aureos, seu solidos, nō centenos, centum sestercium millia continere.

De success. liberto. *Tit.* 8.

V ers. plus est enim statim aliquid dare &c.] Scot. Vnde illud, Qui cito dat, bis dat. Super quo ego quasi aliud agens hoc distichōn scripsi ad amicum, qui miserat pruna serotina, cum nulla ferè reperirentur, Bis dare qui cito dat, dicunt prouerbia: sed tu, Bis das, qui sero das mi pruna mihi. Quod distichon. libr. 5. nostrorum carminum reperitur.

De empt. & vendit. *Tit.* 24.

§. *Cum autem emptio uers. ult. Idem & in cæteris animalibus, cæterisque rebus.*] Scot. ergò homo est animal, & res.

De mandato. *Titul.* 2.

§. *Recte.*] Scot. Mandatum factum alicui in rem suam, non potest reuocari l. illam. C. de donat. Eodem modo, quando sunt sibi cessæ actiones, ut scribit Alex. in l. ex asse. colum. 2. ad Treb. Curt. l. singularia. sub nu. 26. ff. si cert. pet.

Quib. mod. tollit. obl. *Tit.* 30.

§. *Item peracceptilationem. uer. stipulatus est Aulus Agerius, spopondit Numerius Nigidius. Quod Numerius Nigidius Aulo Agerio spopondit &c.*] Scot. Alij codices habēt alia uerba.

Scholia F. Scot. I. C. &c. Ad librum Quartum Institut. & Enchirid. Io. Barbo.

De vi bon. rapt. *Tit.* 30. *Ad Rub.*

Scot. Vide Petrarc. lib. 2. dialo. 61. de remed. utri. fortu. Didac. Relect. par. 2. §. 1. col. 3. Steuch. Enarra. in Iob, c. 31.

V ers. rectè dictum est, eum improbum furem esse.] Scot. non furem, sed ereptorem. Cic. in Verrem. Plus delinquit, minus punitur. Spieg. in lexi. verb. rapt. Ratio nem ponit Alc. tom. 1. libr. 1. Resp. 11. resp. col. 1. Vide unum uerbum Arist. & Hippo. consil. 53. nu. 27. vbi quod plus. c. pænale. ubi gl. 14. q. 5.

V ers. Ridiculum enim esse &c.] Scot. Plato. dialo. 11. de legibus. pecuniæ furtum illiberale profectò est, rapina uerò turpissimum. Vilior fur raptore: hicque leoni, ille vulpeculæ assimilatur a Cicer. Petrar. libr. 11. de remed. utr. fortu. c. 61. ubi ait Cic. dicere in Philipp. non esse aliud beneficium latronū, quā vt commemorare possint his se uitam dedisse, quibus non ademerunt.

V ers. quam clam amouet.] Scot. Vide Thom. 2. 2. Dyon. Carthus. in Prou. c. 21.

§. *Ita tamen, uers. sed etiam in inuasionibus, quæ circa res soli &c. ab omni rapina &c.*] Scot. Rapina rei immobilis. c. 1. §. si duo, vbi Bald. de pac. tenen.

De actio. *Tit.* 6.

§. *Quædam actiones mistam causam &c.*] Scot. Mistæ quoque dicuntur, quia in eis uterque actor est, & reus. l. actionis uerbo, ff. de act. & oblig.

§. *si quis agens. uersic. Tempore veluti si quis ante diem &c.*] Scot. Vide omnino Franciscum Balduin. in titu. de ædil. edict. l. 43. uerf. expleta conditione &c. vbi vi detur ostendere errorem Iustiniani, seu Triboniani, & collegarum nominatorum sup. in proœm. §. cumque hoc.

De interdictis. *Tit.* 15. *Ad Rub.*

Scot. Quid interdictum, uide interpretatio. apud Iul. Paul. lib. 5. sent. recept. tit. 6. qui est, de interdict.

§. *retinendæ, uerb. & utrubi.*] Scot. Apud Iul. Paul. lib. 5. sentent. recept. titul. 6. prælleg. legitur, vtrumui.

De offic. iud. Tit. 17.

§. *si familiæ. uers. quod si de una re, uelut de fundis si quidem iste &c. quod si commodè diuidi &c.*] Scot. inepta oratio. d. *uers. quod si commodè diuidi non possit, uelut si bonus forte, aut mulus.*] Scot. Facit Tiraq. de iur. primig. q. 4. vbi de fratribus diuidentibus ficos, & acuto ferro domum.

De public. iudic. Tit. 18.

§. *Item lex Iul. uers. irrogat stupratoribus.*] Scot. vide Alc. lib. 5. c. 10. Paradox.

§. *Item lex Cornelia. uers. Telum autem &c admonêt nos &c.*] Scot. Vide Alc. l. si calumnietur, §. telum. ff. de ver. sign. & in meo codice Digestorum magno.

Vers. in Xenofonte. &c.] Sco. Aliàs Xenoloph. De quo Gyll. lib. 4. c. 8. de typographia Constantinopol. Spieg. in lex. hoc uerb.

§. *alia deinde lex. uerb. aut filij.*] Scot. Vide Diodor. Sicul. in Aegyp. ubi etiam non punitos fuisse pariter filiorum interfectores habetur.

Scholia Federic. Scot. I. C. &c. in librum Quinquagesimum Digestör.

De verbor. signific. Tit. 16.

Ad l. absentem. 199.

Vers. sed si fortè extra continentia urbis sit &c.] Scot. infr. eod. l. collegarum. §. 1. l. urbis, l. pen. Liui. li. 4. & li. 10. dicit, absentem citatum Consulem, qui aberat a campo. Sigon. in Schol. d. lib. 10.

Ad l. ædificia. 139.

Vers. quæ in continentibus &c.] Scot. Quæ ergo in continentibus fiunt, in urbe fieri dicuntur.

Ad l. ager. 27.

Vers. a contributione tributum.] Scot. Pandectæ Florentinæ, & Haloand. habent, ab intributione tributū.

Ad l. alienationis verbum. 28.

Vers. uix est enim &c. eum quoque &c.] Scot. Tamen qui amittit non alienat. Perri. in add ad margin. ad §. nūc admonendi. Instit. quibus alien licet, uel non.

Ad l. Anniculus. 132.

§. *ante diem decimum &c.*] Scot. Facit illud Ouidij lib. 1. Trist. Posterior nono est, vndecimoque prior.

Ad l. armorum appellatio. 41

Scot. Vide Cicer. in Oratio. pro Cecinna.

Ad l. bonorum appellatio aut ciuilis. 49.

Scot. Vide inf. eod. l. subsignatum. §. 1.

Ad l. bonorum appellatio, sicut. 208.

Scot. uide inf. eod. l. hæreditatis appellatio.

Ad l. cedere diem. 213.

Scot. Hanc l. insectatur Hotoman. in Comment. verbo. iur. uerb. cedere diem. Qui etiā ibi, ubi in diē: cessit dies, vult legi, Vbi in diem, cedit dies.

Ad l. collegarum. 173.

§. 1.] Sco. sup. eod. l. 1.

Ad l. cum quærebatur. 240.

Vers. Ad uerbum, soluto matrimonio. &c.] Scot. verbū pro clausula.

Ad l. derogatur. 102.

Verb. derogatur.] Scot. Hotoman. in Comment. uerb. iur. uer. abrogare, videt, inquit, reponendum, lex.

Ad l. familiæ. 196.

§. 1. Scot. Ergò uidetur, fœminæ etiam nuptę, familiā, non esse eandem cum familia uiri.

Ad l. ferri. 235.

Scot. Liui. lib. ulti. 1. deca. vnde oppidani cum omnibus rebus suis, quę ferri, agivè potuerunt, nocte per auersam portam excesserūt &c. Aul. Serenus. Ad mercatū eo villice: Et quid uis inde vehi, aut agi in fragm. uete. poeta. Henric. Steph.

Ad l. frugem. 77.

Vers. pro frumentis, aut leguminibus.] Scot. Cic. libr. 2. de natur. deo. distinguit fruges a leguminibus.

Ad l. fugitiuus. 227.

Verb. propositione.] Scot. idest proposito, sicut rescripto, idest, rescriptum. Instit. de eo cui libert. caus. bo. addic. uersic. & ne huius rescriptionis nostræ &c. nam sup. bis appellat rescriptum, & bis inf.

Ad l. hæc enunciatio. 232.

Verb. significatiua.] Scot. Hoc uerbum habes etiam in l. ubi autem. in fi. prin. ff. de uerb. obl.

Ad l. hæc verba, ille aut ille, 124.

Vers. ita simili &c.] Scot. Aliàs, item simili. Quæ lectio castigatior est, inquit Alc.

Ad l. hæredis appellatio. 65.

Scot. l. sciendum. inf. eod. l. qui per successionem, in fr. tit. 1.

Ad l. hæreditatis appellatio. 119.

Scot. uide sup. l. bonorum appellatio sicut.

Ad l. hæreditatis appellatione. 138.

Scot. bonorum possessores videntur appellari pro hæredes, in c. vlt. de pecu. clericor.

Ad l. id apud se. 143.

Scot. Vide inf. tit. prox. l. minus est. l. qui actionem.

Ad l. instrato omne uesti mentum contineri. 45.

Scot. Aliàs, instratum omne uestimentum contineré. Pandec. Flor. habent, Instratum omne uestimē tum contineri.

Vers. sit quod Græci περίστρωμα.] Sco. Aliàs, sit omne περίστρωμα: aliàs sit omne pallium. Pandectæ Florent. habent, sit omne pallium περίστρωμα.

Vers. in victu ergò accipiemus non stragulam instratum, omnem stragulam vestem.] Scot. Pandectæ Florent. habent, in victum ergò uestem accipiemus, non stragula: in stratu omnem stragulam uestem.

Ad l. iusta interpretatione. 201.

Vers. & patris nomine, auus quoque demonstrari, &c.] Scot. & c. 2. de uerb. sign. Facit Verg. lib. 10. Aeneid. Pilumnusque illi quartus pater.

Ad l. liberorum. 220.

Scot. Vide sup. hoc tit. l. cognoscere. §. liberorum.

Ad l. latus. 96.

Scot. Vide Cic. in Topicis.

Ad l. Malim. 242.

§. *Vidum, uers. quasi sine duitate.*] Scot. vnitas, diuitas.

Ad l. Mouentium. 93.

Scot. Vtitur hoc modo Liuius lib. 5. Vide tamen l. t. & l. a. sup. de supel. leg. vbi fallit hoc.

Ad l. mulieris appellatione. 13.

Vers. quoniam plerunque.] Scot. Hotoman. in Commen. verbo. iur. legit, quanquam plerunque.

Vers.

Vers.plus est in manus pretio.} Scot. in l. qui insulam.§. qui ædem.ff.loc.dicitur manus pręmium, licet gl. primo legat præmium.secundo, precium. Apud Gellium,neque vestimentum vllum est manu præciosum.Refert Ald.in institutio.agens de nominibus hæteroclitis.

Ad l.natura cauillationis.177.

Scot.inf.tit.prox.l.ea est.

Ad l.non est sine liberis.148.

Scot.conuenit l.nam quem.sup.eod. Vide Gell.

Ad l.pronunciatio.195.

Vers.ultimi genitoris.} Scot.idest,primi.Vergil.7.Aen. Tu sanguinis ultimus autor,idest primus.

Ad l.propemodum.88.

Scot. Hoc uerbum non habetur in Pandectis Florētinis.

Vers.centum aureos.}Sco.Haloander in præfatio.Cod. vult legi,centies aureorum,exponens, idest centū millia aureorum , & ita emendat hunç locum in Codicibus suis.Tamen Haloander meus habet, centum aureorum.

Ad l.proximi appellatione.155.

Scot.Facit.Paralipo.j.c.23.ubi vnicus filius uocatur. Sic Christus vnicus filius Mariæ,uocatur eius primogenitus. Luc.c.2.

Ad l.pupillus est.239.

§.*Oppidum ab ope dicitur,quod eius rei &c.*} Scot.Georg. Valla libris de commod.& incommod. corp. dicit ab ope,ex gentium exactione , non ex mænib. vt oppidum dici possit sine mænibus, sicut urbs.

Vers.ius habent.} Scot. Pandectæ Florent.habent , ius habet.

Ad l.qui neque sequentur &c.aliàs ti.l.solutum.48.

Add.hanc.l.habes inf.eo.l.solutum.} Scot.Vide Duaren. lib.1.c.1.Disput.anniuers.Hotoman.in Commē. uerb.iur.uerb.duci producta.

Ad l.quibus precipua.aliàs,cui.55.

Scot.Vide Hotoman.in Comment.uerb.iur.uerb.magister.

Ad l.sæpè ita comparatum est.53.

Scot. Alciat.legit compertum,aliqui computatum. Sed comparatum melius,vtporè decies millies lectum apud bonos autores,aliâ nunquam.

Ad l.si ita.101.

Scot.debuit hæc l.collocari post l.si cum fundum.in fr.eo.collocatam.

Ad l.sylua.30.

Scot.debuit hæc l.collocari post l.subsignatum. inf. eod.collocatum.

Ad l.spadonum 128.

Scot. Vide Leuit.c.22.

Ad l.subsignatum.39.

§.*Attestari.*} Scot. detestari,Florent.Pand. & alicubi Bart.Alc.hic, Ita etiā Lugdun.Codex,ut Florent.Pandec.legit detestari , ubi gl.dicit alibi legi,attestari,alibi protestari.

Ad.l.uerbum facere.218.

Scot. Allons. Castrens. aduersus omnes hæres.lib. vi.uerb.eucharistiam.

Ad l.uerbum reddendi.94.

Scot.Tamen in l.si hominem.ff.de usuc.habetur, reuenditionem propriè nō esse uenditionem , iuxta Alb.in Dictiona.uerb.uendere.

Ad l.uerbis legis.120.

Scot.Vide Franc.Bald.in comment ad ll.12.tabul.l. 26.ubi de uerbo hoc,legare.

Ad l.vrbis appellatio.2.

Scot.sup.eo.l.1.l.ut Alphenus ait.

l.ut Alphenus ait,vrbs est. 87.

Scot.Aliàs,Alphenus ait urbem &c.uide supr.eod.l. vrbis.l.collegarum.l.1.& Sigon.li.1.de iur.antiq. ciui.Rom.c.2.

De reg.iur. Tit. 17.

Ad. l.ad ea. 199.

Vers.in ijs ignoscit ur seruis.} Scot.Minus puniuntur in l. seruos.C.de ui publ.gl.l.qui dolo.§.ult.ff.de ui public.

Ad l.aliud est uendere 120.

Scot.inf.eod.l.cum quis.§.1.contra.

Ad l.culpa caret.56.

Seneca in Troade,Qui non uetat peccare,cum possit,iubet,concord.l.nullum.crimen. inf.eo.

Ad l.cum quis.125.

§.*Cui autem &c.*} Scot.sup.l.aliud,contra.

Ad l.ea est natura.65.

Scot.Vide l.natura.sup.tit.prox.Calep.uerb.cauillo, ponit definitionem Caij.I.C.& tribuit hanc l.Vlpiano.& legit

Ad l.in ambiguis.96.

§.*Quoties æquitatem,desiderij &c.*} Sco.Facit 3.1.q.2.c.2.

Ad l.in pari.170.

§.*qui in uniuersum.*} Scot. De tertio genere hæredum, Bal.l.cum antiquioribus,num.7.C.de iur.deliber. idest,successorum.hęreditatum,nec ab intestato, nec ex testamento.

Ad l.inuito.69.

Scot.Cassiodor.lib.1.varia.

Ad l.minus est.204.

Scot. Vide inf.l.qui actionem.hoc tit.sup.tit.proxi.l. id apud se.

Ad l.non alienat.161.

Scot.sic aliud est amittere, aliud alienare. Perri. in add § nunc. Inst.quib.alie.lic.uel non.

Ad l.non omne quod licet.186.

Scot. Facit Apost.ad Corint.1.c.6.inf.eo.l. semper in conuentionibus.

Ad l.nullus uidetur.55.

Scot.sup.l.factum cuique.§.1.

Ad l.nullum crimen.109.

Scot.sup.l.culpa caret.

Ad l.qui actionem:aliàs,is qui.15.

Scot.Vide l.minus est.sup.eo.l.id apud se , supr.titul. prox.

Ad l.qui in alterius.47.

Vers.An id quod deberetur , peteretur.} Scot.alias , an id quod peteretur deberetur.Ita habent Haloandr. & Florent.Pandec.

Ad l.qui non facit.163.

Scot.Hic dicitur alienus ab humano sensu l.nemo ubi Bar.C.de exact.tribu. lib.10. Vide quiddam apud Herodot.lib.3.

Ad l.qui per successionem.154.

Scot.Vlterior hæres,medius hæres,l.2. §.etiam vlteriori.

riori ff. de usuc. pro empt. Vide sup. tit. proxi. hæredis appellatio. & l. hæredis appellatione.

Ad l. quoties nihil. 200.

Scot. Minima de malis, dicit prouerbium, Cicer. in Offic.

Ad l. regula est quæ. 1.

Vers. quasi causa coniectia. Scot. Ita legendum monet Duaren. lib. 1. Disput. anniuers. c. 48.

Ad l. semper in coniunctionibus, aliàs conuenctionibus 157.

Scot. Facit l. non omne. sup. eod.

Ad l. semper in stipulationibus. 34.

Vers. quid ergò si neque &c. Scot. optimum respondit Apollo seruandum. Vide Riuall. in histor. iur. sub nu. 54. Franc. Baldui. ad l. Roma. l. 6.

Ad l. seruitutem mortalitati. 209.

Seruus ad pimina ludorum secularium non admittebatur. Politia. c. 58. Miscella. Cicero, seruituti mortem anteponendam esse dixit in offic. & alibi sæpissimè. Sil. Ital. Aeneadæ, In ferrum pro libertate ruebant. Galien. Imperator, audita Valeriani patris captiuitate, sciebam, inquit, patrem meum esse mortalem.

Ad l. si librarius 92.

Scot. Horat. ut scriptor si peccat idem librarius vsq; Quamuis est monitus, uenia caret.

Ad l. ubi pugnantia. 148.

Sco. vide l. ius nostrum sup. eod.

Scholia Federic. Scot. I. C. &c. in librum Quartum Decretalium.

De reg. iur. *Tit.* 41.

Ad c. qui scandalizauerit. 3.

Scot. Bartol. contrafecit huic regulæ. Vide Iaf. l. qui Romę §. duo fratres. col. 6. in fi. seu sub num. 16. ff. de uerb. sign.

Ad c. defleat 9.

Scot. sumptum ex epist. Iac. c. 2. uide Hor. lib. epist. 2. ult. epist. in fin. Caccialup. de mo. stud. in utroque iur. docu. r.

Scholia eiusdem, in regul. iur. in 6.

Ad c. odia restringi. 15.

Scot. Facit Exo. c. 20. ubi uisitatur iniquitas in quartam generationem: æquitas verò in mille. ad Roma. c. 6. uersic. sed non sicut delictum, & uers. seq. ubi Griman. Cardin.

Ad c. pluralis locutio. 40.

Scot. Vide Steuch. Leuiti. c. 5.

Ad c. præsumitur ignorantia 47.

Scot. Fallit in præsente. Alc. l. 1. in prin. ff. de uerbor. oblig. Fallit etiam in notorio. gl. in l. ult. ff. de recepta t. ubi Bolog. in add. citat Alexan. in apostil. ad Bar. l. si tutor, C. de pericu. tuto.

Ad c. semel Deo dicatum. 51.

Scot. Habes Leuit. c. 29. in fi.

Ad c. semel malus 8.

Scot. semel bonus semper in dubio præsumitur bonus, & sic in eius fauorem. Ita Bal. consi. 111. quidã nomine Ristorus de Cortone. 5. parte. Alexan. l. si quis ex arg. §. prætor ait. col. ult. ff. de eden. gl. hic, Marsil. consi. 51. nu. 18.

Scholia eiusdem in librum Trigesimumoctauum Digestorum.

De gradibus affinita. &c. *Tit.* 11.

Ad l. 1.

Vers. proprios sobrinus. Scot. propius sobrino legit Haloand. ita etiam legit Instit. de gradibus. §. quinto.

Ad l. iurisconsultus, 10.

§. illud notandum est &c. Sed ita demonstrari, fratris, sororisq; filios, filias. Scot. ut malè nepotes appellentur. Vide l. si sororis. C. qui da. tuto.

§. patrui magni filius &c. propior sobrinus vocatur. Scot. propius sobrino legit Haloand. & inf.

Scholia eiusdem, in Rubricas Iuris Cæsarei.

Ad lib. 2. Institutionum.

Tit. Per quas personas nobis acquiritur. Scot. cuique habetur ibi.

Ad lib. 7. Codicis.

Tit de vsucapione pro emptore, uel pro transactione. Scot. in ff. pro emptore.

Tit. De exceptione rei iudicatæ. Scot. de executione re iudicatæ.

Ad lib. 10.

Tit. de prædijs decurionum sine decreto non alienandis. Scot. Gl. in l. fi. C. de iure emphyteutico allegat, de prædijs curialium. & Spec. tit. de loc. §. de emphyt.

Ad lib. 12.

Tit. De exceptoribus, & exactoribus. Scot. de executoribus & exactoribus.

Ad lib. 41. Digestorum.

Pro emptore. Scot. in Cod. pro emptore, uel pro transactione.

SCHOLIA FEDERICI SCOTI IVRISCONS. &c. Ad constitutiones Decretorum, & earum Gloss. Partis Primæ.

In vitam Gratiani, quæ decretis præficitur.

Vers. Comestor autem siue Manducator. Scot. Sed in quo (vt Picus ait lib. 12. c. 1. contra Astrolog.) nemo mediocriter eruditus, delectum bonorum autorũ non desiderat.

Vers. fuisse germanos &c. Scot. fratres virtute, non sanguine, inquit Supplem. Chronic. Plot. Nouariensis in indice repet. l. si quando C. unde ui. verb. Nouaria. dicit quòd Petrus Lombardus fuit suus compa-

compatriota, natus ex damnato coitu, tardus in discendo, & natu maior cum cępit discere: tamen quòd iugi studio, & Dei gratia factus est celeberrimus. vide de Lombardo Iouium lib. 3. histo. sui tempo. Facit contemporaneos Sabell. Ennea. 9. lib. 4.

Vers. Petrus Lombardus episcopus Parisiensis &c. } Scot. Petro Lombardo inflictum fuisse vltimum supplicium scribit Corius. Quòd nō fuerint fratres Gratia. Petr. Lombard. Petr. Comestor, conuincitur & ex eo, quòd idem nomen est duobus: quod esset inauditum & stultum in fratribus.

Distinct. 1.

Ad c. 1.

Glos. uerb. in euangelio. Matth. 7. } Scot. Inf. c. 1. 2. q. 1.

Ad c. 2.

Vers. transire per agrum alienum &c. uers. ius non est. } Scot. Plaut. in Curculio. Nemo ire quemquam prohibet via publica, Dum ne per fundum septum facias semitam. vide Num. c. 20. Deuteron. cap. 2. cum similib.

Ad c. consuetudo. 5.

Vers. an ratione consistat. } Scot. l. 2. ff. loca. eisdemque regulis iuris consistit.

Glos. uerb. ratione. argum. quòd deficiente &c. } Scot. vide text in l. scire oportet. ver. cuius fidem &c. ff. de excus. tut. Facit l. liberorum. in fi. de verb. sign. Iacob. Rayn. Cyn. Bald. d. vers. cuius fidem.

Distinct. 2.

Ad c. quædam. 6.

Vers. Falcidius tribunus plebis. } Scot vide Alcia. lib. 5. Parerg. c. 24. & l. verba legis. ff. de verbo. sign.

Distinct. 4.

Ad c. erit autem lex. 2.

Vers. manifesta quoque. } Scot. Idem Deuter. c. 26. pertinet ad publicam vtilitatem leges esse claras, inquit text. in l. communiom. C. de natu. liber.

Ad c. statuimus. 4.

Vers. ita & in ieiunio debet esse discretio. } Scot. Quasi uelit, quòd sex septimanas obseruent laici, at clerici septem plenas. Aliàs si laici nihil faccrent abstinētiæ, videretur ineptè meminisse discretionis ieiunij clericorum, & laicorum: quia ab ente ad nihil non est proportio. vide tamen Alcia. lib. Parerg. c. 30. aliter intelligentem, contra quem faciunt sup. not. & infr. c. denique. vers. quo & aliquid &c. Pro Alcia. facit d. c. deniq. vers. cum omnes laici &c. uers. & ideo cum venia &c. & §. & post. uer. ut nos, qui his diebus &c. & §. hæc etsi. uers. alioquin &c. proprio priuarentur &c. cum illi &c. penitus officio iubeantur carere &c. Hæc ipse non allegat, ponderās tantummodo rationem, quia sicut &c. ita & in ieiunio &c. quæ potest sustineri, intelligendo de alijs ieiunijs indictis laicis, per anni tempora: & tunc erit ab ente, ad ens proportio. Facit etiā contra Alcia. quia in cap. seq. dicitur quadragesimam sex septimanas habere, & Thelesphorum septimam ei addidisse. in nostro autem ca. statuit Thelesph. septem hebdomadas obseruari a clericis, quia sicut &c. Nam frustrà clericorum meminisset Thelesph. addens hebdomadas, si clerici tātummodo ante eum quadragesimam fecissent.

Distinct. 5.

Ad c. fin. 3.

Vers. bonarum quippè mentium est. } Scot. Hoc dictum repetitur per Papam in clem. exiui. col. 2. §. horum autem. de verb. sign. vnde Cleantes Philosophus obijcienti, quòd timidus esset, respondit, ideò minimum pecco. Nam bona est timiditas, quæ deterret a turpibus: & reddit hominem circumspectum, lib. apoph. 7.

Distinct. 16.

Ad c. sancta octo concilia. 8.

Add. Vigilij, & infr. Egid. Perrin. } Scot. In uita Iustiniani, ad fin.

Distinct. 18.

Ad c. propter. 3.

Add. ut Laurentius. } Scot. vide Alc. lib. 1. Parerg. c. 48.

Distinct. 19.

Ad c. si omnes. 2.

Vers. item ex Concilio Caroli Imperatoris. } Scot. Boer. in præfat. in leges Longobard. legit, item ex capitulis Caroli Imperatoris.

Distinct. 21.

Ad c. cleros. 1.

Glos. uerb. nudis. argu. quod non incedit nudus, qui filium &c. } Scot. Considera quod dicit nudis capitibus.

Distinct. 23.

Ad c. 1.

Vers. & uxor eius vidua. } Scot. Ergò uxoratus poterat esse Papa, sicut fuit Petrus.

Distinct. 25.

Ad c. perlectis. 1.

Vers. ad ostiarium. } Scot. vide D. Thomam lib. ult. c. 75. contra gentiles.

Distinct. 28.

Ad c. diaconi quicunque. 8.

Scot. vide c. a multis. uers. ut si quis eorum, extra de æta. & qualit.

Distinct. 32.

Ad c. præter hoc. 5.

Glo. uerb. ducibus. argu. hic & c. uers. hoc tamen uidetur alienum a laico.

a laico.} Scot. Cap.ex eo.§.1.de elect.Abb.c.eccle sia,not.4.de constit.

Distinct. 43.

Ad c. sit rector. 1.

Vers semiui uerbius est uocatus.add.sub gloss. uers.uel,idest,ab breuias uerba.} Scot. Sed tunc legendum semiuerbius, quod verbum debet poni inter vel,& id.

Vers.dicitur spermologus.} Sco. Hoc ostendit legendum seminiuerbius, non semiuerbius.

Distinct. 45.

Ad c. omnis qui. 10.

Scot. Facit quod ponit Chassan. 1.par.38. consid.6. conclus.in catalo.glor.mund.de duabus virgis Zachariæ. Facit etiam psal. 100. Misericordiam, & iudicium cantabo tibi domine.

Distinct. 50.

Ad c. Ioannes. 11.

Versi.Sophidinum Placentinum episcopum &c.} Scot.Nota Sophodinum Placentinum episcopum a Synodo merito reprobatum, a Nicolao Papa fuisse reconciliatum.

Ad c. si qua fœmina. 30.

Vers.ita ut intra certam diem.} Scot. Tertium, Roma. & Barbat.l. in illa stipulatione.ff.de verb orum obli- Tiraquel.l.connubial.13.num.28. lege etiam casum hic.

Distinct. 51.

Add.ad glo. 1.uerb.siue histriones.sub siue quodcunque &c.ibi, a cruore dicti secund.Laurent.} Scot. Ridiculum.

Distinct. 56.

Ad c. dominus noster. 7.

In casu.uers.& adulterium commisit.} Scot Nota quòd dicit adulterium, coniugati cum vidua concubitũ, & malè.

Distinct. 63.

Ad c. Adrianus Papa secundus. 2.

Vers ad Basilium Imperatorem.} Scot.Tiraq.tracta.de primig.33.q.num.5.vult legi Basilicum, remittens ad dicta sua: si unquam.C.de reuoc.don.

Ad c. Valentinianus. 3.

Vers.consecrari episcopum.} Scot. Episcopus Mediolanensis inf. cap. quinto. archiepiscopus uocatur, prout est.

Glos.uerb.corpora.& ita &c.} Scot. Nota Ambrosium fuisse curialem Valentiniani Imperatoris.

Ad c. Adrianus Papa Romam. 22.

Glos. uerb. per singulas. uers. obstat quod Reges Hispaniæ, cum non subessent &c.} Scot. Facit c.2.de feud. Exemplum habes de Venetis apud Leandr. Albert. in descript.vrbis Venetæ, vbi scribit; sub Duce eius Vrbis Petro Ciano, diuersis ciuibus concessa fuisse loca ibi per eum expressa. Idque ita fecerunt: quia ipsi ea acquisiuerant.

Distinct. 68.

Ad c. quamuis correpiscopus. 4.

Vers.nec ecclesias consecrare eis licitum est.} Scot. De consecrat.distinct.1.c.2.

Distinct. 70.

Ad c. sanctorum. 2.

Versicu. aequum, & salutare, & in ue. uel assumptione &c.} Scot. Anno 1099. cum celebraret Vrbanus missam in ecclesia Sanctæ Mariæ de Campanea Placentiæ, spiritu sancto actus, hanc additionem fecit improuisò. Locat.in Chronico suo libro.

Distinct. 73. Ad Summar.

Vers.ut assumantur in supputatione prima Græca elementa patris, & filij, & spiritus sancti. uers.hoc est. π, υ, α, quæ elementa octogenarium quadragesimum, & primum significãt numeros.} Scot. vide Aldum in Grammatica Græca, post Latinam.

Distinct. 78.

Ad c. fin. 4.

Vers.a 25.annis.} Scot. Idest, post 25.annos. Vergil. 1. & 10.Aeneid. A tergo, idest post tergum.

Distinct. 86.

Ad c. non satis est. 14.

Vers.qui præsertim egere erubescit.} Scot. Infr. c. consideranda est, uers.nonnunquam & verecundia.

Ad c. consideranda est. 17.

Versic qua ingenuos.} Scot. Concord.sup.c.non satis. vers.qui præsertim egere &c.

Vers.tum si quis ex diuitijs cecidit in egestatem.} Scot. Vltra Boet. allegat in gl.allego Cicer.in Topicis. Nihil est tam miserabile, quam ex beato miser. Seneca, Summum genus infœlicitatis misero est fuisse aliquando fœlicem. Calep.verb.genus. Bernard.epistol.2. ad Comitem Theobaldum. Non possum non misereri illius miseri, & Humberti videlicet mendici,& pauperis,& hoc facti de diuite, quod est infælicius. Idem commendat Roglerio Regi Siciliæ eum, qui inuitus petit: & uerecundus accipit. vide Gregorium Nanzianz.de amore in pauperos. & Sabell. in Ennea. de Calisto tertio Romano Pontifice. scrigi tom.2. Respon. lib.4. resp. 34. plenius lib.5. resp.10.

Distinct. 88.

Ad c. ejciens. palea.

Scot. Nescio quis assentari uolens mercatoribus, his sanctissimis scriptis, paleas præposuit. Ita reperi scriptum in quodam commentario.

Di-

Distinct. 95.

Ad c. esto. 7.

Vers. scitum est illud oratoris Domitij] Scot. vide Tiraq. in l. 13. connub. nu. 41. ubi credit Hieronym. memoria lapsum.

Distinct. 96.

Ad c. quis dubitet. 9.

Ex epist. Grego. ad Hermanum Metensem episcop.] Scot. Claudius Cantiuncula fuit ciuis Metensis.

Distinct. 100.

Vers. nec primati, nec Patriarcha.] Scot. Ergò primas, & Patriarcha differunt. vide pced. dist. in text. & gl.

Scholia Fed. Sc. I.C. &c. Ad Constitutiones Decretorum & Gloss. Part. Secund.

Caus. 1. Quaest. 4.

Ad c. ecclesia. 11.

Glo. uerb. ecclesia, de consecrat. &c. uers. ista duo capit. malè induxit Gratia.] Scot. vide Connan. lib. 1. Commenta. iur. ciuil.

Caus. 1. Quaest. 7.

Ad c. quoties cordis. 14.

Add. hanc glo. dicit Raph.] Scot. vide l. is qui hæres. ff. de acquir. hæred. Alex. l. stipulatio ista. §. fin. de verb. oblig. Ias. & Alcia. l. qui Romæ. §. fi. in fin. eo. tit. de verbor. oblig.

Caus. 2. Quaest. 1.

Ad c. nihil contra. 4.

Scot. Infr. 4. q. 4. c. 1. Idem Scipio minor Censor de periuro C. Licinio, subdens eundem, & iudicem, & accusatorem esse non posse. Valer. Max. lib. 4. vide c. de manifesta. in fin. inf.

Ad c. de manifesta. 17.

Vers. in una enim.] Scot. Addidi supra, ead. q. cap. nihil contra.

Ad c. fin. 20.

Add. sub glo. ult. tamen Io. Fabri dicebat &c. Archidiac.] Sco. Nota Io. Fabr. fuisse ante Archidiac. nisi subest mendum Fab. pro Fan.

Quaest. 6. eadem. caus.

Ad c. a iudicibus. 30.

Add. subau. imò benè dicit Gratia, quia nisi &c. secundum Laurent.] Scot. Nec obstant verba, & si vt arbitrarij se deant, non vt ordinarij; quia verè sunt arbitri per electionem, tamen ut iudicum, tenet eorum sententia priuilegio dignitatis ordinariæ, ex quo similiter resultat potestas appellandi: ut dato uno, dentur & reliqua, quæ sequuntur ex illo. vide quod not. Paul. Castrens. l. 1. columna penulti. post med. de lega. 2.

Quaest. 7. eadem. caus.

Ad c. nos si incompetenter. 40.

Vers. non tulit in eum sententiam, qua tanquam adulter, & homicida morti addiceretur.] Scot. Collige, principes vt Augustos, & reges, morti non addici.

Caus. 3. Quaest. 1.

Ad c. reintegranda. 45.

Scot. vide Alex. cons. 6. lib. 3. Roma. l. rem quæ nobis. de acq. poss. ubi Ias. & add. ad d. cons. Alex. vide eundem consi. 51. lib. 1. & cons. 94. ad fin. lib. 5.

Caus. 4. Quaest. 3.

Ad c. si testes. 1.

§. in testibus. gl. uerb. ex tempore. ergò uidetur &c.] Scot. Ad notaui. ff. eo. & respondi ad uers. uel ex tempore, id est, ex mora & c. infr. hac gl.

Caus. ead. Quaest. 4.

Ad c. nullus uniquam. 1.

Scot. vide Valer. Maxim. lib. 4. & supr. 2. q. 1. c. nihil contra.

Caus. 8. Quaest. 1.

Ad c. illud. 19.

Vers. potentes potenter &c.] Scot. Sapient. c. 6.

Caus. 11. Quaest. 1.

Ad c. coniurationum. 18.

Scot. vide Bud. in priorib. annot. in Pandect.

Caus. 4. Quaest. 1.

Ad c. manifesta. 20.

Vers. inopinatus transitus.] Scot. Id est, mors improuisa, & repentina.

Quaest. 2. Caus. ead.

Ad c. fraternitas. 11.

Add. istam glo. dicit &c.] Scot. De qua vide Dec. in cap. quoniam contra. post nu. 51. de probat.

Ad c. Apostolicos. 13.

Glos. uerb. construxisse. Legendo ecclesiam, uers. sed si clericus.] Scot. vide quæ scripsi. infr. 14. q. 6. c. comperimus.

Ad c. non liceat Papæ. 20.

Scot. vide infr. c. sine exceptione. ubi addidi pulchrũ text. in margine, scilicet. l. 2. uers. domos verò. C. de præd. & omnibus reb. nauic. lib. 11.

Ad c. sine exceptione. 51.

§. item domus urbium, uel castrorum, quæ ecclesia plus incommodi &c.] Scot. vide pulchrum text. in l. 2. C. de præd. & omnib. reb. nauic. ubi dicitur, domus uerò, quarum cultu decus urbium potius, quàm fructus acquiritur, ubi a nauicularijs ueneunt & cæt. uide Afflic. decisio. Neapolita. centesima vigesimanona. in fin.

Ad

Ad c. gloria episcopi. 69.

§. Crates ille Thebanus. } Scot. Alibi Socrates, & malè. Tiraq. l. 4. connub. in princ.

Vers. plenus uenter facilè de ieiunijs disputat. } Scot. Ieiunus contrà, auersatur uerba. vnde Cato maior, perdifficile est, inquit, ad ventrem auribus carentem verba facere.

Caus. 13. Quæst. 2.

Ad c. vnaquæq. 3.

§. de nonnullis legitur. } Scot. Dicitur in Genesi. cap. 25. de Abraam, congregatusque est ad populum suū. Quo loco de sepulchro intelligi non potest, in quo Sarra duntaxat, nec alius iacebat. Igitur de anima debet accipi, quæ docetur immortalis: sicut & uerbis illis, Ego sum Deus Abraham, Deus Isaach, Deus Iacob. Quæ Christus adducit contra Saducæos aliud opinantes.

§. in nono. & §. seq. } Scot. Not. de diacono secundum glo. Philippo, & Seuero Archiepiscopo vxoratis.

Ad c. placuit per omnia. 7.

Vers. unde testamentum appellatur, quia eo quisque liberè testatur, quod post &c. } Scot. Hoc melius quam quod Iustinianus posuit Instit. de testa. in prin. Testatur autem, id est, testificatur, denunciat, præstituit.

Caus. 14. Quæst. 5.

Ad c. non sanè. 13.

Vers. nec operario mercedem } Scot. Aliqui legunt, nec aduocato. Tiraq. de nobil. c. 31. sub nu. 359. quod non placet.

Quæst. 6. caus. ead.

Ad c. comperimus. 2.

Vers. ut quia quod semel consecratum est, eis non ualet ultra restitui. } Scot. Si igitur adhuc profanum est, restitui debet. Non ergò cedit ædificio solum, cum locus nondum sit religiosus, uel sacer effectus. Ita limitandum de eo, quod supra dicitur gloss. 12. quæst. 2. c. apostolicos. & infra 17. q. 4. c. quæstio. & alijs in locis. Doct. l. 2. §. nunciatio, ff. de oper. nou. nunc. §. sacræ. Instit. de rer. diuis. §. illud. in Authen. de monach.

Caus. 15. Quæst. 1.

Ad c. inebriauerunt. 9.

Glos. uerb. culpandus est. uidetur ergò &c. uers. natura enim non patitur, quòd aliquis nesciens coeat. } Scot. Hebræi notãt illum locum. Defendunt Theologi. vide collectanea Lippomani.

Quæst. 3. caus. ead.

Vers. Paulus lib. 2. de adult. } Scot. Hinc apparet, & ex sequen. catione, Gratianum habuisse quotas librorum autorum legum, quorum particulæ ponũtur in Pandectis. Habes hic, Paul. lib. 2. de adulte. infr. Paulus, aliter Papinianus lib. 48. Digestorum. Tamen aduerte ad loca sua, ne sint libri Pandectarum Iustiniani, saltem secundus locus.

Caus. 16. Quæst. 2.

Ad c. 1.

Vers. monachus enim Græcè. } Scot. vide Longouall. in l. imperium. ff. de iurisd. om. iud. ubi reprehendit Eugenium, infr. c. placuit communi &c. ubi labitur circa etymologiam.

Ad c. placuit communi. 8.

Vers. agnoscat nomen suum. Monos enim Græcè &c. } Scot. uide sup. c. placuit. 1. Et vide hanc etymologiam Eugenij, quam ridet Longouall. in l. imperium. ff. de iurisd. om. iud.

Ad c. & temporis qualitas. 50.

Vers. nec (peccatis facientibus) tanta &c. } Sco. Nota raritatem populorum a peccatis nasci: per quam puniuntur etiam principes, iuxta illud Prouerb. c. 14. in multitudine populi dignitas regis: & in paucitate plebis, ignominia principis.

Ad c. similiter. 60.

Glo. uerb. ecclesia. uers. & hoc fateor. } Scot. vide in c. requisisti. de testam.

Ad c. nam qui Deo. Palea.

Vers. & ignorat qua sit &c. } Scot. vera pœnitentia, veraque confessio est, Deo & homini reddere quod suum est.

Quæst. 3. caus. ead.

Ad c. fin. 17.

Vers. leges diuinitus per ora principum promulgatæ. } Scot. Intelligẽ si iustę sunt: nec continent peccatum. Dec. c. ecclesia. col. 10. in fi. de consti.

Caus. 17. Quæst. 4.

Ad c. sunt qui opes. 2.

Scot. vide de hoc textu Dec. in l. quicquid calore. ff. de regul. iur.

Ad c. quæsti. 34.

Glos. uerb. uendicare. tamen hac ecclesia &c. } Scot. vide quę ibi scripsi.

Ad c. quicunque vult. 35.

Scot. Imitatus est D. Augustinus uerba Annibalis ad Antiochum, quæ habes apud Liuium lib. 36.

Caus. 22. Quæst. 2.

Ad c. utilem. 21.

Vers. coram Abimelech. } Scot. Coram Achis.

Quæst. 5. ead. caus.

Ad c. cauete. 20.

Glos. uerb. operibus. no. quod facias &c. uers. extra de appella. dilecti. 1. } Scot. Facit sollicitudinem, in fi. eod. titul.

Caus. 23. Quæst. 1.

Ad c. noli existimare. 3.

Glos. uerb. iam debetur &c. uers. dum tamen non timeatur periculum. } Scot. vide Caratam in historijs regni Neapolitani

politani, ubi de Corradino Rege, qui per hanc gl. fuit capite multatus, sed malè exponentem, maximè, per dum tamen.

Quaest. 4. ead. caus.

Ad c. non in inferenda. 3.

Vers. tam est in uitio. } Scot. verba sunt Cicero libro 1. de offic.

Ad c. qui peccat. 40.

Glos. uerb. legis. fi. 14. q. 5. &c. } Scot. Et intellige legis, id est, iuris canonici, Bald. c. in omni. de testi. Dec. c. ecclesia. de constit.

Quaest. 5. eadem. caus.

Ad c. poena. 2.

Vers. transactis tamen motibus animorum &c. } Scot. Exempla habes apud Valer. Maxi. lib. 4. tit. 1. vbi de Archita, & Platone, qui irati a verberando abstinuere, ne modum ob iram excederent.

Ad c. de occidendis. 7.

Vers. quid est in vsum hominum bono, ac licito &c. } Scot. Ouid. in Tristib. ad Augustum, graphicè pingit hęc omnia. Et latro (inquit) & cautus praecingitur ense viator: Ille sed insidias, hic sibi portat opem &c.

Ad c. non frustra. 17.

Vers. & cognitoris. } Scot. Idest, iudicis.

Ad c. cum homo. 18.

Vers. uelut si quispiam decipiat fideiussorem &c. } Scot. Exemplum habetur in libris Cicer. de officiis. de Damone, & Pythia. Quod facit contra gl. Laurent. dum addit diuino, & humano iure. Nam credendum est iure gentium id licuisse ex pacto: licet iure scripto sit secus, ut hic per gl. Facit l. liber homo. ff. ad leg. Aquil.

Ad c. Regum officium. 22.

Scot. vide 2. Reg. c. 8.

Ad c. Rex debet. 39.

Vers. filios suos non sinere &c. } Scot. Facit cap. licet Heli. de simo.

Quaest. 8. eadem caus.

Ad c. suppliciter. 17.

Glos. sculpas. aliàs sculcas idest, exploratores. add. & vulgare est Hispanorum, sicut Italici dicunt spias. Ioa. de Fant. } Scot. Sed potius hac uoce, spia, alluditur ad dictionem latinam, speculatores, Vergil. Castra vt Danaum speculator adiret.

Caus. 24. Quaest. 3.

Ad c. de illicita. 6.

Vers. constit. 128 c. 300. lib. 1. } Scot. Not. quomodo veteres allegabant Auth. & vide gl.

Ad c. quidam autem haeretici. 39.

Scot. vide Text. qui in officina. c. de haeret Vbi habes Messalianos, qui hic non ponuntur, & fortè alios si conferas. Non loquor de singularibus.

Vers. hi dicunt creaturam non a Deo, sed a uirtute quadam &c. } Scot. Thom. 2. 2. q. 1. de simonia.

Vers. Cataphrygis nomen. } Scot. Isti, & Pepuziani, infantis tenellum corpus soliti erant per omnia membra compungere, vt sic expresso sanguine farina maceraretur, qua conficerent panem in eucharistiae vsum, vt Augusti. ad Quodvult Deum narrat. Viues in lib. 18. c. 53. de ciuit. Dei. simile quiddam Euchetae, & Gnostici faciebant ad daemones pellendos, vt legitur apud Michaelem Psellum. Viues ibidem.

Vers. Manichaei a quodam Persa &c. } Scot. Text. in Offici. c. de haeret. ponit alios post primum errorem: non tamen ponit duos vltimos hic sequentes. allegat etiam Eusebium de isto Mane.

Vers. & animas peccatorum hominum &c. } Scot. vide Alciat. lib. Parerg. 4. c. 13.

Caus. 25. Quaest. 1.

Ad c. quaecunque. 20.

Add. feudum de nouo concessum &c. } Scot. vide de vasal. decrep. aeta. vbi text. glo. & Doct. Ias. l. si mihi, & Titio. de verb. oblig. in fi. allegat hanc glo. ubi de hoc per eum post alios Docto.

Caus. 26. Quaest. 5.

Ad c. nec mirum. 14.

Vers. ut ad Pytonissam confugeret. } Scot. Phytonissam scribit Augusti. quem refert Alc. lib. 2. cap. 41. Parerg.

Caus. 27. Quaest. 1.

Ad c. 2.

Glos. verb. vsae sunt. } Scot. vide Tiraq. l. connubial. 9. sub num. 117.

Ad c. nec aliqua putet. 4.

Scot. Contra sectam quorundam hoc tempore, qui ponunt iuuenem, & puellam in eodem lecto, interposito crucifixo, ad probandam eorum continentiam.

Ad c. de viduis. 7.

Glos. verb proprijs potest ergò &c. vers. sunt monachi, licet non sint sub aliquo abbate &c. } Scot. Ergò Abbas & monachus, non sunt correlatiua, sicut pater & filius, vir & vxor, & similes,

Ad c. nuptiarum. 41.

Glos. verb bonum, scilicet, in non uouentib. melius est enim &c. add. istam glo. sic ponunt H. & Laur. quae communiter malè habentur, & falsè signantur. nam debet signari in uerb. occasio. } Scot. Quod est inf. & debet incipere in non uouentibus. Archidiac.

Glo. uerb detur occasio. in non uouentibus. } Scot. Melius est enim nubere, quàm vri. Malè signatur sup. verb. s. seu verb. bonum. quae tota hic ponenda, ut ibi per Archidiac. habetur in marg. add.

Quaest. 2. ead. caus.

Ad c. desponsatas. 42.

Vers. etiam si eis a raptoribus uis illata constiterit. } Scot. Error Grammaticalis concilij. Debuit enim dicere, uim illatam.

Ad c. lex illa. 46.

Vers. etiamsi eis &c. } Scot. Error qui sup. c. despōsatas.

Caus.

Caus. 32. Quæst. 1.

Ad c. apud misericordem. 10.

Glos. verb. reuertitur. si ergo &c. uers. uel antequam sit scripta.} Scot. vide de hoc sing glo. Alex. l. 1. §. 1. ad fin. de verbo. oblig.

Quæst. 2. ead. caus.

Ad c. honorantur, 13.

Vers. non est enim uirginalis &c. } Scot. Apud Ouid. (si is est, inquit Tiraq. de retract. consang. §. 1. glo. 9. nu. 30.) in episto. Acontij ad Cydippen, Hæc mihi se pepigit: pater hanc tibi primus ab illa. Sed propior certè quàm pater, ipsa tibi ē. vide Coras. lib. epistol. quæst. c. 29.

Quæst. 5. ead. caus.

Ad c. si Paulus. 11.

Vers. audenter dicā, cum omnia possit Deus &c.} Scot. Ouid. Nulla reparabilis arte læsa pudicitia est: deperit illa semel.

Caus. 33. Quæst. 2.

Ad c. latorem præsentium. 15.

Versic. nullo uehiculo ducatur, sed pedibus proficiscatur.} Scot. vehiculum hic comprehendit, & equum. Vergil. 12. Aened. vectus equo spumante sages.

Scholia F. S. I. C. &c. Ad Constitutiones Decretorum de pœnitentia.

Distinct. 1.

Ad c. periculosè. 23.

Vers. Iudæi crucifixerunt eum hora tertia, lingua. } Scot. Facit Dan. c. pen. ubi falsi testes dicuntur interficere reum.

Ad c. voluissent. 60.

Versicu. in quo notatur aliud esse confessio, aliud pœnitentia.} Scot. Solæcismus est. Debuit enim dicere aliud esse confessionem, aliud pœnitentiam.

Distinct. 2.

Ad c. sapiens. 37.

Vers. iusticiam induebam, uestiebam iudicium. } Scot. vide Iob. c. 29.

Distinct. 3.

Ad c. sceleratior. 29.

Vers. informis lęti suspendium distulisses.} Scot. Alluditur ad illud Verg. lib. 12. Aeneid. & nondum informis læti trabe nectis ab alta.

Scholia eiusdem &c. Ad Constitutiones, de consecratione. Par. Tert. Decret.

Distinct. 1.

Ad c. sacramenta. 48.

Glos. ult. uers. argum. sup. distinct. 4. §. leges. add potest dici, quòd illud uerbum, excepto ponitur inclusiuè, & est sensus &c.} Scot. Nota quasi scandalosam interpretationem. Attentis enim similibus inuerterentur, subuerterẽturque leges, & canones: nihil esset clarum: nihil certum, nec in uerbis, nec in sensis, seu sensibus.

Ad c. visum. 70.

Vers. pro spiritibus defunctorum.} Scot. Idest, pro animabus.

Distinct. 2.

Ad c. seculares. 18.

Scot. Idem inf. eo. c. omnis homo.

Glos. uers. uel dic hoc in clericis.} Scot. Hoc est contra literam huius c. uerb. seculares. vide infr. c. omnis homo, uers. nec inter, iunct. princ. d. c.

Ad c. ego Berengarius. 41.

Vers. & per hęc sacrosancta &c. } Scot. Diaconus iurat per euangelia.

Distinct. 3.

Ad c. perlatum. 26.

Glos. fregisse supr. distinct. &c. uers. latria debetur domino &c.} Scot. vide alium uersum. inf. in add. marg. ad glo. cap. seq.

Ad c. uenerabiles. 27.

Glos. cultu. scilicet latria &c. add dicas quòd duæ sunt species adorationis &c.} Scot. vnde versus, Dulia fit seruo, debetur latria Christo.

Distinct. 5.

Ad c. quadragesima. 15.

Glos. dies. supple & sex horas &c. uers. & ita est, argum. quòd si rusticus &c.} Scot. Mons pietatis si mutuo dat librã, idest, viginti solidos, accipit pro ea quolibet mense denarium: si minus dederit, nihil accipit.

Ad c. nunquam de manu. 32.

Vers. & anima saturetur lectione. } Scot. Nam pabulum animi est scientia. Cic. in Acad. quæst.

Ad c. nullus præsbyterorum. 34.

Versi. uel alios ad bibendum cogere.} Scot. Sic Assuerus noluit in conuiuijs suis quemquã cogi ad bibendum ut habetur Hest. c. 1.

Ad c. Fucare figmentis. 37.

Scot. Tiraq. de legi. connub. l. 2. num. 4. mavult legi, pigmentis.

Finis Scholiorum Fed. Scoti, I. C. &c. Ad constitut. & Gloss. Decretorum.

SCHOLIA FEDERICI SCOTI IVRISCONS. &c. Ad Librum Primum Decretalium.

De Sum. Trin. & fi. catho. Tit. 1.

Ad c. 2.

Vers. contra magistrum Petrum Lombardum.] Scot. Cui Petro Lombardo Corius scribit inflictum fuisse mortale supplicium.

De constit. Tit. 2.

Ad c. ne innitaris. 5.

Scot. vide Esa. c. 5. Nolite prudentes esse apud vosmetipsos, inquit Apost. ad Roma. c. 12. & c. 71. ad Corinth. sapientiam sapientum perdam &c.

Ad c. cum M. Ferrariensis. 9.

Scot. Potuerunt renunciare confirmationi Papae in fauorem suum factae, glos. c. dilecto. uerb. clausula. infr. de praeben. aliàs non: quia aequiparatur sententiae, vt per d. gl.

Vers. in usus cederent paucorum.] Scot. Lege, pauciorum. vide quod suppleuit declarando Io. Andr. ad glo. pen. c. tuae frater. inf. de praeben. vbi dixit numero praebendato diminuto, singulares praebendas augeri. Et illud est, quod hic dicitur. Ad illa Io. And. allegaui, ad id, quod hic dicitur. Hoc idem dicitur in c. fi. ibi, quantoque inter pauciores &c. de concess. praeben. in 6.

Glos. uerb. prouidere subaudi &c.] Scot. Quod dicitur inf. uers. quos dicti quinque sibi &c.

Vers. duos ad eam.] Scot. Redintegrandam tamen. uers. donec. infr. eo. vide in c. tuae. in gloss. magna. vers. Io. dicit in c. vacante. eo. tit. de praebend. infr. ubi vide. Abb. in capitu. dilecto. columna 4. num. 15. Dec. hic, col. 5. ante med. uers. sed receptio ad vnã praebendam.

Vers. ad preces episcopi.] Scot. Nota quòd Ferrariensis episcopus non facit canonicos: nec confert praebendas: sed ipsi canonici.

Glos. uerb. sine praeiudicio. uers. talis benè ualet.] Scot. Concord. glo. l. 1. & ibi Bart. colum. penult. num. 15. C. de lit. contesta.

d. glo. uers. quod quis sciens.] Scot. Haec iura probant dictum gl. primum, non autem proximum, ad quod nihil faciunt.

Vers. nisi in tantum.] Scot. vide Bart. l. semper. §. negotiatio. per illum text. ff. de iur. immunit.

De rescriptis. Tit. 3.

Ad c. ad audientiam. 11.

Sco. vide Card. cons. 93. Io. And. hic ponit exemplũ & fatuam defensionẽ: quã refert Abb. & probat.

Ad summar. c. sedes apost. 15.

Per generalem clausulam (quidam alij, & res alia) multitudo &c.] Scot. Text. dicit, uel tali alia causa, in l. vlt. C. de erog. milit. annon. lib. 12.

Ad casum c. significante. 34.

Vers. item error nominis uitiat rescriptum.] Scot. vide de intellectu huius text. Alex. l. 4. col. 1. de leg. 1.

De postul. praelat. Tit. 5.

Ad c. bonae. 3.

Vers. non solum Romana, sed etiam ecclesia generali.] Scot. Alia Romana, alia generalis ecclesia.

Vers. non immerito praeferentes speciali vtilitati communem, & minori maiorem.] Scot. Ita quòd vnum non sufficit sine altero. Dec. cap. ratio nulla. in prin. inf. de praeben. ubi addidi.

De electio. Tit. 6.

Ad c. cum terra. 14.

Vers. qua funiculus.] Scot. vide Pic. Mirand. super psal. Conserua me domine. uers. funes ceciderũt mihi in praeclaris &c. post episto. in antiquis.

Ad inscriptio. c. in causis. 30.

Vers. & Bellę pertica Abbat.] Scot. Fortè hinc fuit Petrus de Bellapertica.

De sacra vnctio. Tit. 11.

Ad c. 1.

Vers. si licet Roman. Pontifex non utatur baculo pastorali &c.] Scot. Quomodo igitur defendes Iouium, qui scribit in vita Pompeij Columnij, Hugonem Moncadam restituisse Clementi septimo baculum pastoralem argenteum, & mitram? Fallit autem hic tex. in dioecesi Ferrariensi. Chassan. in catalog. glor. mund. 1. part. 38. consid. 6. conclus. ubi vide de rationibus gl. & Duran. in rationali diui. offic.

De corpor. uitiat. ordinand. Tit. 20.

Scot. vide in legibus Romuli apud Francis. Bald. & Panui. in Rom. ciuit.

Ad c. ex parte. 3.

Vers. petitorium fuit &c.] Scot. Petitorium, idest petitio sicut citatorium, idest, citatio.

Glos. uerb. abscideriut ex indignatione, scilicet, nulla causa superstite.] Sco. Facit Hieron. in prologo in euang. Marci.

De offic. Archidiaconi. Tit. 23.

Ad c. 1.

Scot. Habes Archidiaconum S. E. priorem episcoporum Cardinalium, & priorem Cardinalium apud S. Antoninum lib. 1. de viris illustr. domus Vrsinae.

De offic. & potest. iud. deleg. Tit. 29.

Ad c. quoniam. 14.

Glo. uerb. substitutum. add. uidetur quòd hoc &c.] Scot. Et tamen hoc est in eccl. Parm. teste glo. hic.

De offic. lega. Tit. 30.

Ad c. 2.

Vers. impedire non potest.] Scot. Nisi ex causa nouiter suborta,

suborta. Abb. c. cum dilecti. col. fin. de appel. arg. l. si hominem. ff. mand. Sequitur Alex. in rubr. & l. 1. col. pen. de offic. eius cui.

De maio. & obed. *Tit.* 33.

Ad c. solitæ. 6.

Vers. si personam loquentis, & eorum ad quos &c.] Scot. Facit Valer. Maxi. lib. 1.

Vers. non negamus quin praecellat Imperator &c. sed Pontifex &c.] Scot. Etiam Lucanus facit sacerdotem sedentem supra reges, & Cæsarem adhuc maioré potestatem, cum ait, summaq; in sede iacentem: Li nigerum placidis compellat Achorea dictis.

De in integr. restit. *Tit.* 41.

Ad c. 1.

Vers. ecclesia iure minoris.] Scot. vide gl. l. si præses deser tam. C. quomo. & quan. iud. Roman. l. si is ad qué. ff. de acquir. hæred.

De arbitr. *Tit.* 43.

Ad c. dilecti filij. 4.

Glos. ult. vers. & praedicto casu qui mancipium.] Scot. Gl. l. 2. de arbitr. vide Alex. l. nemo potest. col. 6. in fi. cum seq. de lega. 1.

Ad c. contingit interdum. 8.

Scot. Hunc text. volunt procedere in arbitro, non etiam in arbitratore, Spec. Petr. Anchar. Alex. con sil. 91. col. 2. lib. 2.

Scholia F. Sc. I. C. &c. In Librum Secundum Decretalium.

De iudicijs. *Tit.* 1.

Ad c. 1.

Vers de quod vult deo.] Scot. vide an ille sit, ad quem scripsit D. August. libr. de hæret.

Scot. vide hunc text. in decretis Burchardi lib. 1. ca. 181. Qui non dormit. In repertorio instrumentorum Com. Placen.

Vers. respondis hoc sibi non placere, atque discessit.] Scot. Martialis lib. 1. An ideo tantum veneras, vt exires? Nota hic, non dici venisse qui non stetit. Concordat l. 2. §. si quib. ex caus. in possessio. ea. Bald. l. scire. §. sufficit per illum tex. ff. de excus. tut. & 11. q. 3. c. certum. Abb. c. cum nobis. nu. 10. de elect. Facit l. hæredes. §. proinde. ff. eo.

Ad c. intelleximus. 7.

Glos. conueniri potest. excommunicati enim &c. uers. sit tantum ad damnum illorum.] Scot. Debuit dicere illius, non illorum. Sed error fuit casus c. si veré. præal leg. vbi agitur de pluribus excómunicatis: & ideo ibi participatio est tantum ad damnum illorum.

Ad c. clerici. 8.

Glos. consuetudine. arg. quod consuetudo. uers. argu. contra dist. ea c. de his.] Scot. Adde infr. c. nouit, col. 2. vers. ui si forte.

Ad inscriptionem. c. examinata. 15.

Vers. nobili uiro Matthaeo de Ripania.] Scot. Ita super l. pactum quod dotali. C. de pact. Facit infr. de ord. cognir. c. cum dilectus. Quære etiam c. scriptum ad nobilem virum Matafelonem.

De for. compet. *Tit.* 2.

Ad c. quod clericis. 9.

Scot. vide Bart. l. 2. col. pen. in princ. C. quæ sit long. consuet.

Glos. 1. uers. & gerit uicem comitis.] Scot. Quod tamen prohibetur. c. clericis. infr. ne cler. vel monach. secu. neg.

Ad c. si diligenti. 12.

§. manifeste patet.] Scot. Quod colligitur argumentis, dicitur manifestum. Simile de expresso: & euidenti. Bartol. in l. prætor. per illum text. de op. no. núc.

Vt lit. non contestat. &c. *Tit.* 6.

Ad c. accedens. 1.

Scot. Nominatur hic plebanus Sancti Marci de Venetijs.

Ad c. quoniam frequenter. 5.

Vers. nisi fortè de morte testium &c.] Scot. Præter casus in hoc c. memoratos, vide quatuor alios pro ampliatione huius c. per Lanfranc. Orian. in clem. sæpè. verb. libellus. num. 11. de verb. signif.

De dilatio. *Tit.* 8.

Ad c. 3.

Vers. appellationem huiusmodi friuolam reputantes.] Scot. Idest, calumniosam, & nullius momenti. aliter dicitur quæ fit antè sententium, vt per Orian. in cap. quoniam contra. §. de interlocutoriis & appellat, inf. de probat.

De ferijs. *Tit.* 9.

Ad c. capellanus. 4.

Vers. cum statuta canonica declarent nuptias tribus septimanis &c.] Scot. Etiam Romani habebant dies prohibitorios nuptiarum. Cice. l. 2. epistol. ad Q. Fratrem. De nostra (inquit) Tullia tui mehercule amantissima, spero cum Crassipede nos confecisse. Dies erant duo, qui post latinas habentur religiosi: cæterum confectum erat. Latiar erat exiturus. Ad viij. Id. Apri. sponsalia Crassipedi præbui.

De restit. spoliat. *Tit.* 13.

Ad c. in literis. 5.

Glos. ult. nisi dominus &c. add. sed illud iure authentico &c.] Scot. Præterea quod inferunt hic Doctores tertium excipientem de dominio audiri contra spoliatû, nô videtur fundari posse in d. §. exempli loco, vbi est scripta æquitas, quæ rigori scripto anteponitur. l. placuit. alleg. io gl. imò d. §. exempli loco. ver bo, facto sceleratissimo. facit contra.

Cb. 37. col.uerf.tales puellas facilius bonos mores etc.} Scot. Næuius in Gymnaftico. Verum eft,melius virginẽ an uiduam vxorem ducere. Virginem, fi mufta eft, ideft,tenera,recens, iuueni. Calep. verb. muftus, fta,ftum.

Cb.38.col.2.uidetur enim iniquum dicere etc.} Scot. inf. ch. 109.col.1.

d. col. uerf. et audio quòd quidam maximus nunc legentium in Italia pofuit unam conclufionem etc.} Scot. Facit quod fcribit Caccialupus de mo.ftud.in vtroq; iu. docu. 9.de Philippo Caffola Regienfi.

Cb.40.col.3 verf.Bald.conf.19 lib.1.clarius.} Scot. vbi mater erat,actrix & reus poffidebat.

Cb.41.col.4.uer.fornicari cum uetula eft grauius peccatum,quã cum iuuene pulchra.} Scot. Facit quod fcribit Viues in lib.14.c.15.de ciuit.dei. Memini, inquit, me apud fcriptorẽ nefcio quẽ legere,fructũ illum quo Adã interdicebatur,noxium ex fe fuiffe corpori: quod dicit magis ad augendum crimen Adæ,quã quod aliquid ea de re compertum habeat.

Cb.42.col 4.uerf.uidemus rarò, quòd Deus in iftis imaginibus etc.} Scot. Facit Politia.in præfatio.Mifcell. pag.8.

Cb.56.col.1.uerf.audio hoc frequentari in Flandria &c.} Sco. uide Strabo.lib.16.

Cb.48.col.4.uerf.cum media femper gaudebam &c.} Sco.inf. ch.70.col.2.

Cb. 50. col. 1. uerf. congrua ætas nubendi in uiro eft &c.} Sco. Abrahamus erat maior decennio uxore Sarra. Diuus Augufti.lib.16.c.32.de ciuit.Dei.

Cb.52.uerf.ego puto non improbabiliter dici poffe, quòd etiam mulier poffit violare &c.} Scot.facit inf.ch.133.col.3.

Cb.53.

Ch. 53. col. 3. uer. Ponzinibius in tracta. &c.} Scot. Nota Pōzinibium ciuem nostrum fecisse tracta. de bannitis.

Col. 3. uers. liber Rofredi de libell. licet sit mera prustiea &c.} Scot. Nota Rofredum plura falsa immiscuisse in libro suo. de libellis.

Vers. & sic frustra uadit &c.} Sco. Facit l. 1. ff. de inof. test.

Ch. 54. col. 1. Simphorianus theologiæ Trimeg. partie. 10. refert plures mulieres, quæ nouem, quæ decem, quæ vndecim uno partu ediderunt & uidimus in Ast, de anno 1524. tres pauperes fæminas tres fœminas pro singula unico partu edidisse.} Sco. vide mea Scholia in l. antiqui. si pars hæred. peta.

Vers. hinc sumpsit bonam cautelam Carolus Magnus &c.} Sco. vide aliam cautelam apud Bossium in pract. crimina. tit. de exam. reo. num. 4. quæ tamen habuit malum exitum, vt ibi; quia mala intentione id egit Capistranus, nempè occcidendi vtrunque. Maiorem discretionem habuit Abbas quidam, ne per tristiciam quis deficeret. Vide D. Hierony. in episto. ad Rusticum monachum. Facit episto. 2. ad Corinth. c. 2. vers. ne fortè abundantiori tristicia &c.

Ch. 55. col. 2. uers. ideo Veneti non admittunt eos.} Scot. inf. colum. seq.

Col. 3. uers. Venetijs, & Romæ non admittuntur &c.} Scot. sup. col. præced.

Col. 4. uer. Gratianus compilator Decreti cum duobus fratribus.} Sco. vide Plot. in repertorio repetit. l. si quando, C. vnde vi. verb. Nouatia.

Ch. 56. col. uers. recti iudices, & aduocati plus merentur &c.} Scot. inf. ch. 126. col. 1.

Ch. 57. col. 3. uers. ante triennium mater est illa &c.} Scot. Quid si non teneatur lactare filios, vt nobilis, infra ch. 67. col. 4. in fi.

Ch. 58. col. 1. uers. etiam de iure canonico, non tenetur quis parte instante furem indicare.} Scot. Vide Alciat. de hac materia, in l. bona fides. ff. de pos.

Ch. 62. col. 2. uers. aut saltem resolui in simplicem citationem virtute sua comparitionis in termino clausula iustificatiua facta &c.} Scot. Quæ iustificatio dicitur. Iudices enim aut reuocant præceptum, aut iustificant.

Ch. 65. col. 1. uers. illud Horatij.} Sco. lege, illud Iuuenalis.

Vers. dicuntur fieri tunc duo claui &c.} Sco. inf. ch. 75. col. 2.

Vers. est licit um persuadere minus malum &c.} Scot. sup. ch. 24. col. 4.

Ch. 67. col. 3 uers. De cuius amore perdito &c.} Scot. inf. ch. 69. col. 2.

Ch. 69. uers. deperdito amore Caroli Magni &c.} Scot. sup. ch. 67. col. 3.

Ch. 70. nol. 2. vers. uirtus consistit in mediocritate.} Scot. sup. ch. 48. col. 4.

Col. , . vers. nonne & fatui &c.} Scot. vide Corium in historia. Conna. in Commen. iu. ciuil. Cottaræ. de re milit.

Col. 4. uers. dicit esse fabulam.} Scot. Idem Budæ. in annot.

Ch. 73. col. 2. vers. Paulo Iurisconsulto placebat illa puella &c.} Scot. Et Iustiniano pulcherima filia, de qua per eum in auth. vt cum de appell. cognosc. §. fi. inf. ch. 92. col. 3.

Col. 4. vers. quando prædicta eis prosunt &c.} Scot. Acont. Cydip. si non proficient artes, veniamus arma: In que mei cupido rapta ferre sinu.

Ch. 74. col. 1. vers. nisi actualiter fuerit mulier &c.} Scot. vide Calep. verb. rapio.

Ch. 75. col. 2. qui formabit duos clauos &c.} Scot. sup. char. 95. col. 2.

Ch. 77 col. 4. vers. primi qui non sunt in potestate &c.} Scot inf. ch. seq. col. 2. glos. 1. l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & cleric.

Ch. 78. col. 2. vers. cum primi motus &c.} Scot. sup. ch. præced. col. 4.

Col. 4. vers. ponit de ebrio, qui impragnauit beghinam dormientem.} Scot. Ergò non est necesse mulierem concurrere cum viro, seu cum masculo fœminam. sup. ch. 10. col. 4.

Ch. 79. col. 4. in fi. ver. stringentes manum, quia est signum &c.} Sco. Vide Steuch. in comment. seu enarrat. in Iob.

Ch. 80. col. 3. vers. aliquid est iustum, & tamen eius contrarium &c.} Scot. inf. ch. 177. col. 2.

Col 4 sentit valere edictum principis, per quod probibentur eborea de nocte.} Scot. Igitur non valet indistinctè prohibens choræas.

Ch. 84. col. 1. in fi. vers. cui alius fatus superaddi nequit.} Scot. Hoc falsum l. antiqui. ff. si pars hæred. peta. Aristot. Hippocr. Budæ. vide mea scholia in d. l. antiqui.

Ch. 85. col. 1. uers. Petrarca recusauit Cardinalatum: quem cum lenocinio sororis &c.} Scot. vide sup. ch. 73. col. 2. ch. 101. col 4.

Col. 3. vers. Eccles. c. 11.} Scot. vide etiam c. seq. vers. nec credas inimico tuo &c.

Ch. 87. col. 4. vers. solatium est miseris &c.} Scot. Vnde Penelope Ouidiana, & mea cum multis iuncta quærela foret. Alius apud Ouid. in Metamorph. Nec enim fortuna quærenda sola tua est: similes aliorū respice casus, Mitius ista feres.

Ch. 91. vers. & sunt viscera nostra.} Scot. Fallitur Neuiz. quia viscera nostra, non significant, spes nostræ, sed significant, caro nostra sanguisue noster, tanquam dicat filius noster, & opes tuæ, seu regnum tuum dilacerantur.

Ch. 92. est verecundia ducere vxorem indotatam, imo extrema &c.} Scot. Vide Homerum lib. 13. Iliad. inducentem Corębū duxisse Cassandram indotatam. Vergilius noster noluit imitari, & sic dictam qualitatē transferre in suum Coræbum. Minuitur enim vehementer dignitas. Iul. Scalig. lib. 5. Poetices.

Col. 3. uers. licet sententia Imperatoris &c. tamen ista puella &c. Scot. sup. ch. 73. col. 2.

Ch. 93. col. 2. uers. in quæstione contra bas &c.} Scot. tracta. de Guelf. & Gibell. quem allegat. inf. ch. 131. col. 3.

Ch. 95. col. 3. vers. disputat de origine Lucæ &c.} Scot. Origo Lucæ de Penna incerta. Facit Gallum Chassan. in catal. glos. mund. 12. par. consid. 17. Io. Nic. Arelet. facit & ipse eum conciuem suum, & sic Gallum in add. Alciat. reg. 2. pręsumpt. 27. in tracta. de præsumptio.

Ch. 96. col. 4. vers. vt etiam videmus in Baldo.} Scot. Varietas Baldi adscribitur accumini ingenij.

Ch. 101. col. 1. vers. quam enim reuerentiam credis habere Reges pontifici barbato, veste &c.} Scot. sumpta sunt hæc uerba ex Budæo lib. 3. de asse, & partib. eius. & nota, quòd pontifices ibant raso mento. Nam si non fuisset ita, non taxaret hoc in Iulio secundo, quem ipse Budæ. carpit.

Col. 2. vers. vbi papa, ibi Roma.} Scot. Facit Herodian. lib. 1. vbi Imperator, illic Roma est.

Colum.4.uersic.breue regnum.} Scot. Alciat. de verbo. signif.

Ch.102.col.1.uers.Nemo diu gaudet &c.} Scot.infra.char. 105.col.2.

d.col.uers.nouus rex, noua lex.} Scot. Facit c.1. Exo.inf.co lum.seq.

Col.2.nouus rex &c.} Scot. sup.col. præced.

Ch.103.col.1.uer.Honoratur bon hor &c.} Scot. Farctum, Galli de tractatu Io.de lignano, de bello. Simile iactatur de Politiano, qui tradixit Herodianum tacito autore. Hodie in operibus Politiani apparet con trarium.

Vers.& tanquam desperatus inimicus &c.} Scot. vide Hero dianum, Ouid. apud autorem sententiarum.

Ch.104.col.4.uers.principibus etiam discolis &c.} Scot. Nota quòd Apostolus, quando dicit etiam discolis pa rendum, loquitur de dominis respectu seruorum, non de principibus respectu subditorum.

Ch.105.colum.prima.uer.communis timor &c.} Scot. inf. col.4.

Colum. 2.vers.nemo diu gaudet &c.} Scot. sup. ch.102. col.1.

Col.4.uers.communis timor.} Scot. sup.col.1.

Ch.108.col.2.uers.contra omnes sapere, desipere est.} Scot. Galen.lib.2.de vsu par. corpo.humani. Rationale esse puto, existimare vnum ignorare potius, quàm omnes alios.

Vers. Martin. glos. semper erat &c.} Scot. Martin. qui nunquam dixit verum. Ias. Instit. de actio. §. si minus. sub nu.22.& inf.ch.214.col.3. Facit glos.uerb.ipso iure l.si vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pact. vers. noune vos soli dictis &c. Bart. raro bene loquitur, qui con tra omnes loquitur. Sign.alleg. per Ias.in l. quidam cum filium, ff.de uerbo.oblig.

Col.3.uers.antiqui doctores magna ueneratione &c.} Scot. vi de Alciat.in præfatio.

Col. 4. uers. in deliberationibus incipimus a iunioribus &c.} Scot. vide decis. Afflic. in princ. Coras. lib. quæstio. epistol. & Politiani. in a. tom. fortè in problem. Alex.Aphrod. Isocrat. pro iuuenib.

Ch.99.col.2.uers. facimus quæ dixi in fi. &c.} Scot. inf. ch. 129.col.3.

Col.4.uers.qui didicerunt unum text.a discipulo suo.} Scot. vide Rom.singul.202. Facit Porc. Instit. de verb. oblig. sub nu.8.

Vers.aduocato zonen &c.} Scot. vide Rip. tracta. de peste §. medicorum auxilio &c.

Ch.110.col.1.uers. Speculatori nondum excedenti 34. annos, fuit commissa &c.} Scot. de vtilitate Speculi, vide Io. Andr.in add.tit.de offic.omn.iud.rubr.de summar. cognitio.

Col. 3.vers.tempore Ludouici Ducis Sabaudiæ penes Carignanū &c.} Sco. Idem de Georgio Rocha appellato Cat toria habitatore villæ Cortinæ territorij castri noui Sforciarum Folianorum agri Placentini. Tamen Pausanias lib.5.ait, dentes nulli ętatis prouectioris animanti renasci. Sed hoc falsum esse docet experientia.

Col. 4. uers. consuetudines feudales non seruantur propter &c.} Scot. inf.ch.135.col.2.

Ch.111.col. 1. vers. Iustinianus Imperator adeo restringit iura &c.} Scot. Idem Alciat.} l.vltima.ff.de verbo.signif.

Col.2.vers.Accursius est magister &c.} Sco. Est Idolum Doctorum. Budæ. post Cyn.in annot.in Pandectas.

Col.3.vers.maior est glos.autoritas, quando aliquid tenet &c.} Scot. Io.de Amic.consi.97.sub nu.5.Ias.l.vt vim. ff. de iustit.& iur.vbi latè de autoritate glos.inf. char. 116.col.2.vide etiam Claud.in d.l.vt vim.

Col. 4. vers. quę communiter contradicit textui.} Scot. vide absurdam interpretationē nominis fęlicis, in Fælice papa apud Iouium, in libello, de insignibus, pagin.23.

Vers.tempore quo legebat Bononia, & erant ibi scholares decem mille: & nunquam infirmabatur, nisi &c.} Sco. Facit Bartol.in l.1.tit.1. lib. 10. C. Vide in recollect. meis ex Ludouico Guicciardino in descriptione Germaniæ inferioris, de studio Louanij, nisi fallor.

Vers. non tamen propterea est tantæ autoritatis, sicut glos.} Scot. si & ipse est glossator, etiam obtinens principatum, vt sup. quomodo hoc stare potest, nisi intelligas de summa Azonis, non de glossis eiusdem?

Ch.112.col. 1. vers. etiam si Innoc.&c.} Scot. Cuius opinio post glos. opinionem vincit alias. Io. de Amic. cons.97.nu.6.

Vers.Io. Andr.fuit fons, & tuba iuris canonici.} Scot. Et tamen locutus est contra casum.c.cum autem.de iur. patro.in reg.in re communi.de reg.iur. in 6. Roch. Curt.in tracta.de iu.patro.verb.honorificum. 17.q. seu nu.48.

Col.3.vers.practica Scholarium ceperunt Papia tempore &c.} Scot. Glos.in l.1.ff.de offic.præf.vrb.de doctoribus pecunia data trahentibus scholares ad scholas suas: quos dicunt Doct. committere vsuram, si hinc sequitur augmentum salarij.

Col.4.vers.etiam si esset opinio Bartoli &c.} Scot. Abb. ca. cum a nobis.col.4.de præscript. Ero (inquit) contentus sola recitatione Bartoli, qui omnium iudicio cunctos scribentes æquitate, & veritate superauit.

Vers.officium boni scholaris est defendere &c. imo debemus dolere quando aliquis sibi contradicit, vt in simili Capo. consil. &c.} Scot. vide glos.in l.deferre, uerb.sed placet, ff. de iur. fic. quæ dolet quòd Papinianus reprehendatur.

Ch.113.col.1. vers. quid ergo faciemus nos Itali? &c.} Scot. Simile de Papiniano in Codice Theodosiano, tit. de respons.prudent. l. vn. quæ est Theodos. & valent. Impp. Conna. libro primo Comment. iur. ciuil. Vide Franc. Bald. in cons. de no.iur.ciuil. demonstr. Vide add. vnam ad Caccialup. hic alleg. qui dicit mortuum Bart. anno ætatis.46.

Col.2.vers.& in iuuentute sua fuit iudex maleficiorum.} Scot. Vide Bartol.in leg. si is qui pro emptore.ff. de vsucap. leg. si sepulchri violati. ad fin. versicul. & ita pluries. ff. de sepulch. viol. Quia verò existens in officio, fecit occidi quendam indebitè, tactus dolore cordis, renunciauit officio, & se contulit ad lecturam, vt tetigi de ipso, & Angelo libro primo carmi. vbi etiam de Capistrano, & vt in d.epigrammate,

Vers.

Vers. & dicebat cõtra casum legis secundum Balb. in tracta. &c. } Scot. vide etiam summar. Bart. in l. in hoc iudicio. ff. famil. ercisc. vbi Bart. facit summar. contra text. & errauit etiam pueriliter in calculo, vt per Cæpol. tracta. de simula. contract. §. pen. col. 4. Adde Ludo ui. Roma. singul. 332. incip. malæ fidei possessor po test. Idem in comment. l. iter. ff. commu. præd. contradicit textui Longouall. in l. Imperium 4. par. ff. de iurisd. omn. iud. P. quoque glossator dixit contra casum legis. vide gl. in leg. filiusfam. ff. de dona.

Col. 4. uers. fallitur qui putat Pandectas olim Pisanas, nunc Florentinas esse matrices illas &c. } Scot. Addidi ad Politia num in Miscellaneis.

Vers. etiam si contra communem teneret Bald. &c. } Scot. Tamen iste post glos. locutus est contra textum expressum, vt p Castren. in l. 2. C. de ijs quib. vt indig.

Ch. 114 col. 1. uers. item Bald. &c. } Scot. Bald. in l. fin. C. qui bo. cede. poss. loquitur contra casum d. l. fin. teste Roma. cons. 439. numero. 7. & seq. & sub d. nume. sequen.

Vers. & pro more suo semper posuit materias &c. } Scot. contra tales inf. ch. 130. col. 3.

Col. 2. uers. infra referam ch. 3. } Scot. habes inf. ch. 126. in fi. & in princ. seq. vbi allegatur Ioan. Montagne in tracta. de bigam. q. 1. col. 13.

Ver. Bal. obloquitur &c. } Sco. vide Mantuã in obseruat.

Vers. Bald. more suo sibi contrarius ob ingenij &c. } Scot. sup. ch. 96. col. 4. vbi etiam de Baldo.

Col. 3. uers. & sanctus Thomas uariauit in plerisque &c. & plures sancti &c. } Scot. Alfons. Castrens. in princ. lib. de Iusta hæret. punit.

Vers. de Martino, qui &c. } Scot. Contra Martin. sup. ch. 108. col. 2. inf. ch. seq. col. 3.

Vers. Pius postquam fuit pontifex, si fuisset interrogatus de illa donatione Constantini, dixisset contrarium eius quod dixerat dum esset in minorib. } Scot. Sicut iste Pius, cum esset Aeneas Syluius, dicebat Concilium esse supra papam: cum fuit Pius, seu papa dixit contrarium, vt apparet ex eius Bulla, posita in directorio inquisitorum modernè impresso.

Col. 4. vel consulendo. } Scot. Contra per Crauett. in tracta. de antiq. tempo. in pluribus locis. sup. col. 6. ver. præced. Alciat. in §. diui. l. filiusfam. ff. de lega. 1. dicit de Ruino. quòd potius standum est ei in lecturis quàm in consilijs. & ita ipse facit. vide Cagnolum in l. nemo potest mutare, ff. de reg. iur. nu. 8. inf. ch. seq. col. 2.

Col. 115. col. 1. vers. vt Machabei. } Scot. Errauit cum Iasone.

Vers. quorum autoritas in tam illustri &c. } Scot. Tamen & ipse quandoque dixit contra text. clarum. Crauet. cons. 201. col. 1. post Ias. in l. si ex toto, §. si in legato. ff. de lega. 1. Hunc Latinè aureum Doctorem uocat Curt. cons. 12. col. 2. & cons. 65. colum. pen. Græcè Chryseum appellat Francisc. Areti. ut dicit Alex. Magna. in præfatio. in 5. lib. consil. ipsius Alexand.

Col. 2. qui licet fuerit bonus iurista &c. } Scot. Ias. Instit. de actio. in princ. nu. 88. appellat Paul. de Castro excellentissimum inter moder.

Vers. licet fuerit vir celebratissimus. &c. } Scot. Dec. in rubr. extra de proba. col. 2. dicit hæc verba; ita per istam ratione Andreas Siculus in rubr. C. qui admitt. col. 12. more suo solito graui supercilio arguit, & reprehendit summum pontificem, Iurisconsultum, & Imperatorem in libris ffórum.

Vers. Barb. dixit potius deberi stari dicto in lectura, quàm in consulẽdo &c. } Sco. Cõtra Crauet. conuenit, qui dicit standum, Lecturis moder. non consilijs. Hoc autem dicit quandoque in consilijs, sed sæpe in tracta. de antiq. tempo.

Vers. Barb. studio contradicẽdi &c. credens ea uia &c. } Scot. sup. ch. præced. col. 4.

Vers. Machabei studio contradicendi &c. } Scot. Error, vt etiam sup. col. præced.

Vers. Bald. amolatione Bart. tantum subtilizauit &c. } Scot. de Baldo idem dicit sup. ch. præced. col. 2.

Col 3. vers. quid autem si doctor fuerit sibi contrarius in consulendo &c. } Scot. Aliàs si idem teneat in pluribus locis nunquam sibi contrarius, satis est eum semel citari: quia vt dicit Aristot. lib. 2. Meteore. nihil refert vtrum semel id asseras, an plerunque. Quod est contra nostros Moder.

Vers. cons. 67. clementissimi, col. 4. } Scot. inf. ch. seq. col. 3. vers. quartò limita.

Col. 4. uers. Doctori enim distinguenti &c. } Sco. Distinguens neutram opinionem reprobat. c. literas. vbi Abb. in not. de restit. spoliat.

Ch. 116. col. 2. uers. vt dixi sup. de autoritate plurium glossarum &c. } Scot. sup. ch. 111. col. 3. Facit Castrens. consi. 86. col. 3. vers. & licet idem &c. postquam in duobus locis &c.

Vers. facit quod dicimus, quòd ultima opinio relata &c. } Scot. Bald. lib. 4. cons. 50. vers. cum in vltima resedet &c. & ideò Innoc. di cit quòd vltima opinio, quam nemini attribuit, est opinio sua: & secundum eam debemus tantum a utorem allegare.

Col. 3. vers. quia tunc fortè non stamus ultima, prout in doctore Barbat. &c. quem allegaui &c. } Scot. vbi quòd statur opinioni alibi firmatæ, reiecta ista coniectura circa plures opiniones in vno loco positos. Et Neuiz. ma le adaptat, quia verba sua videntur sonare, quòd standum est opinioni firmatæ per glos. non vltimæ relatæ per aliam glos. si fortè glos. firmat aliam opi nionem, & non eam quæ sit vltima alterius glos. & ita voluit dicere Neuiz. secundum dictum, quod allegat, iuxta doctrinam Bar. in l. nõ solum. §. libera tionis, ff. de libera. lega.

Ch. 117. col. 1. vers. fecit subtrahi nomen suum. } Scot. Iustinianus fecit subtrahi nomen suum: contra philosophos, qui nomina sua præponunt libris de contem nenda gloria. Cicero. Tamen male fecit Iustinianus, quia certus esse debet legislator, vt dixi in rub. ff. de op. no. nun. ne de autoritate conditoris dubitetur.

Col. 2. uers. etiam si contra eam teneret Alber. de Rosa. } Scot. Hunc legali, sacraque Theologia doctissimum, celeberrimumque aduocatum vocant Moder. in cõsuet. Paris. tit. 1. §. 1. glos. 1. nu. 63. Refert Menoch. in comment. recuper. possess. 9. remed. nu. 386.

Vers. fuit aduocatus consistorialis. } Scot. Hunc aduocasse. Romę habes ex cautel. Cæpol. 155.

Col. 4. vers. legentes sunt priuilegiati &c. } Scot. Aduerte, quòd

quòd in l. 1. C. de vete. iur. enucl. præponuntur professores legum aduocatis.

Vers. uidetur velle, quòd etiam procedant priuilegia doctor. in patrocinantibus, vt Ias. &c.} Scot. vide Natt. cons. 1. lib. 1.

Ch. 118. col. 1. uers. nisi talis præceptor &c.} Scot. inf. col. 3.

Col. 2. uel qui ne dicit &c. propter nimium studium &c.} Scot. vnde illud Act. ca. 26. Multæ te literæ ad insaniam conuerterunt. vide sup. ch. 76. col. 4.

Col. 3. uers. uel qui esset imperitus &c.} Scot. sup. col. 3.

Vers. & hoc ultra turpitudinem.} Scot. Hierony. Rideo aduocatum, qui patrono egeat. Nihilominus vulgò dicimus, In causa propria aduocatum quære. Dec. c. cum venissent. col. pen. de iudic. inf. ch. 136. col. 2.

Col. 4. uers. uel qui declarant ignotum &c} Scot. Felin. in c. cum causam. col. 3. ad fin. de testi.

Ch. 119. col. 2. uers. licet etiam Bart. quandoque &c.} Scot. sup. ch. 113. col. 2.

Vers. est mirabile uidere hominem &c.} Sc. inf. ch. 125. col. 1.

Vers. uel qui propter scientiam esset inslatus &c.} Scot. Doct. l. Domitius. ff. de testa. l. vt responsum. C. de transactio.

Col. 3. uers. leges in scholis deglutiuntur, & in palatijs digeruntur.} Scot. Vtinam non destruerentur. inf. ch. 130.

Vers. quæ dixi in fine mei inuentarij librarum utriusque iuris.} Scot. sup. 109. col. 2. & inf. ch. 150. col. 1.

Col. 4. vers. contra iuristas, qui &c. inuehit Petrar.} Scot. Et malè, vt alibi dixi cõtra Petrarch. adde Cic. pro A. Cecin. Sigon. lib. 1. de iudic. c. 21. de sapiente inire viam docente.

Ch. 120. col. 1. uers. tempore extremę necessitatis licitè possum &c.} Scot. Et possumus cogi facere eleemosynam Abb. c. 1. de empt. & vendit. cum simil.

Col. 121. col. 1. uers. sono 45. anni che legge &c.} Scot. Nota Paul. de Castro legisse vltra 45. annos.

Col. 2. uers. aliqui student fortiter, vsque ad festum omnium sanctorum.} Scot. Hodie incipit legi post festum omnium sanctorum, & cõmemorationis defunctorũ.

Vers. inuehit contra eos, qui volunt loqui in plurali &c.} Scot. Posui in recollectis ex Petrarch. etiam papa Pius hoc taxat.

Col. 3. uers. quibus tunc præceptores debent acriter &c.} Scot. Contra Dec. in l. præcibus. in princ. C. de impub. facit inf. col. 3. vers. limitat Caccialupus &c. quem tamen &c.

Ch. 122. col. 1. uers. Habet enim viua uox &c.} Scot. Cic. ad Attic. aliter.

Ch. 123. col. 2. uers. a qua præsentante quis postea doctorari debet &c.} Scot. Hoc non seruatur: quia alius præsentat, alius doctorat.

Col. 3. uers. opiniones Arreti. sunt subtiles &c.} Scot. vide Aemil. Ferret. in l. vbi autem. sub nu. 13. ff. de verb. oblig. vbi dicit, minus chartarum euoluisse Areti. quàm Alex. neq; tamen ideo minus esse eminentem quàm Alex.

Vers. has cumulationes ferre non potest Lancella. Polit.} Scot. vide inf. ch. 130. col. 1. & ch. præced.

Ch. 124. col. 1. consilium Ducis Mediolani, non solebat obseruare pœnas l. si quis maior &c.} Scot. vbi vide Alciat. qui & in c. cum contingat. nu. 163. de iureiur. & Franc. Bal. in cons. de no. iur. ciuil. demonstr.

Col. 4. uers. limita tertiò quando communis opinio &c.} Scot. Accursius sequitur opinionem Azonis, reprobata communi opinione, in l. 1. ff. si pars hæred. peta.

Ch. 125. col. 1. vers. est tamen mirabile videre hominem eminentis &c.} Scot. sup. ch. 119. col. 2.

Vers. in tracta. quan res hab. orig. a contrac. col. 8.} Scot. vide add. ad c. super eo. de hæreti. in 6.

Col. 3. vers. aduocatus subtilis facit &c.} Scot. inf. ch. seq. col. 1. & ita de vno Gracchorum (nisi fallor) dicit Plutarch. in vita Graccho.

Col. 4. vers. Padua vno anno &c.} Scot. vide Spec. exemplo. vbi distinct. 6. ex Cæsario sumpta, exemplo. 8. in terra quadam Saxonię decretista famosus cum mortus hiaret, lingua in ore eius defuncti non est inuenta. Et meritò linguam perdidit moriens, qui illam sæpè vendiderat viuens.

Ch. 126. col. 1. ver. plus merentur &c.} Sc. sup. ch. 56. col. 3.

Vers. causam malam &c.} Scot. sup. ch. præced. col. 3.

Col. 3. vers. Hastiens. adeò altè volauit &c.} Scot. sup. ch. 14. col. 2.

Vers. nulla subtilitas est.} Scot. inf. hac col.

Vers. nulla est subtilitas.} Scot. inf. hac col.

Colum. 4. vers. dicens. quòd communes opinio. nascuntur &c.} Scot. Addit, crescunt, senescunt.

Ch. 127. col. 2. vers. quandoque aliquid est iustum &c.} Scot. sup. ch. 80. col. 3.

Ch. 128. col. 1. vers. Cicero valdè extollitur inter Iurisconsultos.} Scot. & eius definitiones habentur in iure, vt in l. Fulcinius. §. latitare. ff. quib. & cau. in possess. ea. l. littus. ff. de verbo. signifi. addidi ad d. §. latitare. & Ang. cons. 36. col. 2. definit conclusionem secundum Cicero. vide. inf. ch. 132. col. 4.

Ch. 129. col. 3. vers. quando habemus text. &c.} Scot. inf. ch. seq. col. 4. in fi.

Ch. 130. col. 1. vers. licet cumulatio decisionum &c.} Scot. sup. ch. 123. col. 3. & seq.

Vers. leges in scholis deglutiuntur &c.} Scot. vtinam non destruerentur. sup. ch. 119.

Col. 4. vers. de ea enim, de quo &c.} Scot. sup. ch. præced. col. 3. & seq. & sup. hac ch. col. 1.

Ch. 131. col. 1. vers. index non potest reprehendi.} Scot. Ang. cons. 65.

Vers. sed errant, quia imò est vera scientia &c.} Scot. vide Henric. Ferrar. in add. Specu. in proœ. col. pen. vide Rogl. Com. cons. antepen. inter cons. matrimo. diuers. qui est tract. de excellentia iuris scientiæ.

Col. 2. vers. est sapientia, & sic scientia diuina.} Scot. l. 1. ff. de var. & extraord. cognit.

Col. 4. vers. eam tolle de medio, & quis audebit dicere &c. Cic. in 2. &c.} Scot. & in oratio. pro A. Cecin.

Ch. 132. col. 2. vers. appellantur magistri.} Sco. etiam a Vergilio. 3. Georgio. Cessere magistri Phyllirides Chiron, Amythuniusque Melampus.

Col. 3. vers. est enim cautela euitatio &c.} Scot. Habes hic definitionem cautelæ.

Col. 4. ibi facit vnum caditulum excusatorium.} Scot. vide Porc. post tit. de gradib. ad arborem consanguinitatis. Hosti. in sum. de frigid. & malefic.

Vers. fuit stoicus philosophus, & iurista eximius.} Scot. sup. ch. 128. col. 1. & 2.

Ch. 133. col. 2. vers. plures obloquuntur de medicis.} Scot. vide Petrrach. in epistol.

Col. 3. vers. quis enim non potest cogi præcise &c.} Scot. facit. sup. ch. 52. col. 2.

Ch. 134. col. 4. vers. Aristoteles irridens bibliam.} Scot. sup. ch. 250. col. 3.

Ch.

Ch. 135. col. 2. uers. ut dicitur de libro decretorum (lege decreti) Gratiani. item de libro &c. } Scot. sup. ch. 130. col. 4.

Vers. qui nihilominus &c. } Scot. sup. ch. 122. col. 4.

Col. 3. uers. linquo coax ranis &c. } Scot. Facit hic vers. qđ coaxatio sit ranarum, vox apud Plautum. Nihili coaxatio.

Vers. frustra fit per plura &c. } Scot. Tynd. tracta. de compensat. artic. 2. sub nu. 21.

Ch. 136. col. 3. ver. lex tamen illum non relinquit in libera &c. } Scot. sup. ch. 131. col. 1. inf. ch. 143. col. 2. & 4.

Col. 4. vers. bonus enim iudex. } Scot. vide Chassan. in catalo. glos. mundi. 10. par. 23. consid.

Ch. 137. colum. 2. uers. Hesiod appellat tales iudices dorophagos &c. } Scot. Ouid. 1. eleg. Quod faciat magnas turpe tribunal opes.

Col. 3. vers. amplia tertio etiam si iste ordinarius &c. } Scot. vide in q. Rex Aragonum posita apud Alex. post l. i. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd.

Col. 4. vers. amplia sextò, etiam si capiat post &c. } Scot. vide inf. 10. amplia.

Ch. 138. col. 1. uers. vt dixi sup. de Guelfis &c. } Scot. sup. ch. 13.

Vers. alij sunt qui non ipsi &c. } vt Lucas Francischinus, & Robertus Monaldus.

Col. 2. vers. vt Gracchus, quem refert Cellius &c. } Scot. Et Macer apud Martial. lib. 10.

Col. 4. vers. de Cambyse, qui fecit ex coriari iudicem &c. } Scot. Darius alium in crucem sustulit. Herod. lib. 7. alium excoriari fecit Gulielmus Rex Siciliæ. Claud. Ptolemeus in episto. Italis. vide sup. ch. 12. col. 4. in fi. & princ. seq. quæ est col. 1. ch. 139.

d. col. 1. vers. dum tamen non prætereerit promissio &c. } Scot. vide sup. limit. 6.

Col. 2. vers dicit Pittac. se malle inter inimicos &c. } Scot. vide Vorag. in vita D. Augustini, qui idem sentiebat, vt ipse refert ibi.

Vers. Andreas de Isernia doctor egregius &c. } Scot. Ita frater Antonij Francisci Crispi aduocati Mediolanensis.

Vers. Ang. de Aret. fuit in syndicatu carceratus &c. } Scot. Nota de Angelo Aretino.

Col. 3. vers. refert de illo sycophanta, de quo habetur in ui ta Aesopi &c. } Simile in rebus Turcicis de quodam qui biberat lac, & id negabat.

Col. 4. vers. allegat illud Scæuolæ, veritati semper locum fore. } Scot. Sed ibi legitur, superfore. vnde non ad propositum, de semper, sed de fore.

Ch. 141. col. 2. vers. dato termino reo ad exhibendum interrogatoria, ne alids examen esset nullum &c. } Scot. Nota testibus iuratis, si non detur terminus parti ad exhibendum interrogatoria, examen erit nullum.

Ch. 143. col. 1. vers. index potest &c. } Scot. Habes hic iudicem posse plenè credere testi singulari nobili.

Ch. 144. col. 1. vers. excusatur qui dubitat, circa l. difficilem &c. Scot. Faciunt quæ dixi tom. 1. respons. lib. 4. resp. 1. in fin.

Col. 2. vers. subijcit: hoc ego in primis &c. } Scot. Inter consil. Chassan. est consilium vnius Docto. in causa propria. Paul. Castrens. cons. 459. dubium, de quo in fi. lib. 2. dicit, per hæc puto satisfactum consultationi vestræ frater optime: & melius satisfecissem, si laboris præmium expectassem, refert Zanch. in repet. l. heredes mei, §. cum ita, sub nu. 127. ff. ad Trebell.

Vers. in causa propria &c. } Scot. tamen multi responderūt in causa ꝓpria Ias. cōs. 228. li. 2. reprehensus tamē ab Alciat. li. 8. Parerg. c. 11. conf. lib. Crauet. cons. 111. Syluan. cons. 60. Grammati. pro se, & alijs cons. 49. pro se, & alio. cōs. 54. pro filio 42. Afflict. decis. 278. Matthes. not. 130. Alciat. pro patria resp. 39. & respons. 47. lib. 5. tom. 2. pro se. respons. 100. eo. lib. & tom. & resp. 13. lib. 2. tom. 1. Claud. Murlet. cons. 53. inter cons. Chassan. Pro filio. Ruin. cons. 159. vol. 3. pro patria, cons. 98. 4. volum. quod comprobat Dec. cons. 373. allegauit in causa, propria Marsil. sing. 296. Cels. in causa propria, vt per eum in addit. ad Lanfran. de Oria. c. quoniam contra. uerb. testium depositiones, sub nu. 135. Matthes. in causa propria. Cicero pro domo sua. Demosthenes in causa propria dicturus aufugit: nec affuit iudicio ignauia quadam. Textor in c. de timidis.

Ch. 146. col. 1. vers. ita in dubio, in princ. causa, & sic in ijs quę &c. } Scot. videtur si duæ sententiæ fuerunt latæ, vna pro causa fauorabili, altera contra eam, præferendā quæ lata est pro causa fauorabili. Ergò lata pro paupere præfertur latæ pro diuite etiam reo. argu. hic, vers. & dum dicitur fauendum reo &c. iunc. vers. in dubio etiam iudicandum pro pupillo &c. inf. col. 4. quod sententia lata pro paupere sit præferenda latæ pro diuite, tradit Ias. in l. inter pares. ff. de iudic.

Ch. 147. col. 1. vers. pauperi litiganti debet aduocatus patrocinari &c. } Scot. intellige in extrema necessitate constituto, ita quòd si amittat causam, sit ei fame pereundum Felin. in c. 1. de offic. iud.

Vers. lex remittit arbitrio iudicis &c. } Scot. vidua diues non est miserabilis persona; nec pupillus diues. Abb. Imo. Felin. in c. significantibus. de offic. deleg. per illum text. Alex. cons. 121. co. 6. lib. 1. Maran. Specu. aur. 9. distinct. nu. 79. contrarium per episcopum suse in singul. lit. t. nu. 29.

Ch. 148. col. 3. uers. in dubia interpretatur productio pro producente, si hoc &c. } Scot. vide ch. seq. col. 2. vers. item contra illum.

Ch. 149. col. 2. vers. item contra illum &c. } Scot. vide sup. ch. præced. col. 3. uers. ideo in concursu istarum interpretationum. Scot. vide ch. seq. col. 2. vers. item contra illum.

Ch. 149. col. 2. vers. item contra illum. } Scot. vide sup. ch. præced. col. 3. vers. & ideo in concursu istarum interpretationum.

Ch. 160. colum. 1. vers. dixi in meo inuentario librorum iuris. } Scot. sup. ch. 109. col. 2. & ch. 119. col. 3.

Ch. 153. col. 1. vers. D. Sapia in oratio. } Scot. Sapia orauit in funere Iasonis.

Vers. intelligendum semper est, dum tamen furtum &c. } Scot. Furtum de scriptis aliorum vituperatur. Apuleius librum de mundo, furatus est Aristoteli, vel Theophrasto, vel alteri antiquo. Viues in commenta. in libros de ciuit. Dei, diui Augustini lib. 4. & hac col. & col. seqq. numerantur multi fures alienorum scriptorum.

Ch. 154. col. 1. vers. ponit remedium, quod posset &c. } Scot. Nota de impressoribus, & vide Petrarch. lib. 1. de remed. vtr. fortu. dub. 43.

Scholia Federici Scoti I.C. &c. Ad Ioan. Petr. de Ferrarijs, qui vulgo vocatur, Practica Papiensis.

Ad Proœmium.

Col.4.uers.qui, ut inquit Aristo.&c. Scot. vide Eccle.c.9.& Hitrony.in præfat.Bibliæ.

Forma libell.pro donat.

Verb solutionem facere recusauerunt.uers.quæritur an fideiussor &c. Scot. vide l.labeo, §.hæc autem clausula. & ibi add. margin.ff.de arbitr.

Forma libel.ad præstatio &c.

Verb.recusauit &c. num. 4.uers.sed unquid per instrumentum &c. ibi contra alium. Scot. Intellige de alio penitus extraneo, idest, non habente causam a conductore. Rip l.si aliquam rem, nu. 42. ff.de acquir.possess.

Vers.aut probatur etiam de mercedis &c.aut non probatur. Scot. Imo probatur, si alius non possidet, Bart.§.si conductor.&§. quod per colonum infra alleg. Alex.consi.10.consi.12.lib.4.vide infra, for.libel. pro turba, possessio.uerb.hodie tenet, & possidet. num.6

For.libel.pro turba possess.

Verb.hodie tenet & possidet, num.6.uers.aut sunt locationes facta in tertiam personam &c. Scot. Intellige non habentem causam ab ipso conductore. Rip.l.si aliquam rem.num.42.ff.de acquit.possessio.vide supra for.libell. ad præstatio.&c.num.4.§.recusauit.& recusat.

For.libel.pro hæred.vel singul.re &c.

Verb.& in futurum percipiendis, sub nu.6.uers.& per Bartolo mæum Capo.&c. Scot. Hæc est additio, quia iste fuit ante Cæpolam, qui eum allegat, tit.de seruit. urb.prædio.c.de refect.in hac glos.

Scolia Federici Scoti &c. in Ioan. Ferrar. in reg.iur.Digestorum.

Ad l.1.

Vers quasi causa coniunctio est Scot. causæ coniectio in Pandec.Flor. quid autem sit causæ coniectio, uide Ascon.Pædia.& Gell.lib.5.c.10.

Ch.uers.cum regula solum illud ius quod est constitutum, breuioribus modis comprehendat, enarretque, non ut ex regula ius sumatur, sed ex iure quod est, regula fiat. Scot. Non ius ex regula, sed regula ex iure. sicut ex experientia, non experientia ex arte. uide uersum apud Calep.uerb. experientia. sic ius ex iustitia, non iustitia ex iure.l.1.ubi Baro.ff.de iust.& iu.

Ad l.quiequid calore.48.

Vers.ideoque fallitur Haloander, quando, uox, ineptissimum uerbum, pro uxor, nobis obtrudit. Scot. in meis pandectis Haloandrinis legitur quicquid calore iracundiæ &c. ideoque breui reuersa uxor, nec diuertisse uidetur.

Ad l.semper qui non prohibet.60.

At uerum quando Bart.in l.si is qui pro emptore.ff.de usuc.ratihabitionem iuris potius fictione &c. Scot. Ferrarium dãnat Tiraq.tracta.consang.§.1.glos.10.sub.n.71

Scholia Federici Scoti Iurisconſ. &c. In singul.Ludo.Romani.

38.*ad intellectum &c.* Scot. vide Alciat.lib. Parerg.9. c.19.& in l.2.ff.de si cert.peta.

62. *In emphyteota &c.* Scot. Adde Marsil.sing.548. Corf.in uerb.emphyteosis.

91.*Quaro ate &c.* Scot. Adde Lanfranc.in practi. uerb.interlocutiones, & appellat.nu.23.

Vers.dixi domino meo. Scot. Imolę, infra singul.234.

97. *Tu habes quòd eum &c.uers. & male, more suo.* Scot. Nota morem Angeli esse malè allegare.

262.*Fuit interrogatus D.&c.* Scot. vide decis.Rotæ.

271.*Fui interrogatus hoc mane.* Sc. Late Mars.sing.281.

341.*Testimonium de auditu.* Scot. Marsil.sing.557.

368.*Fundus sterilis.* Scot. Late Marsil.sing.550.

371.*Tabellio dicitur.uers.quo ad secundum &c.* Sco. Marsi. sing.596.

488.*Milites.&c.* Scot. Marsil.sing.556.

490.*Accusatus.* Scot. Marsi.sing.381.

527.*Tu scis quòd &c.uers.sed an hoc procedat &c.* Scot. falsum est, ut per Angel.in tracta.de malef.uerb.che hai adulterato &c..sub.num.65.

556.*si emphyteota uers.sed quiequid dicat habere casum &c.* Scot. vide Cæpol.caute.2.nu.2.

655.*nescio si magister tuus, uers.quod tamen limita.* Scot. vide Marsi.sing.637.

672.*nunc ueniamus, uers.textus est sing.* Scot. Mar.singu. 107.& 283.

Scholia Federici Scoti Iur. Conſ. in singul. Matthesilani.

1.*uers. nota quòd in casibus, siue causis talibus &c.* Scot. Marsil.singul.433.& 624.

4.*Nota quod si testator.uers.& sic de facto pronunciauit &c.* Scot. Andr.Barb.ad Bart.in l.si.ff.de usufr.lega.al legat Pratum de Marsesa.not.5.

20.*Nota bonam practicam, uers.sed hac practica non est ita tuta.* Scot. Ial. reprehendit in l.2. col.3.de iureiur. quia Bart.loquitur in creditorem.

22.*Nota mirabilem modum.* Scot. Late Mars.sing.344.

27.*Nota quòd si promitto &c.uers.quo ad illos centum aureos* Sc.Soc.in l.1.§.si quis ita.2.not.ff.de verb.oblig.

40.*Nota quòd si actor &c.vers.causa ergò practici.* Scot. Latè Marsil.singul.170.

52.*Nota quòd si testator.* Scot.Marsi.singul.215.

54.*Nota quòd iuramentum.*} Scot. Marsil.sing.208.

109.*Nota casum quotidianum.*} Scot. Marsil.singul.248. & ibi, quòd meretrix potest pro debito carcerari, nisi sit maritata.

129.*Nota quod ubi quis. &c.*} Scot. Marsil. sing. 474. vbi limitat in pacto de retrouendendo.

146.*Nota aureum dictum.*} Scot. Marsil.sing.115.

Scholia eiusdem, in singul.Fran.Cremensis.

Scot. Puto hunc Franciscum fuisse Placentinum, quia reperio consi.62. lib. 4. consi. Alex. subscriptum, Franciscus Cremensis de Placentina legũ doctor, ita consuluit. Philelph.lib. vlt. episto. scribit ad Franciscum Cremensem iurisconsultum, an sit hic, cogita.

6.*Tu scis quod quicquid &c. uers. addit tamen ipse quid in concubina, a n præsumatur &c.*} Scot. Alciat.in præsumpt. reg. 3. præsumpt. 26. ubi tenet contrarium, & respondet Baldo, vt ibi per eum.

18.*Habebis millies istud &c.*} Scot. Marsil.singul.691.

23.*Quidam ditißimus: ut puta Cosma de Medicis.*} Scot. Facit pro dicto meo in respons.vlt.lib.vlt.tom.1. Respon.vbi memini prouerbij, Cosmi Medicei diuitię.

31.*Sæpè istud.*} Sco. Marsil. singul.475.

32.*Ecce habebam.*} Scot. Marsil.singul.121.

33.*Lego uxori &c.*} Scot. Marsil.singul.414.

50.*Vidi pulchram disputationem ad mensam Ducis Mediolani &c.*} Scot. vide l.moris. §. parentes. ff. de pœn. & allegatas ibi ll.in gl.

Scholia F. S. in Singul. Antonij Corseti.

Ad proœmium.

Vers. quemadmodum triste est diuiti absque herede &c.} Sco. Bal.in proœm. Decretal.

Verb. exceptio. si statutum tollat.} Scotus Dec. consilio 424.

Verb. Fornicatio. propter simplicem &c. uer. isto modo poßunt &c.} Scot. Felin. quoque dubitat in episcopo in d. c. vt si clerici.

Verb. Ingratitudo. Ingratitudo excludit &c.} Scot. Marsil. singul.416.

Verb. meus licet verbum, meus &c.} Scot. vide Bart.in l. Quintus. §. argentum. de aur.& arg.lega.

Verb. priuilegium. priuilegium principis.} Sco. Roman. singul.388.

Verb pœna. in foro conscientiæ.} Scot. Matthes. singul.23.

Verb. statutum. statutum loquens.} Scot. Marsil. singul. 469.

Verb. testis. duo testes.} Scot. Adde Marsil.singul.611.

Scholia ipsius, in singul. Petri Gerardi de Petra Sancta.

51.*Teneo menti.*} Scot. Marsil singul.534.

67.*Scire debes.*} Scot. Marsil.singul.610.

73 *Pauperes quorum &c.*} Scot. Marsil.singul.619

Scholia ipsius in singul. Amanelli de Claris aquis.

Glos. est, quod executor testamenti.} Scot. vide Alex. consi. 215.lib.6.nu.8. vbi add. sentit Io.Petr. Papiens.in practi. for. libel. quo quis ad redden. ratio. tut. §. an executor. sub nu.11.

Scholia eiusdem, in indicem repet. l. si quando, C. vn. vi. Ploti.

Verb. decretum excludens non contradicentes &c. uers. & ita teneo: sed quia Ias. &c.} Scot. Ita Boss. in practi. criminal. tit.

Verb. decretum, ac crida duplici &c.} Scot. inf. hoc c. ad fi.

Vers. infra annum, ubi fuit contradictum &c.} Scot. sup. hoc c. in prin.

Scot. verb. Nouaria, in primo hominum actu &c.

Vers. praedictus Plancus cognomine Plotus.} Scot. de Ioanne Ploto Comite doctore, & consiliario Caroli quarti Imperatoris, Bart. cons.5.d. tom. 1. consilior. criminal. diuerso.

Scholia eiusdem, in Repet. d. l.

Sub num. 311. ad fin. uersi. & sodomitarum bona confiscentur.} Scot. Hoc reprobat ipsemet Plot. in consi. 132. posito inter cons. crimin. diuers. tom.1.

Sub nu. 837. uersi. pro lege auctoritas Marci Tullij &c.} Sco. inf. sub nu. 869.

Sub num. 869. uers. hæc nota pro intellectu &c. & pro interpretatione M. T. Cic.} Scot. sup. sub nu.837.

Scholia Fed. Scoti I. C. &c. In Conclusio. Iacobi Philippi Portij Forocornel. seu Imol.

Conclus. 2. lib. 2. versic. contrarium, quod non firmatur &c.} Scot. Alciat. d. c. cum contingat, nu. 300.

Conclus. 15. d. l. 2. versi. contrarium sentit Angel.} Sco. vide Alciat. tom.3. responso. lib.9. resp.55. num.15. & 20. & 21. pro cuius verbis, seu ratione facit 19. conclus. inf.

Conclus. 39. versi. tertiò limita &c prout voluerint.} Scot. Idem quicquid eis placuerit, Cæph. consi. 253. num.7. lib. 2. vbi inter cæteros allegat Ruin. cont eod. lib. consi. 123. col. 1. lib. 2. Qui tamen contrarium volui eod. lib. consi. 137. nu.7. & consi. 147. col. pen.

Vers. septimo limita, nisi dictum sit, quòd diuidentes &c.} Sc. Ruin. consi. 137. libro 2. quem reprehendo in respon. quod nũc conficio: quod erit 3. li.9. tom.2.

Scholia Fe. Sc. I. C. &c. In Reperto. Bartol. Capoll. super tit. &c.

Verb. cautela pro libellante &c. ne ad &c.} Sco. Malè concipitur hæc rubrica; debet igitur concipi sic, cautela pro libellante, vt ibi reus ad &c.

De

De seruit. urba. pradio.

Ad c. 19.

Sub nume. 5. uersi. Idem tenuit Aat de Butr. } Scot. contra Crauet. in prin. tracta. de antiq. tempo. Nam allegat Butr. pro prima opinione de 40. annis.

Ad c. 24.

Colum. 3. uersi. Internalla annorum, uel mensium. } Scot. vel hebdomadarum, gloss. vlt. l. si sic. inf. alleg.

Ad c. 40.

Col 2. ver. ego autem teneo contrarium &c. per tex. iunc. glo. in l. 1. &c. } Scot. Melius probat. l. si propius. ff. de mort. infer. in princ. & § 1.

De seruit. rustic. pradio.

Ad c. 3.

Nu. 47. uersi. quaero. 25. } Scot. vide Corset. singul. munitio aggerum.

Ad c. 1.

Nu. 5?. uersic. incommoditas uicini dicitur &c. } Scot. facit inf. nu. 61.

Nu. 61. uer. sed circa prędicta &c. } Scot. facit sup. nu. 50.

Nu. 62. uersi. Item iuxta predicta &c. } Scot. inf. sub numero 113.

Sub nu. 113. uersic. uerumtamen nouum canalem. } Scot. sup. nu. 62.

Add uerb. Alueum. Alueus fluminis &c. } Scot. sup. lit. m.

Ad c. 22.

Col. 9. uers. non sic in emphyteota, qui habet plus iuris &c. } Scot. Melius probat l. si. ff. arbo. furt. caesa.

Ad c. 34.

Sub num. 4. vers. & postea in breue tempus, uel longum &c. } Scot. vel longum contra Bart. de alueo. glo. verb. sed vix est, dum loquitur de pręscriptione fluminis.

Scholia ipsius ad Bar. Capoll.

De simul. contract.

Ad praesumpt. 2.

Col. pen. ver. item amitteret etiam illud ius &c. } Scot. vide Dec. in l. bonae fidei. C. de pact. vbi allegat Barbat. contra id, quod hic habetur.

Ad praesumpt. 7.

Sub num. vlt. Vers. quod tamen intellige, nisi expressè &c. } Sco. idem infra. 26. praesumpt. col. 6. Adde Bauer. tract. de uirtu. iura. nu. 116. vide secundas allegatio. Castelio. post singul. Cremen.

Ad. 6. casum. princip.

Sub nu. 105. vers. ex quo videtur concludendum, quòd saltem tres praesumptiones &c. } Scot. Ias. l. 2. sub. nu. 7. C. de iudic.

Scholia Fed. Sc. I. C. &c. Ad Bart. Capoll. In Librum Sextum Cod.

De seruis fugit. Tit. 1.

Ad Auth. sed nouo iure.

Nu. 52. vers. quaero decimo, & vltimo pro declaratio ne &c. } Scot. vide Di. Iac. in uarijs resoluit. lib. 2. c. 9. vbi dicit Gellium scribere, quòd apud Romanos fur. efficiebatur seruus illius, cui furto rē subtraxerat.

Sub nu. 92. ver. & nunc communis est opinio &c. Scot. Contra tenet infra. uers. sed ego.

Scholia in cautelas eiusdem.

Ad cautel. 1.

Sco. Pater non tenetur reuelare coniurationem filij; Dec. ca. quia quaesitum, col. 4. de offic. delega. Limita hanc cautel. in offerente filium, qui laesit ipsum patrem, arg. cap. 21. Deutero. facit ad hanc cautelam quod potuit Conna. lib. 2. Commenta. iur. ciuil. c. 13. de Tatio, & Augusto. Vide Franc. Bald. in 17. l. Romu. & in consi. de no. iu. ciuil. demonstra. & omnino Fusc. lit. f. sing. 121. vbi quòd periculosa, nec practicanda. Facit l. nequicquā. § 2. ff. de offic. procons. vers. comminari etiam, & tenere filium a patre oblatum. Idem quod in hac cautel. de filio praesentante patrem, Angel. in l. si adulterium. § libertus. ff. de adult. Facit l. de minore. § 1. ff. de quaestio.

Ad cautel. 2.

Sub nu. 11. ver. hodie decuriones dicuntur cōsiliarij ciuitatis. } Scot Marant. in Spec. aur. de appella. nu. 378. & appellat primates, & priores.

Ad cautel. 5.

Col. pen. vers. ex quibus textibus videtur &c. Scot. vide Augusti. ad Angel. tracta. de malefic. versi. dicto maleficio semper astint, nu. 6.

Ad cautel. 32.

Colum. pen. ver. & per Aug. de Aret. Iustit. &c. } Sco. Nota Caepol. recentiorem Angelo Arretino.

Ad cautel. 46.

Vers. vbi vide. } Scot. vide omnino Ferrat. caute. 38.

Ad cautel. 68.

Col. 2. vers. quod singulariter limitat Bald. &c. } Scot. In casu huius limitationis videtur obesse talis citatio: quia potest appellare, quod aliàs non posset. Obest etiam in alio: quia non potest sic citatus multari, vt contumax, si non compareat. Ias. l. libertus a patrono. ff. de in ius vocan.

Ad cautel. 84.

Scot. Malè concipitur Rubrica huius cautelae, cautela pro libellante ne ad expensas &c. Debet enim sic concipi, cautela pro libellante, vt reus sibi ad expensas &c.

Ad cautel. 88.

Scot. Vide Roland. à Valle, cons. 36.

Ad cautel. 95.

Vers. sed dicas quòd transit in infinitum vsque ad centesimum gradum, & vltra &c. } Scot. Idem de illustribus Comitibus, & Baronibus Dec. l. certū. C. vnde agna.

Ad cautel. 97.

Vers. & ita solebat allegare illam glo. &c. } Scot. Nota Florianum de Bono. fuisse doctorem Caepolae.

Ad cautel. 155.

Scot. Repetitur. inf. nu. 85.

Vers. dicit se ita obseruasse in curia Romana, dum defenderet coram summo Pontifice &c. } Scot. Alber. ergò aduocauit in curia Romana.

Ad cautel. 157.

Scot. vide Bald.in l.hac edictali.nu.19. C. de secun. nupt.vbi addidi.

Ad cautel. 185.

Scot. Sup. nu.155.

Ad cautel. 198.

Col. 1.uers.sed D.Rogerius glossator dum Placentia cathedram regeret &c. Scot. Rogerius Glossator Placentiæ cathedram rexit. Antonius Nicellus Placentinus composuit tracta. de concordia Glossarum in studio Placentino,vt in præfatio.dicti tracta.

Scholia Fed. Sc. I.C. &c. In cautelas Ferratij, acriter vituperati a Marsil. cons. 51. & seq. vol.2.

Ad cautel. 4.

Col.3.uers.& in §.alia &c. Scot. Sub §.sed istæ.

Ad cautel. 10.

Scot. videtur hæc cautela parum utilis, per not. per Felin.ca. placuit, in.alleg.uers.considera tamen, quòd si secularis iudex videns &c.

Ad cautel. 41.

Scot. Hanc cautelam reprobat Neuiz. in sylu.nupt. ch.11.in antiq.col.1.

Scholia Fed. Sc. I.C. &c. In consil. Marsil. Tom. 1.

Ad cons. 7.

Nu.8 uers.in maleficijs inspicitur euentus, & nõ intentio &c. Scot. Contrarium inf.nu.19.

Num. 19 uers.ille qui accessit ad aliquem &c. Scot. Supr. num.8.contrarium.

Ad cons. 15.

Sub num.4.uers.ut forte est casus iste. Scot. Miror per tradita per eum infr.cons.22.nu.13.& seqq.

Ad cons. 19.

Col.9 uers.& hanc doctrinam dominorum &c. Scot. Per hanc videtur confundi, quod dixit Alex. consil. 121.col.4.lib.1.

Ad cons. 22.

Num. 13.uers.quia respondeo, quòd imò &c. Scot. vide Brun.tract.de indic.sub nu. 18.& nu.seq.

Nu. 19. uers.dico quòd unus fur non potest interrogari &c. Scot. vacillauit supr.cons.15.sub nu.4.& pessimè.

Sub num. 25. uers. testis qui non debet contra aliquem etc. Scot. vide add.Felin.in c.in literis,de testib.

Vers.non obstat illud,quòd ipsa Bertholomea fuerit admissa:quia dico, quòd hoc fuit factum etc. Scot. Melius respondisset, quòd etiam marito consentiente non potuit testificari,ut sup. Deinde dato (sine tamen veri præiudicio) quòd potuerit, quòd imo hoc fuit factum &c.

Ad cons. 33.

Sub num. 15. uers.ex qua ratione, & doctrina non esset forte ponere etc. Sco.In contrarium facit:quia statur etiã iuramẽto de iure communi in multis casibus,vt in tit.de iureiur.per delationem,vel relationem.Præterea in furto tractatur etiam de pœna,quæ comitatur furtum etiam corporalis. Sed in hoc statuto de directo tractatur de interesse pecuniario. Facit quod dicitur, statutum puniens pecuniariter vnum pro alio ualere:secus puniens corporaliter, vt alibi dixi.

Ad cons. 69.

Scot. Legitur etiam sup.cons.34.

Ad cons. 74.

Col. 10.uers.huic dicto respondeo,& dico fore diligenter &c. Scot.Hoc videtur ineptum,nisi quoad puniendũ. Nam quoad procedendũ sufficit materia delicti.

Scholia eiusdem, in Decisio. Neapol. Afflict. cum additio.Grammat.

Scot. Grammat.consil.16.in fin.facit mentionem de ingressu Afflicti in consilium Neapol.

Ad Decis. 1.

Prima die, qua feci ingressum etc. Scot. vide Corasl.libr. epist. q.c.27. Iuuen. Satyr. 6.est in consilia materna &c. Nizoll.in obseruatio.in Cic.uerb.ut.col.2. & 4.in fi. Pro vtroque Raud.in resp.un.de success. regni Portugal.sub nu.99.

Nu.2.Digniores debent incipere etc. Scot. vide tex.singu. in ca. 1. de controuers.feud. etiam pater.Add.ad Abb.c.quoniam frequenter.col.antepen.vt lit.nõ contest.Roma.singu.81.Cic. vt quisque ætate antecedebat &c.Nizoll.verb. ordo. Apud Homerũ lib. 21.Iliad. iunior pugnã incipit.Cacher.Osasc. in procem.decisio. Pedemon.

Ad Decis. 11.

Vers. quia æquitas, d. l. si institutæ, vendicat sibi locum &c. Scot. Per iura quę allegat pręcedens decisio,uers. licet tex.&c. Dictum Rotæ sustinetur, sed non per hunc §.de inofficioso.

Ad Decis. 13.

Vers.uerisimile est, quòd de satisfactione &c. & propter saccomanum &c. Scot. Facit Cicer.in oratio.pro Arch. poe.uers.hic tabulas &c.

Ad Decis. 28.

Col. 2.uers.quia probatum per I.& A.& illi nihil dicunt &c. Scot. Secus si dicerent se nihil scire:quia tunc legeretur error iudicis oculo corporeo.

Ad Decis. 139.

Col.2.uers.uidetur dicendum quòd sic,per tex. Scot.Firmat de clausula constituti, & de propria autoritate ingrediendo,Paul.Castrens. cons. 10.si vera sunt, in prin. lib.1.& ibi appellat possessionem cõstituariã fictam possessionem,licet Doctor.in l.quod meo. de acq.poss.dicant modum esse fictum. & possessionem ueram.

Versi.possint stare per. 10.dies,& non plus. Sco.simllis mos prætorum Romã.Alex.ab Alex.lib.2.cap.15.die. Genial.

Ad statu. 55.

De hoc statuto vide Mar.Anguis.cons. 46.

Ad statu. 56.

Versi.porta Gaimerti. Scot.Propè sanctam Mariam de Gallinerti. Vocatur nunc porta Fodestę.

Ad statu. 64.

Versi. vel ad domum eius solita &c. Scot. & sic electio datur citanti ex hoc statuto. Nam de iure commu ni prius esset citandus personaliter,si posset, deinde ad domum,si non reperiretur. Vide Orian. & add.ad eum in c.quoniam cõtra.verb.citationes, col.2.de proba.Abb. consi. 42. in 2. An conquiri ante debeat,habes per Tiraq.de retract.consang. §.9.glo.2.nu.50.

Ad statu.70.

Rubri. de taxatio. sala. tubat. Scot. Hæc rubr. debet esse ad statutum sequens.Hic autem debet esse rubric. de termino apposito ad scribendum cridas.

Ad statu. 71.

Rubric. de termin. appos. ad scriben. cridas. Scot. Hæc rubr.

KK

rubr. debet esse ad statutum præcedens. Hic autem debet esse Rubr. de solutio, salario, tubato.

Ad statu. 73.

Versi. fiat potestas Bobij. } Scot. Not. Bobium sub Placentia. Et scias Bobium fuisse conditum a Placentinis.

Ad statu. 74.

Scot. Not. iurisdictionem collegij mercatorum esse in pertinentibus ad mercaturam tantùm.

In Librum secundum Statut. Placent.

Ad statu. 1.

Versi. saluo iure impertinentium tempore disputationis diffinitiua sententia, & non admittendorum. } Scot. vide inf. statu. seq. versi. Hoc videlicet intellecto. Castrens. lege, si duo, §. Idem Iulianus, ad fin. ff. de iureiuran.

Versi. in omni vero casu &c. qua est a 40. solidis infra, possit iudex &c. } Scot. in hoc videtur statutum voluisse credi iudici. Felyn. in ca. quoniam contra, num. 2. de proba. vide tamen ibi.

Versi. & quia supra dies vtiles saepius nominantur &c. } Scot. Hic habes qui sint dies vtiles apud nos.

Ad statu. 2.

Versi. nomen actionis in libello nemo exprimere teneatur. } Scot. Pract. Papiens. ponit causam finalem talis statuti in libello ad præstatio. ficti, & rei relaxatio. verb. Florenos, nu. 2 1. Maran. in Specu. aur. 6. par. de ordi. iudic. de senten. nu. 69.

Versi. die ipsius legitimationis computata sit, & intelligatur facta litis contestatio &c. } Scot. Inst. iur. cano. de iudicijs. M. Antonij Cuchi.

Versi. soluat pro pœna duos &c. } Scot. Istius pœnæ, & satisdationis, seu idoneæ cautionis pro ista pœna, nulla mentio in decreto de litibus abbreuian. sed tantùm de expensis, damnis, & interesse.

Versi. alioquin appellationi (ita enim legendũ) renũciasse &c. } Scot. Excusarem pauperem non valentem dare cautionem, arg. Cremens. not. 1 3 1. statuto cauetur. vide addit. ad Specul. §. nunc breuiter. colum. prima, de appellat. Staphil. tractat. de lit. & grat. par. secunda, quæ est super commissi. & literis iustit. uersi. dicendum est, num. 34. & num. 45.

Ad statu. 3.

Versicul. quo tempore. 10. dierum elapso, amplius non possit quis &c. } Scot. vide decret. inf. de litib. abbreui. & Alex. consi. 2 2 5. lib. 6. Castrens. consi. 2 88. num. 2. par. 1 Ruin. consi. 2 6. & seq. li. 5. Alciat. in l. alienationis. nu. 8. ff. de verb. sig. Hoc termino statutario elapso, non potest dici de nullitate etiam notoria. Alex. cons. 1 6 5. lib. 5. cons. 2 2 2. lib. 6. quicquid sit de statuto excludente omnes exceptiones etiam notorias, nullitates, & alias quascunque, nec contra hoc statut. habent locum quæ ponit Francus, in c. dilecto. q. 5 4. de appell. quia loquitur hoc statu. & de via agendi, & de via excipiendi; cum appellatione, & de via agendi, & de via excipiendi principa liter, vt hic patet.

Ad statu. 5.

Versi quòd sententia non possit dici &c. } Sco. Est odiosum. Alexand. consi. 96. ad fin. lib. 2. Vide infrà ad decret. quòd nulla sententia crimin. &c.

Versi. per eum, qui eam dixerit &c. } Scot. secus per tertiũ in appellatione, vt etiam per Alexã. consi. 1 8 5. in fi. lib. 5. per c. super eo, de offic. delega. in fin. & in nullitate, vt innuit hoc statutum à sensu contrario.

Ad statu. 13.

Versi. tres boni viri, qui eorum &c. } Scot. Isti autem æstimant inspecta qualitate bonorum, & quantitate redituum. Bart. in l. 2. col. pen. & in l. si quos. C. de rescind. vend.

Ad statu. 14.

Scot. vide inf. de modo proceden. in cau. summan. versi. qui iudex habito &c.

Ad statu. 16.

Non. .... iste modus interrogandi, ... in contradictorio obtentum fuit coram D. Roberto Monaldo auditore, & consiliario Ducali. .... Maij rog. per Lazarum Cremascum, & collegas.

Versi. omnibus iuris remedijs. } Scot. Licet his verbis videatur, quòd iudex possit comminari pœnam cõfessi, nihilominus ex stylo, & practica Placent. ab anno 1 5 6 3. retrò, seruata in foro, huic statuto data est interpretatio, quòd procedatur per pœnas, & mulctas, vt in contradictorio declaratum fuit, etiam prius acceptis, & collectis votis practicantium a D. Paulo Bergontio Parmense auditore, & consiliario Ducali, in vna causa vertente inter Io. Iacobum Scalionum appellatum Bobbani, & Iosephum Zoppum eius sororium. Apparet ex actis rogatis per Io. Amizonum, Franciscum Guarinũ, & collegas die 2 1. Octobris 1563.

Versi. prout, & quando fuerit requisitus &c. } Scot. limitahoc statut. nisi interrogatus habeat exceptionem impedientem litis ingressum: quia tunc non tenetur respondere: vt per Fely. in c. exceptionem. nu. 43. de exceptio.

Ad statu. 18.

Versi. lege, vel consuetudine aliqua non obstante. Scot. obstat in taxatio. nota. rubr. de legato edendo, vbi innuitur edi partem, prout de iure communi fit. Sed hic loquitur de vtente in iudicio: ibi, de notario edente. tamen in consequẽtiam videtur hic corrigi illud de legato.

Ad statu. 19.

Scot. Quis tenetur consulere in causa, vel in puncto sibi commisso. glos. in l. in sacris. C. de proxim. sacro. scrin. Bald. in §. prætium, Instit. de emption. & vendit.

Versi. consilium sapientis. } Scot. non potest peti consilium sapientis post conclusum in causa. Bald. in cap. pastoralis. colum. secunda, de caus. possess. & proprieta.

Versi. suis expensis sibi dari &c. } Scot. De iure communibus, vt per Boer. in decis. q. 303.

Versi. quantumcunque dicat partem, seu partes habuisse infiam &c. } Scot. vide infrà statu. sub rubr. quod victus victori intell. condemna. in expens.

Ad statu. 20.

Versi. nec possint dare om nes de collegio suspectos. Scot. vide Iason in l. apertissimi, numero decimo. C. de iudic. Mant. apoph. 363. quod potest de iure. vide Bald capit. 1. de iudic. & l. hoc modo. de condition. & demonstr.

demonstrat. Bartol. tracta. de consil. haben. colu. prima, volumin. Secundo. tractat. Capyc. decision. 138.

Ad statu. 21.

Scot. l. nec quicquam. §. aduo catos, ff. de offic. procons. & legati.

Ad statu. 23.

Scot. De iure quid habeat probare creditor volens agere hypothecaria aduersus possessorem, vide Raph. Comens. consi. 105. debitor constitutus.

Ad statu. 26.

Scot. statut. hoc operatur, vt iusta causa litigandi non excuset; quæ aliàs excu saret. add. ad Lanfranc. c. quoniam contra, verb. expensæ, de probat. Item o peratur, vt iudex, qui in sententia non reseruauit sibi condemnationem in expēsis, adhuc possit fer re sententiam super expensis. Abb. c. 1. de plus pe titio. col. 4. licet de iure cōi non posset, l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. quamuis in primo dicto cō trarium teneat Ias. l. si. §. in computatione. ad fi. C. de iur. deliber. vide Bart. & add. in l. non solum, ff. de re iud. consuluerat Pau. Castren. stante statuto, q victus victori semper in expensis condemnetur, non intelligi si habuerit iustam causam litigandi, consi. 16. si ponderantur. col. fin. lib. 1. vbi dicit esse iniquum, si hoc exprimat, nec valere. Crauet. cōsi. 3. sub num. 22. Alciat. l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. oblig. vide Marsil. singul. 207. clausula, victum victori condēnamus, pro rata victoriæ intelli gitur, vt per Alciat. respon. 399. seu tom. 2. lib. 6. re sponf. 45. litis vertentis. Possunt autem peti vsque ad triginta annos. Borgni. decis. 16. num. 19. vide Marsil. consi. 19. num. 1. & 2. lib. Matth. Matthesi. not. 84.

Versi. ipso iure sit. } Scot. Vide Marsil. singul. 545. vbi di cit, absolutionem ab expensis non valere, nisi exprimatur causa: quam sentit nō sufficere exprimi in abstracto, vt quia dictum sit, quia habuit iustam causam litigandi: sed exprimi debere in concreto, vt quia dicatur, quia habuit iustam causam litigandi, ex eo quod &c. Roland. a Valle q. 26. num. 17. tract. de lucro dot. scribit, ne aliquis graue dam num patiatur, debere hoc statu. intelligi, nisi habuerit iustam causam litigandi. Sed violantur verba clara statuti.

Versi. nec possit iudex causa &c. } Sco. vide supra statu. sub rubr. de grauami. & petitio. consi. sapien. & c. uersi. a quibus expensis non possit &c. quantumcunque dicat partem, seu partes &c.

Versi. non obstante quòd dixerit &c. } Scot. hic derogat expresse iuri communi, sicut in statu. de grauam. in. & petit. consi. sapient. & c. uersi. a quibus expensis nō possit &c. Intelligo autem, quòd statu. hoc suprà præalleg. de grauami. & petitio. consi. sapient. & c. voluerit non stari dicto iudicis, seu sapiētis assumpti super grauamine, dicentis, partem, vel partes habuisse iustam causam litigandi: sed articulū cōmitti, & per nouum iudicem, vel sapientem declarari super veritate iustæ, vel non iustæ cāæ litigandi vel dic, dicta statuta odio litiū, & ad deterrendos hoīes a litigando, fingere non subfuisse iustā causam litigandi: aliàs cogor dicere cum Paulo Castrensi, non valere talia statuta.

Ad statu. 27.

Versi. nisi præstita idonea securitate &c. de re saxita &c. } Scot. De iure datur de reseruanda, & non baratāda, & restituenda, sine aliqua procrastinatione. Bar. l. litibus. C. de agric. & censit. lib. 10. Mantua apoptheg. 392.

Versi de quibuscunque fructibus existentibus in campis, siue sint pendentes, siue non pendentes penes eosdem &c. } Scot. An hoc procedat de iure cōmuni, vide add. ad Bar. in l. interesse, ff. de acq. possess.

Versi. & totum, id quod eidem tempore saximenti dare tenebatur quauis occasione. } Scot. videtur hoc statutum per hec, & ista, corrigere Auth. sed iam cautum. C. de. pos. vide etiam infrà lib. 3. sub rubr. de deposito ante termi. non peten. & sup. lib. 1. sub rubr. quali. cur. debe. face. citatio. & saximen. refer.

Ad statu. 32.

Versi. alicuius rei communis. } Scot. Intellige, & communi ter possessæ. Aliàs non haberet locum hoc statutum, vt decidit Bar. in l. fi. ff. pro dot.

Ad statu. 35.

Versi. infrà decem dies vtiles a die sententiæ numerandos. } Scot. vide statu. antepen. inf. eo. li. & inf. int. decreta, & decretum Ducis Io. Galeaz. conditum anno 1489. die 8. Nouembr. quod habetur in archiuio Magnificæ Communit.

Versi. quòd tunc sententia non possit reduci &c. } Scot. Vide Soci. iun. consi. 15. & 16. & add. par. 1. Dec. c. ad hæc, 2. nu. 3. de appella. & consi. 39. 60. 111. 193. in prin. uersi. & cum isto casu.

Ad statu. 39.

Scot. Vide Prob. de not. Roman. char. 22. ubi de decem. Nouæ constitutiones Alexādri Farnesij Principis nostri, & filij Ducis Octauij, reduxerunt ad septem testes.

Ad statu. 44.

Scot. Fallit statu. quando examen est nullum, sicut fal lit lex. a fin. in semit. rect. iudic. conclus. 38. & aduerte, quòd publicatis attestationibus in causa principali, adhuc in causa appellationis possunt recipi testes super eisdem capitulis, super quibus fuerunt publicati testes in causa principali. Bar. in §. quoniam uero, in Auth. de testi.

Ad statu. 46.

Scot. vide inf. chiar. 34. decreto.

Vers. de quastionibus mercedum. } Scot. vide pulchrè Maran. in Specul. aur. nona distinct. princip. iudic. numero 8 c.

Versi. ibi, & potest. } Scot. Intellige de futuro. Aret. consilio 97. Ferrar. l. cum ij. sub numero octauo. ff. de transact.

Verb. victualium. } Scot. Hæc dictio habetur in c. si episcopus, de offic. ordin. in 6. capitul. primo, secundo, tertio. de censi. in 6. Victualis sumptus, idest, factus ob uictum, in lege fina. C. de postlim. reuer. Victualis substantia, in lege. vlt. C. de custod. reo. in Cod. Theodos. & lege, iudices. C. de episcop. audien. Victualium rerum, l. præsenti. C. de ijs qui ad eccles. confug. vtitur Alciat. in l. præsidis, ff. fi cert. peta.

Ad statu. 50.

Versi. deposito salario. } Scot. per utramque, vtraque instante,

ftante,per alteram altera inftante,ut fup. de graua mi.& petit.confil.fap.&c.

Ad ftatu. 5 1.

Verfi. nec ob dictam contumaciam pronunciare valeat, vel habere &c. Scot.tollit pœnas iure comminatas non iuranti. Specu.de iura.calumn.§.eft autem.Ferrat. caut.12.Pract.Papienf.in for.libel.in actio.negat. verb.per facramentum.

Ad ftat. 52.

Scot. vide inf.int.decret.ch.7.

Verfi.poffit,& debeat ad poftulationem partis &c.deferre facramentum parti aduerfa. Scot.Hoc intelligi debet nulla fubfiftente coniectura,præfumptione, probatione,vt addat iuri communi, fecundum quod nõ eft locus iuramento,nifi aliqua coniectura vel præfumptio fit pro deferente. Doct. in l.manifefte.ff. de iureiur.

Ad ftatu. 56.

Verfi. & non fuppofita iurifdictioni poteftatis Placentiæ. Scot. aliàs non dicitur forenfis ortus ex diuerfa terra,quando ambæ funt fub eodem domino immediatè.Neuiz.in fyl.nupt.char.86.col.1.

Verf.idoneam fecuritatem laicam perfonam &c. Scot. Nifi poffideat immobilia in iurifdictione.

Verfi.fi hoc per eum,quem conuenire vult &c. Scot. & bene.Alias enim non tenetur offerre fatifdationem. l.diuerfum,§.1.ff.quo.lega.vbi eft tex.pro ftatutis, vt fatifdetur : quod intelligendum fit hoc, fi petatur.Facit l.4.§.hoc autem iudicium.vbi Doct.ff.de damn.infec.

Ad ftatu. 57.

Scot.vide decre.inf.ch.20.Decreto.Adde, quòd ftatuta communiter hoc prouident : quia arbitria nõ habent de iure communi executionem.Bartol.l.fi focietatem.§.arbitrorum.col.3.ff.pro foc.Doct.c. Quintauallis.de iureiur.Salyc.l.cum antea. C. de arbit.Imo.l.fi conuenerit.de re iud.Alex.conf.83. in prin.lib.5.

Scholia ad lib. 3. Statutor. Placent.

Ad ftatut. 1.

Scot. valet hoc ftatutum. eft tamen odiofum, quia contra ius ciuile,diuinum,& canonicum.Ripa in l. filiusf.num.79.ff.de leg.1.Non comprehendit mulierem nuptam extra territorium.Fely. in proœm. Grego.nu.41.Vide inf.ch.93.ftatu.incip.item quilibet &c.decret.inf.ch.30.a tergo,& ch.22. vbi licet dare, & accipere in folutum pro debito, dum tamen alienetur fubdito infra annum. De huiufmodi ftatuto late Curt.fen.confi.27.incip.D. Hugutio. & an debeatur æftimatio ex vltima voluntate,de qua loquitur decret.inf.ch.30.a tergo : licet hoc ftatutum loquatur de contractu tantùm.Vide Plot.int.conff.crimin.diuerf.Docto. volu.1.confi. 108.Fallit hoc ftatut.ob fingulare meritum perfonæ forenfis:vt per Tiraq.in tract.de pæn. temper. aut remitt.cauf.49.fub nu.9.vbi allegat Bald. con filio 58. item prouiderunt, & ordinauerunt, libro fecundo.

Verfi. non teneant ipfo iure. Scot. Non habet locum in alienationibus in ecclefias factis.Ioan. Andr. c.fi. de immunit.ecclef.lib.6.in nouel. Alexan. confil. 211.colum.2.lib.2.Vide fuprafcript.decret.dicta char.30.a tergo,ad fin.&in prin.fequen.vbi princeps declarat ex occafione quadam, dictum decretum non procedere in ecclefijs.

Ad ftatu. 4.

Scot. Nota quòd emphyteota non poteft appellare a fententia, qua condemnatur ad foluendum canonem.Bal.in l.agri.in addit.ff.fi ag. vectig.

Ad ftatu. 5.

Verfi. & ob ipfam caufam tota res accepta fuerit pro aperta &c. Sco. prout eft de iure.Pract.Papien.in for. libel. qno agitur ad d. præftatio. & rei relaxatio. verfi. fictum.nu.6.& ibi alleg.

Ad ftatu. 6.

Scot. Non habet locum in clericis conuenientibus, vel conuentis, cap.ecclefia. de conftit. fimilia per Alexan.confi.210.lib.2.Socin.confi.57.in fin.li.3. nifi appareat ipfos conuentos vfos effe beneficio huius ftatuti:vt habetur in dict. conf.Tamen quid feruetur in bonis emphyteuticis per laicum ab ecclefia receptis, Ancharan.confi.125.Caftrenf. conf.49.lib.2.Alex.conf.9.col.2.lib. 5.& confilio 27.num.5.lib.6.vbi Mod.& aduerte, quòd fuprà proxi.ftatu.4.loquitur etiam in ecclefia.

Ad ftatu. 10.

Scot.vide in fimili Fulgof.conf.2.

Verfi.in dotem dare. Scot.Nota etiam dationem in dotem prohiberi.

Verf.in alium transferre. Scot. quo verb. aliàs videtur contineri locatio ad modicum tempus. text. eft fingul.in lege.fina.C.de bon.autor. iud. poffiden. Caftell. ad Alberic. in Dictionar. uerb. locatio. Nam de locatione ad non modicum tempus nemo dubitat,quin fit alienatio. Alberic. in Dictionar.uerb.locatio, & hic. Tamen vide Iafon.lege final.C.de iur. emphyt. numero 12. & confidera,quòd locatio non confiftit in re propria. Non videtur ergò requirendus domini confenfus, an velit conducere. Item confidera, ftatutum debere intelligi, vt addat iuri communi, l. fi quando.ff. de legat. primo. Si ergò intelligatur de locatione fimplici,effet fuperfluum, quia hæc conceffa eft fibi.vnde videretur per tale ftatutum con ceffa ad non modicum tempus locatio, cum etiã concedat in emphyteufim dationem.

Verfi.fecerit domini. Scot. Lege, fecerit cum confenfu domini.

Verfi. dum tamen in honorem Dei introducto. Scot.Legendum, vel, dum tamen in honorem Dei non introducto, vel, non tamen in honorem Dei introducto.

Ad ftatu. 11.

Verfi.vel curator bonorum emphyteota. Scot.etiam quondam,& fic mortui : vt ex ftatuto pofito fuprà fub rubric.de curato.dando bonis,verb. hæres. corrigit autem hoc ftatutum ius commune quãtum ad laudemium,quod inf.conftituit,verf.de omni con firmatione &c. & fic etiam iudiciali, vt hic, verb. iudex. Nam laudemium non datur de iure ciuili, cũ iudex dat in folutum.Iaf.l.fi.num.113.C.de iur. emphy.& fic de alienatione neceffaria.Item corrigit

rigit quantum ad quantitatem laudemij, quæ de iure cõmuni est de quinquagesima, idest, de duobus pro centenario, d.l. fina. per hoc autem statutum, est de duobus cum dimidio pro centenario. De simili statut. loquitur Aret. in consilio 41. in fi. Audiui autem hoc statutum non esse in vsu. & certè etiam ecclesiæ exigunt quinque pro centenario. Et multæ iniustitiæ patrantur per dominos quandoque plus debito laudemio, quandoque totum indebitum laudemium extorquentes: contra quos nescio quare non exclamem, vt stentora vincere possim, vel quantũ Gradiuus Homericus.

Ad statu. 12.

Scot. Facit Bar. l. 1. C. de metall. li. 11. ubi quòd colonus volens vendere fructus, tenetur præferre dominum pro iusto pretio. vide Tiraq. tracta. de Retrac. consang. gl. 18. in prin.

Ad statu. 17.

Scot. Pœnæ deuastationis domus meminit Dy. c. 3. & in char. peu. stat. sub rubr. de domibus non deuastan. Vide de pace iuram. firman. §. receptatoribus, & Duaren. in disputatio. anniuers.

Ad statu. 19.

Scot. An filius possit contrahere sine consensu patris pro eo redimendo. Bal. cons. 25. 2. par. Hoc statutum non comprehendit filiamfamilias. Bulg. cõs. 75. col. 3. in prin. Tiraq. de Retrac. §. 1. glo. 9. num. 19. Hoc statutum non impedit effectum statuti, & decreti de compromiss. tamquam specialium. Vide add. ad Bar. l. qu. esitum, §. si quis fundum. ff. de fund. instruc. An pater fideiubens pro filio videatur consentire in terminis huius statuti, vide Bald. in l. exceptionem. in fi. C. de euictio.

Versi. in aliquo non valeat in præiudicium, & damnum ipsius filiifamilias. Scot. Debet intelligi, si filiusfamilias hoc dicit. Nam contrahens cum eo non posset hoc dicere; arg. l. si quis pupillo, ff. de actio. empt. Facit. l. si iudex circumuento, cum ibi not. de minor. ut per Socin. in simili, consi. 87. sub nu. 10. præterea hic dicere, lib. 1. Facit Ias. Auth. sacramenta puberum, in prin. versi. & hoc si pupill. &c. C. si aduersus vendit. Craucet. cons. pen. col. 3. lib. 1.

Ad statu. 20.

Scot. vide de hoc statuto Alex. consi. 228. col. 2. uers. accedit in super. lib. 6. & in fi. consilij dic. ex falsa informatione esse hæc verba in hoc statuto, quòd ille qui promisit vendere, agere possit, ipse, & suus hæres etiam post triginta annos quandocunque ad vendendum. Adde Barbat. consi. 51. vol. 1. de hoc statuto. Tamen credo, quòd Alex. voluerit adducere verba posita inf. in statuto de præscrip. trigin. anno. uersi. & quòd ille &c. Ias. cons. 216. 2. uolu. ubi, quòd non habet locum in contractu iurato. Vide etiam Mar. Anguis. cons. 116. vbi quòd non intelligitur de re habente speciales fauores, puta dotali, feudali &c.

Vers. vt supra dicitur. Scot. idest, vel qui tenetur, seu habens causam ab eo, nisi dicas, promissoris, & hæredis tantùm puniri infidelitatem, arg. Auth. contra qui propriã. C. de non num. pecu. cum sim. non et eius qui aliter tenetur, vel habentis causam: qui qui non ita peccant. ca. odio, de reg. iur. in 6. cum simil.

Ad statu. 22.

Versi. vel alterius persona. Scot. & mortuæ, quia repetit viuẽte marito. Quod aũt subdit, post mortẽ, subaudias mariti. Genitiui autem, ipsius viri, & aliorum, referuntur ad verba, in bonis, non autem ad verba post mortem.

Ad statu. 25.

Scot. An habeat locum in debito petito in iudicio, a quo deinde cessatũ fit per trig. annos? Et vt quòd non, per tex. in l. si. C. de præscrip. 30. uel 40. ann. uersi. cum non sit &c. Non habet locum in negligente petere rem suam. Roma. cons. 201. pro decisione præsentis dubitationis. Ias. Inst. de act. § prin. nu. 99. an valeat, ibi. sub nu. 100. versi. putarem tamen &c. Vide Alc. rubr. extr. de præscript. nu. 50. Alex. consi. 218. num. 14. lib. 6. Etiam debitor ipse sciens præscribit: nec ex sola scientia inducit mala fides. Mod. ad consi. Alex. 99. lib. 4. tangit Abb. rubr. de pscr. nu. 8. quem vide in c. quòd clericis, de foro compet. statuit quòd præscribens præscribat decennio, intelligit, etiã sine tit. Add. ad Bart. in l. Celsus, in prin. ff. de usucap. De statuto decennij Ang. cons. 6. lib. 2. consi. Ang. ubi an valeat: & an locum habeat in hærede creditoris. Idem cons. 185. nu. ... lib. 2. Nec habet locum in non valentibus agere, vt in filiofamilias, vel in nondum nato. Dec. consi. 468. par. 4.

Versi. ex quauis causa. Scot. si diceret ex contractu, non haberet locum in mutuo. Porc. post Bald. Institu. de obl.

Versi. ab omni actione. Sco. Nota quòd loquitur in actore, non in reo.

Versi. etiam elapsis triginta annis quandocunque. Scot. contrariũ de iure communi. Ias. l. petens, nu. 10. C. de pact. Barb. cons. 51. li. 1. Alex. consi. 228. li. 6. ut sup. ad statu. de promiss. venden. Tiraq. de Retrac. ti. 2. § 1. gl. 2. sub nu. 22. vbi quòd centum annis tũ præscribit stante hoc statuto. An pactum valeat vt in perpetuum liceat redimere, Bald. consi. 303. par. 1. Alc. rubr. de præscrip. nu. 64. vide etiam Bal. cons. 254. lib. 1. ubi de pacto de possendo rem venditã semper reemere. additio. ad Bartol. in l. nemo potest, col. 4. ff. de leg. 1.

Ad statu. 26.

Scot. De intellectu huius statuti, Abb. c. ult. nu. 35. de præscrip. vbi add. nota, quod præscriptio centenaria non excluditur ab hoc statuto. Fely. in rubr. de præscrip. sub nu. 18. Bal. l. nu. 7. C. de ann. excep. Alex. consi. 16. nu. 6. lib. 5. & habet locum in legato dotis. Bald. consi. 286. uersi. super sexto, lib. 3. Tiraq. tract. de Retrac. in fi. nu. 40.

Ad statu. 29.

Scot. vide ad hoc statutum Fabian. tract. de empt. & venditio. 6. q. prin. sub nu. 45. ubi allegat cons. Bal. super hoc statuto. Dico aũt, hoc statutum non habere locum in promittente vendere, per not. per Ias. in l. in bonefidei. sub nu. 3. uersi. per istam gl. & istam regulam. & nu. 5. & 7. ff. de eo quod cer. loc. extat. inf. decret. ad quod addidi pœnas iuris communis, ch. 40. a tergo. vide not. per Ias. in l. a diuo, §. sed si emptor, nu. 5. ff. de re iud. Puniuntur aũt vendens eandem rem duobus, vt per me in d. addit.

add.d.decretum, quod incipit, item cum sæpius cõ tingat ciuem, & districtuales debita &c. & pignorans, vt etiam ibi per me; & infeudans, vt pariter ibi per me.

Ad statu. 30.

Scot. Non habet locum hoc statutum in donatione ob causam Signorel. conf. 8. vbi examinat hoc statutum, totum ipsum recitans.

Versi. exceptis ferijs in honorem Dei. } Scot. Hæc exceptio videtur declarare alia statuta, vt intelligantur de ferijs in honorem quoque Dei: licet aliàs in dubio sit contrarium, vt per Alex. in l. milites. C. de test. milit. facit statutum sub rubr. de non debente cogi ad contributio. c. 3. lib. 5. & sup. lib. 3. de prohibitio. alie. rei emphyt. & sup. lib. a. statu. 2. de faximen. fiend.

Versi. vbi ius redditur. } Sco. Facit Bart. in l. vbi acceptũ. ff. de iudic. loquens de actis, & de loco maiorum.

Versi. etiam si fuerit iuramento firmata. } Scot. vide Albam consi. 4. nu. 21. & seq. vbi quòd non valet: nec pro sunt confirmationes pontificiæ, quæ quidem non trahuntur ad illicita, prout est istud statu. conditũ a principe seculari ab initio, vt ibi per eum, allegantem Bartol. l. 1. de ijs qui sunt sui, vel alien. iur. & alia.

Verb. remissionibus. } Scot. aliàs comprehenderentur. Alex. conf. 137. num. 2. lib. ... Socin. conf. 22. li. 3. & in l. frater a fratre.

Verb. quietationibus. } Scot. Bartol. l. Modestinus, ff. de donatio.

Verb. absolutionibus. } Scot. liberatio gratuita dicitur donatio: & eget insinuatione. Bald. l. si inter. C. de solutio.

Ad statu. 32.

Versi. non naleant ipso iure. } Scot. Cui statuto non potest renunciari: vt per Alex. consi. 41. nu. 12. lib. 5.

Ad statu. 34.

Scot. Facit titu. C. si min. se maio. dixer. Ias. consi. 48. lib. 1. concludit hoc statutum non legitimare personam minoris, sed approbare eius cõfessionem se maiorem confitentis, & contractum, & iudiciũ, & actum validare, vt ibi per eum. Vide Tiraq. lib. de nobil. c. 20. vbi quòd maior factus a statuto, vel consuetudine, non intelligitur quo ad alienationem. Dux noster Octauius statuit in constitutionibus suis, vt maior decem octo annis in criminalibus, habeatur pro maiore viginti quinque annis?

Versi. siue in iudicio. } Scot. An confessio facta in causa principali, extendatur ad causam appellationis? facit quod sic, Iafr. in semi. rec. iud. conclus. 484. facit quòd non, meũ responsum 34. li. 9. tom. 1. 7. Respons.

Versi. vel in iudicio. } Scot. Aduerte, quòd omittitur particula, extra iudicium. Sed hoc quia non poterat eo casu dici, in quo. Tamen inter verba, in quo, & verbum, cõfessus, poterat dici, vel si extra iudiciũ, vbicumque. Nec vlla est ratio, cur non intelligatur resumptio de hac particula, extra iudicium.

Versi. se maiorem viginti quinque annis esse. } Scot. Facit Bar. in l. de ætate, nu. 16. ff. de mino.

Ad statu. 36.

Scot. Aliàs iure communi renunciatio bonorum maternorum matre non præsente facta, non nocet. Crauet. conf. 42. nu. ult. vide etiã de materia eundem consi. 21.

Versi. vel matris. } Sco. vnde Dec. videtur malè loqui circa hoc statutum, in conf. 180. col. pe. in prin. uersi. non obstat, quod per statutum Placenti. &c. dum dicit, ipsum nõ procedere in hæreditatis maternæ renunciatione. An aũt benè dicat, dum intelligit statutum de renunciatione facta in manib. patris, non ẽt fratris, videndum est. Nota ẽt quòd Paul. Castrẽ. dicit, facilius valere fines factas fratri con sentiente patre, & matre respectiuè, videlicet quo que pro bonis suis, quã factas patri, vel matri, cõs. 441. viso puncto, & allegatio. suprascriptis. lib. 2.

Ad statu. 39.

Versi. & quid si bestia alicuius &c. } Scot. Ias. l. si pascẽda. C. de pact. ubi Alc. & alij. Alcia. conf. 11. int. conss. Sylua. quòd quando conductor tenet facere comedi fænum ad cassinam ex pacto cum dño, vidi, in quit Alc. d. conf. pronunciari, per l. Tit. ff. de præ script. verbis, quòd fænum quamuis collectũ, non est periculo conductoris, sed locatoris; vbi etiam habetur de necessitate imposita per milites conductori ad deferendum bona in quendam locum existentem in forcijs ipsorum.

Ad statu. 41.

Versi. ult. } Sco. videtur procedi posse ẽt tpe feriato, vt tenuit Musi. in aduertẽtijs, de locatio. & ẽt ordinatum fuit per iudices Placentinos, & inter cæteros, de anno 1556. 17. Iun. vt in actis rogatis per Guliel. de Nuce notar. & die 9. Iunij 1557. rogatis per Tomam Fossatum.

Ad statu. 42.

Scot. de tali statuto per Cæpol. de seruit. rust. præd. c. 20. nu. 2. de messe, & vinde. vbi quib. casib. seruãdum; & de iure communi licet ẽt domino mittere famulum inspectorem, ne fraudetur a massario. Bald. & Alexand. l. diuortio. §. impendi. ff. solu. matri.

Ad statu. 45.

Scot. vide Chassen. conf. 39. sub nu. 39.

Ad statu. 46.

Rubr. de antifacto, & donatio. propter nupt. } Scot. De hoc verbo vide add. ad decis. Neapolit. 37. verbum autem, &, ponitur, pro idest, cum in textu dicatur antifactum, seu donatio propter nuptias.

Versi. quæ sæpius &c. } Sco. vide Anguis. senio. consi. 25.

Versi. quod de cætero constituatur &c. } Scot. Non offerẽs dotem, non potest cogere ad constituendam pp nuptias donationem, in auth. de non eligen. §. fi. in Auth. de exhib. re. §. fi. & qui soluit dotem pro parte, pro parte lucratur antifactum. Neuiz. in syl. nuptia. char. 44. col. 1. iu antiq.

Versi. & si fieret vltra &c. } Scot. Hoc benè additum fuit propter l. lege, iunct. l. præceden. C. de pact. conuent.

Ad statu. 47.

Scot. An hoc statutum procedat in morte ciuili mariti, & vxoris, vide addit. ad Abb. in cap. nisi essent, columna penul. de prebend. Fely. in c. licet, col. 1. de offic. deleg. Alciat. lib. 2. colum. 44. de verbor. significat. vbi de mortua per monachationem. Hoc statutum non habet locum in re feudali, Ias. consil. 224. in prin. libro secundo, item non facit quin

quin maritus dicatur habere dotē ex causa onerosa, Ias. Instit. de actio. §. item si quis, colu. 10. An autem dicatur in persona filijfamilias talis dos adventitia, an profectitia, & sic an fratribus post mortem patris, vel aui non sit conferenda, an sit, vide Bapt. Troam. in Rosel. de casib. uerb. restitutio. 12. num. 19. & sequen. & quomodo locum habeat, & an habeat, si vxor sit alienigena, vide Castrens. in l. exigere dotem, ff. de iudic. & an in sponsa de presenti, Ioan. Garo. in tracta. de secund. nupt. col. 2. & de futuro, & in nondum traducta ad domum, Bartol. in tractat. de different. int. ius ciuil. & canonum. 64. & ibi nu. 63. an in vxore non perfectę aetatis a viro in domo patris cognita, nec dum traducta. Nec censetur per hoc statutum derogatum l. hac edictali. C. de secund. nupt. alio non expresso in statuto. Et an tunc possit. Socin. cons. 53. lib. 3. Alexan. con si. 144. in fin. lib. 5. & consi. 158. vbi ad dit. Alciat. lib. 1. de verbor. significat. de statuto faciente mentionem liberorum communium. eod. lib. 1. de verbor. significat. colum. 12. colum. 10. de statuto, quòd vxore praedecedente, maritus lucretur dotem, & colu. 14. Signorel. consi. 9. vbi, quid si maritus, & vxor simul moriantur. vide Bartol. q. mulier habens. sub num. 15. uersi. aut ex primo matrimonio extant liberi &c. Roman. cons. 44. num. quinto. Christoph. Castell. cons. 16. Hoc statut. habet locum etiam in vxore ante consummationem decedente, Bartol. l. nihil, ff. de actio. re. amota l. cum fuerit. ff. de condictio. & demonstrat. Alciat. rubr. ff. solut. matri. & etiam in momentario matrimonio, Bald. l. non tantum. C. de legat. vide Ias. in Authen. praeterea. C. vnde vir, & vxor. Hoc statutum habet locū ēt in dote promissa, Ang. cons. 76.

Versi. si ex ipso marito.] Scot. vide l. cum vir vxori, ff. de condit. & demonstr. q. Bero. 119. q. 26. Rola. Vall. tractat. de lucro dotis. Pract. Papiens. for. libel. ad dot. uer. dictae dominae. nu. 5. 6. 7.

Ad statu. 48.

Scot. vide Alexan. consi. 28. col. 3. lib. 5. circa perseuerantem in possessione, contra hoc stat. l. qui fundum, ff. de contrah. empt. An liceat vendere, & ab emptore accipere in emphyteusim. Alexand. de Imo. consi. 97. De iure non est faeneraticius talis contractus, Crauet. cons. 145. num. 4. vide l. sicut, §. superuacuum, ff. quibus mod. pigno. vel hypot. solua. Ias. in §. item si quis, sub nu. 42. & nu. seq. Instit. de actio. Bald. in d. l. qui fundum, in add. vbi q nec ex pacto, quod habeat conductam rem emptam: nec ex pacto, quod res alij, quam sibi nequeat vendi, praesumitur contractus simulatus.

Versi. uel pensionem inde receperit.] Scot. de iure valet pactum de habendo rem conductam, quam tibi vēdo, l. si terilis, §. si tibi fundum, ff. de action. empt. l. fundi partem, ff. de contrah. empt.

Versi. uel coluerit.] Sco. vide Dec. consi. 235. col. 2. & nota, quòd notarius scribens, scienter contractum simulatum, punitur poena manus: & semper est infamis, Marsil. sing. 563.

Versi. non habeant locum, quando alienatori &c.] Scot. Aliàs de iure communi, an contractus pręsumatur simulatus ob dationem in emphyteusim rē venditā, vide consil. Christoph. Castellio. post tract. Bonifacij. de malefi. Zilett. in repert. c. de consi. extrauag.

Ad statu. 49.

Sco. corrigit hoc statutum ius commune. Ratione verò iuris communis, vide apud Cur. in l. bona fides. in fi. ff. deposi.

Versi. saluo quòd interim possit fieri &c.] Scot. An corrigat Authē. sed iam cautum. C. depos. Et vide sup. lib. praeced. statu. de saximent. fiend.

Ad statu. 51.

Versi. uel confessus fuerit recepisse.] Scot. Habet ergò locū hoc statutum in deposito confessionato.

Versi. sine datione libelli &c. nulla exceptione obstante: alioquin detineatur &c. ad voluntatem &c.] Scot. Add. ad Bar. in l. Titio centum. §. Tit. centum, relicta. dicit verba, detineatur &c. ad voluntatem &c. operari, quòd nō requiratur citatio: sed ostenso instrumēto iudici, detur familia quae capiat. Tamen Dec. in c. dilecti. colu. 3. de iud. vult admitti exceptionē citationis: quia nunquam intelligitur excludi citatio. vide Marsil. sing. 26. vbi de cessionario. contra autem habentia paratam executionem non admittitur exceptio, nisi solutionis, & falsitatis. Bar. l. 1. §. & parui, ff. quod vi, aut clam. Cassad. decis. vn. de mutu. petitio. vide Barz. tract. de lib. guarentig. 3. par. q. 1. Dec. in l. bona fides, ff. de reg. iur. & in l. non est nouum. C. de eden. vbi quòd exceptio solutionis nunquam intelligitur reiecta a statuto: & per eam impeditur executio. Gigas trac. de pēsio. q. 92. quòd prohibitis per statutum omnibus exceptionib. praeterquàm solutionis, admittitur etiā exceptio compensationis.

Versi. uel habentis causam ab eo.] Scot. & sic hoc statutum habet locum etiam in cessionario, sicut talia statuta habere locum etiam in cessionario dixit add. ad Bar. in l. si sic. §. si quis ita, ff. de leg. 1. vide Mars. d. sing. 26.

Ad statu. 57.

Versi. in eo reditu.] Scot. est verbum generale ad pecuniarium reditum, & alterius generis, vt partis frugum, vel vini, vel specierum, vt per Car. Zabarel. in clem. 1. de excess. praelat. Alber. in Dictio. uerb. reditus. vnde si laborator idē sit conductor, quia respondeat domino de pecunia, habet locum in eo hoc statutum in hac prima parte. Et ita de facto consului tom. 1. Resp. li. 4. resp. 18. & iudicaui.

Ad statu. 62.

Scot. Latè Pract. Papiens. cum ibi nota. in for. libel. ad doct. & vsumfructū, verb. donec vitā &c. nu. 5.

Ad statu. 63.

Scot. vide decret. inf. cha. 29. valet aūt hoc statutum. Bar. l. cū unus. l. fi. nu. 3. ff. de bon. autor. iud. possid. vide Ale. cons. 82. nu. 4. li. 2. & nu. seq. & cons. seq. Bal. l. 1. C. comm. de leg. & facit, vt ēt ab ignorātib. transmittat adita haereditas, vt scribit add. ad Ale. cons. 89. col. 1. lit. a. lib. 2. & quātę vtilitatis sit hoc statutum, pôt cognosci ex add. ad Alex. cons. 86. li. 3. verb. transmitti. Adde quòd statutum hoc nihil operatur tanquam in casu omisso, per l. cōmodissimè, ff. de lib. & posth. quoties possessione ī haeredem translata, aliquo casu haeres desineret esse: & transferetur haereditas in alium. Hic enim ultimus non gaudet hoc statu. propter impedimentū primi haeredis iam adepti possessionē ex statuto.

Alex.conf.87.col.2.lib. 3. In vsucapionis materia dicit lex, possessionem defuncti quasi coniunctam (aliter, quasi iunctam, vt sunt Pand.Florent. aliter quasi iniunctam) descendere in hæredem. l.cum miles,ff.ex quib.cauf.maio.

Ad statu. 64.

Scot. Hoc statutum de quinque testibus non habet locũ in testamento cæci. Dec.l. hac consultissima, col.vlt.C.qui testa.face.poss.& Alex. ibid.

Verf.testes masculi.] Sco. etiam si non exprimeret, intelligerentur de masculis. Secus si disponeret de duobus.vide Dec.in l.fœmina,colu.8.uersi. & eadem ratione idem &c.ff.de reg.iur. & in hoc statuto fallit regula.l.qui testamento,ff.de testa.vt per Ioan. Fabri,Inst.de testa.in §.legatarijs,add.ad Bart.d.l. qui testamento.

Ad statu. 65.

Scot.vide Bartol.consi.2.vbi add. Hoc autem statu. ignorauit Bellon.consulens Placentiæ,vbi profitebatur,cons. 8. An profit inuentarium factum lite pendente,seu re non integra? videtur q́ non, l.sed etsi,in fi.ubi glo.pen.de const.pecu.l.mancipiorũ, ff.de optio.lega.Facit quod addidi sup.ad stat.de donat.& eius insinua.ex Alex.cons.227.lib.6.

Ad statu.66.

Scot. Idem de iure communi, Rosell.trac.de success. ab intesta.nu.181.& seq.Lucan.tracta.de fisco,& eius priuil.2.part.nu. 12. contrarium videtur præsupponere.q.201.Marti.Laudens.tracta.de fisco. vide etiam Alex.de Neuo,consi.91.Clar. in pract. crimin.§.homicidium,versi. priuatur etiam homicid.vbi apparet hoc statu.etiam in odium fisci esse factum:quia dicitur ibi,quòd admittitur ad succedendum: sed fiscus aufert tãquam ab indigno. Vide Anguis.iun.lib.6.consi. 76. facit Dec. consi. 525.& Torniel.in quodam consil. edito pet eum super hoc statuto, allegatum per Vldericum Ruscium compatrem meum in quadam eius apostil. ad consil.86.Ruin.col.pen.lib.5.

Ad statu. 67.

Scot.Nota ex hoc statuto, quòd imbreuiaturæ notariorum mortuorum,possunt stare penes non notarios.

Ad statu. 68.

Sco. vnde legi tenutam datam in vna re pro omnib. etiam in diuersis locis sitis. Et fuit data Co.Barto. Scoto Alberti filio secundogenito per cameram, de bonis Co.Iacobi eius nepotis ex fratre primogenito confiscatis 1473.die 18. Ianuarij ab incarnatione, per Antonium de Consule notarium Placent.

Schol.F.Scot.&c.in lib.Quart.Stat.Placent.

Ad statu. 4.

Scot. statutum non potest facere,quòd onus mistum sit reale,vel econtra. Alba cons. 8. nu.6.inf.habes quòd onera non merè realia, intelligantur personalia.

Versi & etiam qui ætatem annorum 70. excesserint.] Scot. ergò maiores.55.annis tenentur a sensu cõtrario. Sed tale argumentum non est sumendum ad correctionem iuris cõmunis, & sic l.manifesti. C.qui ęta.se excus.lib. 10.& l.2.ff.de decur.in fi. Imò sumendum est, quia in sensu directo hoc statutum nihilo peraretur: quia septuagenarij eximũtur ab oneribus personalibus de iure communi, etiam a tutela,& cura,vt habetur per gl.in d.l.manifesti,& d.l.2.in fi.

Ad statu. 5.

Scot. consuetudo in contrarium, vel statutum an valeat, Ias.l.si quis in suo, §.1.C.de inoffi. testa. & facit l.ob causam.C.de actio.& oblig. vbi quòd coloni non tenentur pro dominis.

Ad statu. 27.

Versi & hoc non intelligatur de eo &c.] Scot. vide inf.eo. lib.statu. 55.

Ad statu. 34.

Vers.sint tanquam patres &c.] Scot. vide Iuuen. Saty.7. post med.& in fi.

Versi & idem intelligatur de aduocatis collegij ciuit. Placen.] Scot. vide Lucan.tractat.de fisco,& eius priuileg. rubr.de collect.immun. sub nu.9.

Ad statu. 55.

Scot. cõtra l.si cui,ff.de seruit. & intellige de domino fundi seruientis propter verb. suam:& illud habeat,expone, idest, debeat.Vide stat.22.sup.eo.lib.

Ad statu.73.

Versi iudici de medio,coram quo &c.] Scot. vide Dec.c.1. nu.9.de probat.Facit Budæ.in Annot. in Pandec. pag.28.& Connan.c.2. lib. 1. commenta.iu.ciuil. num.5.

Ad statu. 86. seu ult.

Scot. Nota, si quis, quilibet, quicumq;, vel simile verbum, de masculis,& fœminis intelligi. Idem habes de verbo, si quis, in l. 1.ff.de verb. sign. contra quã l.quia pronunciauerat Ricard.Saly. iudex in ciuitate Florentiæ, condemnatus fuit in syndicatu in certa pecunia, teste Baldo in l.si quis in tantam, col.2.C.unde vi.

Schol. eiusdem in lib. Quintum stat. Placet.

Ad statu. 5.

Versi.terminum amouerit alicuius eo inscio &c.] Scot. videtur quòd non loquatur de termino communi inter amouentem,& vicinum, seu confinem: quia loquitur de termino alicuius, & sic non communi, quia quod commune est, meum non est, l.serui electio,§.ult.ff.de le.1.ubi Doct. sed hoc modo non loqueretur etiam de termino communi inter tertios,& sic de nullo termino: cum omnis terminus sit communis ad minus duorum. Cum ergò non possit intelligi nisi de termino communi, prout est quilibet terminus, debet intelligi tam de termino communi inter amonentem,& vicinum, seu confinem, quã inter tertios: imò potius in primo casu, qui est frequentior,& dolosior: quia sit ob lucrum proprium: cum in secundo potius fiat ad suscitandam rixam, quàm ad lucrum: uel saltem fiat ad lucrum alienum. Vide pulchra carmina Ouidij in Fastis, de termini communione.

Ad statu. 8.

Scot. si detur damnum in via communi, quid iuris, vide Bald. in l. si plures. C. de condit.insert. Alex.l. serui electione, §.Labeo. ff.de lega. 1.Gammar.tra cta.de extens.sub nu.55.

Ad

Ad statutum. 13.

Scot. Nō possunt accusari Pergamenses, nec alij forenses, vt infra inter Decr. fo. 7.

Vers. credatur accusationi, vel denunciatori &c. cum sacramento. } Scot. In talibus statutis, de stando iuramento damnum passi, necesse est iuramentum præstari coram iudice, vel notario habēte commissionem iudicis. Bald. l. 3. vers. circa. 5. de iureiur. alleg. not. l. hac cōsultissima. §. pen. C. de testa. l. iubemus, C. de libe. cau. Alex. cons. 71. nu. 11. lib. 3. quanquam statutum figit pedē in persona iudicis. Debet aūt iurans se referre ad tempus dati: seu iudex deferēs iuramentum se referre ad illud tempus, Bart. in l. sed mihi, §. in hac actione, sub nu. 9. ff. commo. Nō va lere aūt tale statutū dicere, non esset fortè pone re os in cęlum, vel peccatū in spiritū sanctū, inquit Mars. cōs. 33. sub n. 15. vol. 1. vbi addidi in cōtrariū.

Vers. bona fama. } Scot. vide Grammat. cons. 38. nu. 9. cū simil. Idem in statuto vlt. sub rubr. de non debent. cog. infra lib. seq.

Vers. eo saluo. } Sco. infra hoc lib. statu. 109. vsque ad solidos centum, & tres vices in mense: & de rustico, vt ei credatur si habuerit ad allodium cētum perticas terræ.

Vers. in vno mense. } Sco. tempus est continuum. Tracta. de tem por. vti. & contin. c. 3. nu. 9. Scito aūt, quòd potest probari contrarium eius, quod iuratum est. Plot. repet. l. si quando, nu. 514. vers. 26. in fin. fol. 591. in reperto. verb. damni dati accusatus, potest petere &c. & verb. dāno passo, vel campario, vel officiali, vel alij licet &c. vbi quòd est magis cōis opinio: & allegat in repetitio. d. l. Plotus. nu. 776. vers. quinto limita, & nu. 777. vers. proba: ur, & n. 778. vers. secundò probatur, & nu. 779. vers. & in tantum, fol. 368. & 369. & 370. & nu. 867. vers. sexagesimo limita, in fi.

Ad statu. 14.

Scot. vide statut. 30. de pœnis relatiuis, ad propositū huius statuti, vide Tiraq. de nobil. c. 20. nu. 128.

Ad statu. 18.

Scot. Per talia statuta alterantur pœnæ iuris communis impositæ rerum inuasoribus. Vide add. Francisci Mariæ Ploti ad cons. 36. Martin. Laudens.

Ad statu. 19.

Sco. An procedat in turbatione verbali, vt est in contradicēt. libello, Ias. l. si prius, n. 19. ff. de op. no. nun.

Vers. seu qu. si. } Sco. etiam si non fuisset expressum, pro cessisse t. Ias. l. sed etsi possessori, §. item si iurauero. col. vlt. ff. de iureiur. Vt turbans condemnetur, requiritur dolus. Pract. Papiens. in for. libel. turba. possess. ver. & in eo. nu. 2. & dicitur turbare possidentem, qui eum accusat, vel molestat. Et potest ab eo ipse accusatus accusari. Borgno. Caualc. de cis. 32. nu. 17. allegat Cæpol. cons. 3. in crimin. & dicit se ntire Bart. cons. 81. Martinus. col. 1. & vide decis. 16. nu. 12.

Ad statu. 25.

Sco. Clam dicitur fieri, quod fit sine debita solénitate. Bar t. l. si. ff. de ritu nupt. & de huiusmodi statutis, vide Moder. ad cons. Alex. 47. col. 1. lib. 1.

Ad statu. 28.

Vers. post q uam citationem, si non venerit &c. } Sco. Plutar. in vita Gracchorū, More, inquit, maiorum, si quis capitali supplicio accusatus non veniat ad se defendendum: tamen eum domi ante ianuam consistens nomenclator malè citat: nec antè contra ipsum fertur sententia. Ita cautè, & diligenter maiores nostri iudicia moderati sunt.

Vers. possit cōdemnari ac si legitimè esset &c. } Sco. Intellige, nisi per testes, & iura de eius innocentia probetur. Dec. cons. 458. in fi.

Ad statu. 34.

Vers. per accusationem. } Sco. Accusatio tollitur regulariter 20. annis. l. querelam. C. de fals.

Vers. per inquisitionem. } Scot. inquisitio durat 30. annis. Ia fred. semit. rec. iudic. conclus. 486.

Vers. decem dierum terminus. } Scot. Decem, contra c. vbi periculum. de elect. in 6. Debebat enim dari maius in primo casu: breuius in secundo.

Vers. vel denunciationem. } Scot. Intellige massarij, non autem damnum passi, tum quia hæc habetur pro accusa, tum quia contrariaretur statuto. 13. sub rubr. de accusatio. fiend.

Vers. infra triginta dies. } Sco. De iure cōi sūt 60. Ias. Inst. de excus. tuto. §. itē qui reipublicæ. in add. ad Porc.

Ad statu. 38.

Scot. Hoc statutum non habet locum in mordente, Bald. cons. 160. li. 4. si ob vnam percussionem exiuit sanguis ex tribus partibus, quid iuris? Bald. cōs. 351. li. 2. nec sibi locum vendicat modico sanguine exeunte ex corpore. Abb. c. proposuisti. col. 2. de cōsecr. eccles. vel alta. Curt. tracta. de sequestr. sub nu. 39.

Ad statu. 39.

Vers. cum sanguinis effusione. } Sco. Intellige vt supra, si de non modica.

Vers. si plura vulnera cum sanguine &c. pro quolibet vulnere. } Scot. Intellige de vulneribus, non de vulnusculis, vt in locis supra allegatis. Adde decret. contra per cutiētem in vultu cum armis, & cum sanguinis effusione, si remāserit cicatrix ch. 45. decret. a fron.

Ad statu. 40.

Sco. ad hoc statutum, & similia, nota, quòd licet regulariter in pœna imponēda sufficit solus affectus, si peruentum fuerit ad actum propinquum, nec per eum defecerit, sed per impotentiam facti, adeoque debet puniri, ac si perfecisset, vt in l. si quis non dicam rapere, C. de episc. & cleric. l. is qui cū telo. C. ad leg. Cornel. de sicar. de pœnit. distinct. 1. c. is qui cum telo. hoc non habet locum in pœnis impositis per statutū. Bar. d. l. is qui cum telo. Abb. c. 1. col. 4. de eo qui mitt. in possess. cau. re. seruan.

Ad statu. 41.

Scot. vide Roma. singul. 562.

Ad statu. 42.

Sco. Neuiz. in Syl. nuptia. ch. 14. col. 4. dicit, quòd nō obstante hoc statuto, debet occidi adulter. ch. 56. col. 4. in fi. & seq. ch. vol. 1.

Vers. in ducentis libris. } Scot. videtur modica pœna: nec valere statutum. Ferret. l. 1. nu. 71. ff. si cer. pet. Vide Roma. singul. 706. add. ad Dec. in l. is damnum. ff. reg. iur. Iafred. in conclus. 366. Io. Fabri. in §. item lex Iulia de adulterijs, Instit. de publ. iudic. dicit, quòd ex quo a iure diuino, adultero est imposita pœna mortis, quamuis statuta terrarum leuiorem pœnam imponerent, tamen adhuc iudex posset

imponere

imponere pœnam mortis, non obstante statuto. Quod ego vix facerem, inquit Neuizan. in Syl.nu ptia.ch.53. in antiq. Tiraq. de ll.connubial.l.13. glos.1.par.13. sub nu.25. an valeat hoc statutum, vide pulchrum exemplum apud Coriū, de quodā iudice Ducis Mediolani: circa statutum puniens homicidium in pecunia.

Ad statu. 43.

Scot. Vide Cuchal. in add. ad Dec. in l. non vult. ff. de reg. iur.

Verſ. non publicam meretricem.] Scot. sed an ab alio tactam, & defloratam? Marsil. singul. 74.

Verſ. viſus fuerit vi carnaliter cognoſcere.] Sco. Dicitur etiā vi cognoscere, qui spe auri cognoscit, & decipit. Maran. in specu. aur. 6. par. n. 167. Bald. cons. 356. lib. 1. loquitur de hoc statuto: qui tñ videtur confundere hoc statutum cū superiore, dum loquitur de adulterijs: & loqui vt malè informatus. Hincque oblatus est error etiam Tiraq. Baldum secuto in l. 13. connub. nu. 6. vide Marsil. singul. 65. Paul. Castren. de materia violentiæ, cons. 27. lib. 1.

Ad statu. 46.

Scot. Hoc statutum videtur imitatum legem Langobardicam, qua ob primum furtum alterius oculi amissio erat, pro secūdo manus amputatio. Atqui tertiò furti conuictū extremo supplicio afficiebat. Vide Io. Ferrar. Monta. in annot. Instit. de obliga. quæ ex delic. nascun. vbi pulchra scribit de furtis. Nec habet locum tale statutum in fœmin. Plot. in reperto. repet. l. si quando. C. vnde vi, verb. statutū. Sed contrarium est verum hic Placentiæ, propter statu. vlt. lib. præced. Non & procedit in furante, propter famē. Alc. lib. 1. de verb. sig. in fi. Barbat. in add. ad Bal. in Auth. Sed nouo iure. C. de ser. fugit. dicit videri tale statutū non valere: quia est contra text. de quo ibi per eum. Allegat etiam Bart. qui consuluit valere in bannito furante.

Verſ. ſi verò à decem libris Placentiæ ſupra &c.] Scot. Considera votum Grammat. 15. nu. 10. vt statut. hoc intelligatur de furante tantum bonorum, quorum decem libris emptum fuisset tempore huius statuti. Si vis aūt scire pretia frumenti, carnium, & aliorum illius temporis, vide latè in li. seq. vide etiam statut. pen. seu 84. supra lib. 4. vbi habes, starium salis valuisse solidis decem, iuber enim statutum dari decem solidos quotānis cuilibet aduocato de collegio: atque dictos decē solidos solui consuetiisse in sale. Sed etiam hodie datur cuilibet doctori collegiato starius salis.

Verſ. ſi fuerit primum furtum vſque in centum ſolidis &c.] Scot. Apud Lydos, & Persas, ob vnum delictum nemo puniebatur, autore Herodoto lib. 1. Clagefurtiot Sclauoniæ quomodo se gerant circa fures, vide Theatrum orbis terrarum Ortelij, verb. Sclauonia. Ita verè dicitur ibi: Huius vrbis (idest Clagefurtij) ciues furibus sunt inexorabiles, vt quidā dixere. Leuis enim suspicio grauissimè nocet huic, qui rē furto subtraxisse putatur. Inauditus ad supplicium crinibus abripitur: nec purgādi sui tempus datur. Post eius diei, quo supplicium sum ptū est, diem tertium, de mortuo iudicant: quem si insontem fuisse cognouerint, splendidè sepeliunt: si iure occisum compererint, pendere sinunt. Abyssini (quo nomine in vniuersum subiecti Preteianis appellantur) furibus oculos eruunt: traduntque hominibus miserè captoa publico mancipio, quod eius cithara, & cantu cibum quęrentes per omnes regiones, & remota regna ea lege perducat, vt alterum diem vno in loco permanere vtrique capitale sit. Iouius lib. 17. historiarum sui temporis.

Ad statu. 47.

Sco. Non hēt locū hoc statut. in eo, qui semel deroba uit. Cast. in Auth. sed nouo iure. in fi. C. de ser. fugi.

Ad statu. 48.

Scot. Aduerte, quòd si quis receptet bannitum coniunctum, poterit iudex minuere pœnam statuti: quia plus excusatur receptans coniunctum, quam extraneum. l. fin. ff. de recepta. vbi Bart. Cyn. Bald. l. 1. C. de ijs qui latro. no. in l. quid ergo, §. pœna grauior, de ijs qui not. infa. l. & si seuerior. C. de infam. Alex. cons. 144. in fi. lib. 2.

Ad statu. 49.

Aſſaſſinorum.] Scot. Alibi posui in recollectis ex Leandr. Alber. & ex Dua. ni fallor. Addo quòd Polyd. Verg. in libris Anglicæ historiæ, dicit vocari Arsacidas. De intell. c. 1. de homicid. in 6. vide etiam Alex. lib. 7. cons. 166.

Verſ. vel precibus.] Scot. Idem de iure communi secundum Grammati. voto 9. nu. 3.

Verſ. vel occidere tentauerit.] Sco. vide Grammati. decis. 74. ad excusation em.

Verſ. torquendi, procedendi.] Sco. Hucusque non videtur data facultas sententiandi: quia nec est necessari um cōsequens. Add. ad Felin. c. licet, de offic. iud. ordi. sed per uerbum, puniendi sic: quia est necessarium antecedens sententia. Et nota mirabilem, vel potius miserabilem cauillationē Dec. ad verba quædam Archidiac. in cons. 615. col. vlt.

Ad statut. 57.

Verſ. propè ciuitatem.] Scot. Intellige cum suburbijs, ex præcedentibus verbis statuti.

Ad statut. 60.

Scot. Hac statutum est fauorabile, & in dubio intelligendum latè, & ampliandum per not. per Cæpol. de seruit. rustic. præd. c. de seruit. aquæductus, nu. 69. de simil. statutis. Vide infra de pertin. aqua. quind. seu statu. 74. tamen non procedit hoc statutum, quando dominus terræ damnum pateretur ab habente & ipso priuilegium aquæ aliquo modo, Cæpol. d. nu. 69. & seq.

Verſ. vel qualitercunque.] Scot. Hoc pertinet ad modum l. 1. §. quod autem ait, aliter &c. ff. ne quid in flu. pu bl. secus si dixisset, undecunque. l. quominus, verb. ex. ff. de flumi. & ideò manet immutatum illud, ius ducendi, & extrahendi aquas, seu riuos de fluminibus, fontiuis, & scolaturis &c. Facit statu. infra, 8. quod camer. po s. Tamen quod qualitercumque, debeat exponi pro vndecunque, facit, quia posita est hæc dictio post loca, ex quibus ducitur aqua. Quod aūt possit, facit Roma. cons. 198. nu. 9.

Ad statu. 66.

Verſ. exceptis ferijs indictis in honorem Dei.] Scot. Facit pro eo quod adnotaui ad statut. sub rubr. de dotat. & eius insinua. supra lib. 3.

Ad statu. 69.

Verſ. condemnetur qualibet vice.] Scot. Pœnæ applicantur communi

cōi Placen. per statut. supra. 13. sub rubr. de accus. fiend. vers. & vltra prædicta si probatū fuerit &c.

Vers. & præsumatur accepisse dictam aquam. Scot. Alciat. l. 1. ff. de verbo. oblig.

Ad statu. 72.

Vers. & interim ille ex consortibus &c. Scot. Facit infra statu. 75. de accipient. quinde. non diuis. vers. hoc adijciendo, quòd illi qui soluerint &c.

Ad statut. 75.

Vers. illi qui soluerint &c. Scot. supra statu. 72. vers. & in terim illi ex consortibus &c.

Ad statu. 83.

Vers. iura aquarum tam fortiuinarum scolaturarum &c. Sco. vide supra statu. 60. de possent. duce. ri. Quod statum, & hoc circa menationem per terras alienas, innuit hanc facultatem dari ementibus a cōi ius, se ab habente ius a cōi, nō ementibus aquam pro vsu, & necessitate momentanea ex riuo alicuius. vide etiam statu. 61. de existen. in possess. seu quaduc. aq. per 20. ann. verb. a communi Placent.

Statu. 86.

Sco. huic statuto, & sequentibus, simile apud Cumanos: de quo per victorium in Columel. Non habet hoc statutum locum in furto. Plot. repet. l. si quando. C. vnde vi. vide Felin. in c. super his. sub nu. 17. de accusatio. ubi quòd in casu huius statuti, nō sufficit villam non cepisse malefactores: sed oportet probare quòd erant habiles ad capiendum.

Vers. quòd si prædictos robatores, vel homicidas non ceperint &c. Scot. Non tamen stabitur iuramento damnificati, sed oportebit eum probare: quia villa conuenitur ex dolo alieno. Ita Bar. in statuto huiusmodi in l. ne quid, col. 2. ff. de incend. ruin. naufrag. Bald. c. côuenticulas, de pac. iuram. firm. Pom. in add. ad Bart. l. in actionibus, vers. quarto, & vltimo. ff. de in lit. iuram.

Vers. sed ad prædicta pupilli &c. Scot. Minores tamen tenētur. Crauet. consi. 118. sub nu. 17. clerici verò nō tenentur, nec ligantur hoc statut. Bald. in c. cum non ab homine, de iudicijs.

Ad statu. 87.

Scot. Hoc statu. in clerico capiendo non videtur habere locum, quia non videtur comprehendere generaliter, quem specialiter non potuisset. Barb. consi. 123. nu. 7. lib. 4. consi. Alex.

Ad statu. 97.

Vers. si pro parte ipsius talis &c. fuerint requisita. Sco. Hominibus ignaris etiam non potentibus sunt dāda indicia ante torturam: vt formaliter consuluit Marsil. cōs. 86. col. pen. vers. præterea verba statuti, & cons. 56. col. pen. Petr. Calef. consi. 119. nu. 7. tom. 1. consil. criminal. diuers. Bursat. nu. 2. consi. 201.

Ad statu. 101.

Sco. Aliàs tenetur de furto, vt per Cæpol. c. de colum bar. nu. 1. quod est c. 77. de seruit. vrba. præd.

Ad statu. 107.

Vers. nec etiam liceat alicui. Scot. vide text. in c. vn. §. fin. de pace tenen. in vsib. feud.

Vers. cuius fuerint dicta terra. Scot. si oriatur quæstio do minij, statur iuramento damnum passi. Bertach. in reperto. verb. dominium. vers. dominium probatur multis modis &c. ibi, item probatur aliquando per iuramentum &c.

Ad statu. 109.

Scot. Hoc statutum, & similia, non habent locum in furto, nisi quatenus dispōnat ius commune. Alex. consi. 168. li. 2. Dec. consi. 83. col. 2. Tamē in huiusmodi statutis potest iudex taxare huiusmodi iuramentum, seu quantitatē. Dec. l. in actionibus. nu. 8. ff. de in lit. iuran. c. proposuisti. col. 1. de probat. Cæpo. caut. 104. Hæres non potest præstare iuramentum loco defuncti, Dec. l. edita. nu. 50. C. de eden. quem vide omnino: quia dicit contrariū respondendo ad contraria. vide Alex. de hærede in formato, in l. hoc edictum. §. hoc iudicium. ff. in ius vocati vt eant, & add. Curt. verb. ad hæredem. & ibi videtur quòd sic. Et ibi iuramentum, seu iuran di facultas transit ad hæredem, intelligitur de informato. Ias. l. admonendi, in Lectu. in fi. ff. de iure iur. Bald. in l. 1. C. de reb. cred. dicit stari iuramento de dominio, & possessione rei damnificatæ, cū statutum dicit, quòd in causis damnorum datorum, sufficiat probatio per iuramentum.

Vers. si fuerit ciuis. Sco. Et homo bonæ famæ, vt sup. in statu. 13. de accus. fiend. l. 4. & per Ang. in l. qui in iudicio, ff. de accusat. Add. ad Abb. in c. præsentium, col. 2. lit. D. de testi. imò debet esse omni exceptione maior. Dec. consi. 37. sub nu. 8. vide Plot. repet. l. si quando. nu. 792. vsque ad nu. 868. vers. vltimò ad laudem.

Vers. de damno, & quantitate damni. Scot. Nisi hæc duo exprimerentur, haberet probare damnum, licet non quantitatē damni, vt per Mars. sing. 338. vide Dec. cons. 85. col. 2. vers. & primò, quia cum tale statutum.

Vers. per allodium habuerit. Sco. De quo statur eius iuramēto: vt supra ad secūdū ab hinc statut. adnotaui.

Scholia Federici Scoti &c. in Lib. Sextum Statutor. Placent.

Ad statut. 71.

Scot. Nota Obertinum Bottum (infra scribitur, Albertinus Bottus; deinde Obertinus, & Bottus eius frater: deinde Obertinus Bottus, & nepos) de Alexādria, Aledansiam de ansaldo eius nepotes, Iacobum de Agino, & Tanegallum eius fratrem, ac Frācīscum de Salso, inuenisse venam salmorę (infra dicitur vena moræ, seu aquæ salinæ: deinde putei salini, & morræ) seu puteū in loco Salsi maioris, vel pertinentijs. Prouisio circa dictos inuentores de anno 1275. die 14. mensis Decembris.

Ad statu. 91.

Scot. contra monopolia.

Ad statu. 135.

Sco. vide supra lib. 3. statu. 17. sub rubr. quòd dom. emphit. non poss. dirui.

Vers. intentionis nostræ non est, nec volumus quòd prædictorum occasione &c. Sco. vide infra Decr. ch. 22. a ter go, ubi habes decretum, quòd per statuta non derogetur decretis.

Scholia F. Scoti, in Decreta. Placent.

Ad Rubr.

Sco. Rectè appellamus decreta Communis alicuius, seu Decurionum, iuxta tit. ff. de decret. ab ord. facien.

cien. Item decreta principum, iuxtà l. iurisgentiũ, §. prætor ait. verb. decreta principum, & ibi glos. ff. de pact. nisi fortè accipias, pro sententijs principum, vt adnotaui ad d. §. prætor ait. melius probat. Instit. de iur. gent. & ciui.

Ad ch. 1. a fronte.

Suprascripti omnimi, & sapientes, cum alijs sapientibus eis adiunctis &c. } Scot. Vide infra ch. 33. a tergo, & ch. seq. & de hoc, seu tali statuto habes per Rip. in tracta. de peste. c. de præseruat. remed. cõtra pestem.

Ad ch. 2. a fronte.

Vers. circa decretum factum, quòd laicus &c. } Sco. Fuit reuocatum hoc decretum infra ch. 20. a tergo.

Ad ch. 7. a fronte.

Vers. de cætero non possit, nec debeat &c. criminaliter procedi per querelam &c. contra quamuis personam pro aliqua re, vel causa, seu asserto delicto, quod sumi possit ex negocio quod originem &c. } Sco. Qualiter hæc intelligantur, habes per Ponzinibium in quodam tractatulo, super hoc decreto. vide reperto. Ziletti, verb. de statuto. Catellia. Cottam, verb. actus. 2. vbi q̃ nõ procedit contractu existente inualido. Extat etiam decretum in manuscriptis, quòd hoc decretum non habet locum in contractu doloso. Tractat per totum vnum titulum de hoc decreto Boss. in Practi. crimin. tit. de decret. Medio. quem etiam vide in tit. de plurib. violẽtijs. Tracta. Ponzinib. allegatur per Neuiza. in Syl. nuptia. ch. 27. in paruis. seu antiqu. vide etiam Plot. in repet. l. si quando. C. vnde vi. & in reperto. d. repet.

Ad ch. eand. a fronte, & a tergo.

Vers. quòd in qualibet causa ciuili, in qua a parte &c. } Scot. Ab interlocutoria lata in executione iuramenti, non appellatur. Conrad §. 2. de appell. nu. 9. casu 35. vide statu 52. supra lib. 2. sub rubr. de iura. necessa.

Vers. quo prius iuraret, vel referre debebat. } Scot. l. manifestæ turpitudinis, ff. de iureiur. Marant. in specul. aur. q. actu iudic. nu. 11. de d. l. manifestæ turpitudinis, vide pulcherrimè Marsil. sing. 83.

Vers. quòd præstito dicto sacramento &c. non possit dici falsum &c. } Scot. l. 1. C. de reb. cred. & iureiur.

Vers. nec præstans iuramentum prædictum possit accusari &c. } Scot. De iure communi non admittitur probatio ad retractandum iuramentum ciuiliter: sed benè admittitur probatio ad puniendum criminaliter iurantem de periurio. Ita tenet Andr. de Iser. in c. 1. §. similiter. vers. sacramentũ. in fi. de consuet. rec. feu. vbi hoc intelligit, quãdo quis scienter iurauit: & iuramentum fuit alteri nociuũ. Maran. d. q. actu iudic. nu. 12.

Ad ch. 8. a tergo.

Vers. per excellentiam domina matris nostra, } Scot. Hæc fuit Bona vxor Galeacij Mariæ, interfecti a Lampugnano, & alijs.

Ad ch. 9. a tergo.

Philippus Maria Ang. dux Mediolani &c. } Scot. Antiquius decretum habes infra ch. 11. a tergo.

Vers. si quis autem huic nostro decreto contrafecerit &c. } Sco. vide Ias. cons. 54. lib. 3. considera quæ ponit Curt. tracta. de feud. 4. par. vers. septimò quæro, sub 2. reg. princ. & sub 3. reg. princ. vers. restat tamẽ adhuc &c. vide Ias. Instit. de actio. §. omnium, nu. 94. & considera dictum Ias. in d. cons. 54. quod ponit Alciat. reg. 2. præsumpt. in 23. præsumpt. in fi. Adde Ias. l. vlt. sub nu. 125. C. de iur. emphyt. & l. ait prætor. 2. in princ. ff. de iureiur. Idem etiam de parte vult Mussus in tracta. appellata Mussina, verb. fictum, c. 37. in notab. col. vlt. vers. item nota, quòd vbi fieret &c.

Ad ch. 10. a fronte.

Fuere multoties subditorum nostrorum querimonijs &c. } Sco. De decreto de maiore magistratu nuncupato, vide Ias. cons. 1. Bossi. in pract. crimin. tit. de fo. compet. & tit. de poen. Maior magistratus apud Romanos erat Cõsul. Calepinus verb. maiores. Plot. non tangit de hoc decreto in repet. l. si quando. C. vnde vi. Bene tangit in indice, verb. Decretum. seu constitutio maioris magistratus, iubens &c. & præsupponit decretum dicere, quòd etiam actor, vel accusator possit trahere reum ad maiorem magistratum.

Vers. Præsens tamen decretũ &c. nolumus magnificum Locumtenentem, & Capitaneum nostrum generalem Nicolaum Piceninũ Vicecomitẽ aliquo modo complecti siue ligare &c. } Sco. Facit l. pen. C. de aduoc. diuers. iudic. De isto Nicolao præter historicos, mentionem facit Barbat. cons. 123. lib. 4. cons. Alex.

Vers. Dat. Mediol. die 7. Nouembris M. cccexli. } Scot. Inuestitura Sarmati, & aliorum in Co. Albertum Scotũ Iacobi filium, facta fuit anno domini 1441. die 22. Decembris.

Ad ch. 11. a tergo.

Nos dominus Mediol. &c. } Scot. Recentius decretum habes supra ch. 9. a tergo. vide Bald. cons. 112. par. 3.

Ad ch. 12. a tergo.

Dilecti nostri intellecta petitione &c.

Vers. ita quod qui cedit nudus sit discalciatus &c. } Scot. vide Alciat. lib. Parerg. 2. c. 47. vbi quod casu fortuito redactus ad inopiam, nõ patitur hanc ignominiã. Crauet. tracta. de antiq. tempo. 4. par. sectio. videamus modo, nu. 42. quòd non valet tale decretum, seu statutum. vide statu. 41. sub rubr. de deposito, & modo proced. lib. 3. Tiraq. commenta. l. si vnquam. C. de reuoc. donat. verb. bona. Alciat. lib. Dispunct. 4. c. 2.

Ad ch. 13. a fonte.

Nos Ioannes Galeaz vicecomes &c. } Scot. Hic factus fuit Dux Mediolani a Vincislao (errãt Moder. in add. ad Alex. cons. 87. lib. 6. nominantes Ladislaum, pro Vincislao) Imperatore, anno 1395. & sic annis nouem post hoc decretum conditum.

Ad d. ch. a tergo.

Vers. qui libellus, vel petitio qualiscunque sit, dummodò tolerabilis, admittatur &c. } Soc. Nota quòd libellus potest remitti per partem: sed quælibet petitio nõ, Bald. l. 1. col. 1. ff. de eden.

Vers. qua termino elapso sine &c. } Scot. Non tamen intelligas, q̃ opponens exceptiones impedientes litis ingressũ, dicat respõdere: indeque lis contestari.

Vers. & quòd quibuscunque positionibus &c. teneatur pars respondere &c. } Scot. simpliciter rñdere t dr̃, qui rñdetur conditionaliter, qñ conditio inest de natura actus, Alex. l. Gallus. §. 1. nu. 3. ff. de lib. & posthu. vide Gypsium in epistolis contra Alcia. Potest ẽt responderi nescio. glos. c. præsentium, verb. quid sciat, de testi. in 6. & aduerte, quòd statut. 1. supra

lib. 2.

lib.2.nõ mãdat positionem haberi pro cõfessatis.

Ad ch.14.a fronte.

Vers. quod omnes exceptiones, replicationes &c. Sco. senten tia per quam reijciuntur exceptiones peremptoriæ, est interlocutoria. Crauet. conf. 181. nu. 3.

Vers. ad requisitionem dictarum partium, vel alterius earum committere &c. Scot. vide statu. 19. lib. 2. sub rub. de grauami. & petit. conf. sapien. &c. & statu. 50. sub rubr. de modo proced. in caus. summar.

Vers. de confidentibus vtriusque partis eligendo. Sco. Intellige nisi malitiosè petatur, vt differatur lis, Ang. cõs. 136. col. 4. cum simil. Ioan. de Ana. c. super eo, col. 2. de crimi. fals. Dec. c. licet causam. not. 6. de probat. Intellige qnoque, nisi sit conclusum in causa. Bald. c. pastoralis. col. 2. de caus. possess. & proprie.

Ad d.ch.14.a tergo.

Vers. teneatur, & debeat suam sententiam &c. Scot. Hæc omnia si fuerit requisitus. Dec. in c. licet causam. nu. 13. de probat.

Vers. a die latæ sententiæ. Sco. & sic prima dies, seu dies latæ sententiæ non computatur. Clem. super. de appellat. vbi gl. verb. a die. Dec. c. ex ratione, col. 1. de appella.

Vers. qua appellatione, vel nullitate interposita. Scot. Nota quòd licet instantia causæ appellationis non possit per partes prorogari. l. nemo, C. de temp. appell. Bald. l. fin. §. fin. eo. tit. Butr. c. ex ratione, de appell. fallit hoc, quãdo instãtia est taxata a statuto: quia tunc potest per partes prorogari. Bald. tit. de pace Constant. verb. & causis. Vadus post Soc. regu. 46. 2. fallentia. Aduerte, quia in §. secunda verò. prohibetur, sub certa pœna prorogatio harũ instãtiarũ.

Vers. & iurare, coram iudice, ad quem appellauerit, se non dolo &c. ac satisfdare de restituendo alteri parti &c. Scot. in statuto satisdatur de pœna duorum solidorum pro libra, & de expensis.

Ad ch.15.a tergo.

Vers. postquam lata fuerit dicta &c. Scot. Vide Iafred. in sem. rec. iudic. conclus. 472. Hoc decretum prohibens nisi semel appellare, dicit odiosum Alex. cons. 96. ad fi. lib. 2.

Vers. nec appellare a dicta sententia &c. Sco. Non videtur comprehẽdere ecclesias, maximè ex vers. Veruntamen nisi fuerit de partiũ &c. dum excipit dacia, mercantiam, & alia, vt ibi; & tãto magis clericos, in quo nullam habebat iurisdictionem. Contrà videtur obstare indultum Leonis x. concessum dominio Mediolani, vt a duabus conformibus non appelletur, & etiam opinio Docto. qui dicunt statuta ligare clericos, quando non sunt facta principaliter in eorum odium. Specu. aur. in 89. disp. nu. 25. Non obstantibus prædictis, obtentum est committi causam appellationis tertiò agnoscendam in causa hospitalis magni Placen. & consortum, contrà quendam Zaualiam: & commissa fuit R. do. Ioanni Alloisio Drompello Canonico ecclesię cathedralis, & magnifico Ioanni Francisco Fasollo assessori, coram D. Bartholomeo Turco Prętore, vt apparet ex actis rogatis per D. Franciscũ Ponchiæ, & collegas, de anno 1565. de mense Iunij. Addatur quòd statuta laicorum non ligant clericos, quãdo sunt facta simpliciter: & tendunt cõtra ea, quæ concessa sunt ecclesijs, vel clericis in priuilegium: & nõ valent, cons. Barb. nu. 14. Auth. cassa, C. de sacrosc. eccles. c. nouerit, de sentent. excommuni, & tanto magis ẽt quando statuta sunt onerosa, vt quando clericis prohibentur ea, quæ de iure cõi conceduntur. Spec. aur. in 8. disp. nu. 3.

Vers. nec nulla dici. Scot. Non procedit in præiudicium tertij. Iafred. in sem. rec. iudic. conclus. 431.

Ad ch.16.a fronte.

Vers. nec etiam in compromissis. Scot. Habet tamen locũ in causis delegatis: vt infra in alio decreto.

Vers. singulos dies viginti milliaribus. Sco. l. 1. ff. si quis caut.

Vers. tutor, & curator. Sco. videtur legendum, tutor, vel curator, ar. ins. vers. de idoneo tutore, vel curatore.

Ad d.ch.a tergo.

Vers. testes producendos bene, & legaliter &c. Scot. Facit l. diuus, in fin. ff. de custod. & exhibit. reo. Quid possint isti examinatores, habes exemplum in Eunucho Terent j. Suspecti examinatores, & receptores, possunt recusari secundum glos. in Auth. de trien. & semis. §. & quod sæpe. Bald. & Docto. in ca. quoniam contra, de probat.

Ad ch.17.a fronte.

Vers. non obstante productione semel facta &c. Sco. l. cum quidam. C. de fi. instru. & in Auth. at si contractus. & an simpliciter quis cogi possit ad edendum iterum Breuia, Cõra. tit. de instru. & vest. de iu. prod. lib. 6. nu. 11.

Ad d.ch.17.a tergo.

Vers. tanquam delegatus noster in hac parte specialiter constitutus &c. Sco. ex indulto, & decretis subsecutis, prętor ciuitatis est delegatus, & merus executor in cõmittendis appellationibus. sunt dictę scripturæ penes Ponchiam prædictum, & alios.

Vers. receptis literis vestrum &c. Sco. si commissarius definit esse iudex collegij, non tamen definit esse iudex causæ sibi commissę. Add. ad Abb. cap. quoniam abbas, col. 4. de offic. & potest. iud. deleg.

Vers. de cætero non possit, nec debeat assumi ad consulendum, nec ad iudicandum &c. Scot. Obtentum in causa hospitalis magni Plac. & magnifici D. Io. Mariæ Dominici Docto. & aliorum, contra Iacobum Zaualiã, coram prætore Placentino, dum vellet dare iudicem ecclesiasticum Doctorem, non tamen existẽtem de collegio dominorum iudicum.

Vers. vertente, seu &c. Sco. vide supra in statuto 54. sub rubr. de deleg. caus. lib. 2.

Ad ch.18.a fronte.

Vers. cum propter appellationes &c. Sco. vide tom. 1. meo. Respon. lib. 1. Respons. vlt. Iafred. sem. rec. iudi. conclus. 464. vbi, ꝯ appellatur ab interlocutoria discussionis delicti, cum oporteat constare de delicto. de ociosum statut. quod appellationem tollit, quæ est defensio: vt per Alex. cons. 96. ad fin. lib. 2. vnde intelligitur de principali, non de emergẽti, vel interlocutoria, vel incidenti. Alex. rubr. ff. de re iud. tamen videretur etiam in principali licere appellare, si grauamẽ sit notorium. Alex. cons. 77. nu. 17. lib. 3. considera, ꝯ hoc est decretum. Aliàs videtur statut. non posse tollere appellationem: sed tantùm immutare tempus ad appellandum. Abb. c. cũ sit Romana, col. 1. de appel. Alex. cons. 105. in fi. lib. 5. Alciat. c. cum contingat. nu. 145. de iureiur. Capyc. decis. 112. quod appellatio tolli

non

nou potest per regem: quia est iuris diuini. Adest autem indultum Clem. 7. quòd condemnati pecuniariter deposita quarta parte, audiantur appellãtes, concessum anno 1525. 12. Decembris, limitatiuum indulti Iulij. 2. & Leonis x. disponẽtium audiri deposita integra pœna. dixi tom. 1. Responso. lib. 1. respons. vlt. sub nu. 29.

Ad ch. 18. a tergo.

Vers. nisi eatenus, quatenus, & eis modo, & forma quibus &c. } Sco. vide infra de præcept. arbitr. seu arbitrã. &c. quilibet ius dicens, ch. 21. a fronte.

Ad ch. 19. a tergo.

Vers. Hoc dominus Mediolani &c. tenore præsentium ex certa scientia, & de nostra plenitudine potestatis, volumus, decernimus &c. } Scot. simile in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscrip. l. qui agros. C. de omni agro deserto lib. 11.

Ad ch. 20. a tergo.

Vers. Hoc autem nostrum decretum ad ciuitates nostras Veronæ, Vincentiæ, & Padua &c. nolumus destinari. } Sco. Nota Veronam, Vicẽtiam, Paduã, de dominio Ducis Mediola. qui habebat alias 29. ciuitates, de quib. in supplemẽt. chronico de primo Duce Io. Galz. & Ioanne Archiepiscopo Mediolani.

Ad ch. 21. a fronte.

Si de cætero fuerit lis, quæstio &c. } Scot. De hoc decreto vide Iafred. in sem. rec. iudi. conclus. 106. apostil. ad Bartol. in l. ambitiosa, ff. de decret. ab ord. facien. Non habet locum, cum factum est certum, nec sunt opiniones diuersæ in iure circa illud. Soci. in rubr. ff. de reb. dub. Non habet etiam locũ in spurijs, seu naturalibus, nec in legitimatis. Alex. cons. 60. lib. 2. contrarium per Fulgos. cons. 109. Tiraq. tracta. de Retrac. consang. §. 1. glos. 8. nu. 4. de spurijs. De legitimatis Paul. Cast. cons. 178. super eo, quod quæritur. colum. 2. Tiraq. vbi supra sub numero 12. Non habet quoque locum in articulo iuris, nec in re clara. Alex. cons. 62. lib. 2. vel liquida, Alex. d. cons. & si semel expirauerit, debet iterum, atque iterum fieri, donec causa acceperit finem. Alex. cons. 70. col. 2. in princ. li. 2. Facit l. 3. §. 1. vers. post causam semel. &c. ff. de arbitr. Post publicatas attestationes non potest peti compromissum, Ias. l. si causam, num. 3. ff. de transact. item cum allegetur, oportet partẽ citari ad hoc, Alex. cons. 82. lib. 1. Item causa meri, & misti imperij nõ habet locum. Bart. in l. non distinguemus. §. si de liberali, ff. de arbitr. & criminalibus etiam magis, vt per Alex. d. cons. 82. in fi. qui tractat de accus. & ligat etiam pupillos, vt per Alex. cons. vlt. lib. 6. Maran. in spec. aur. 2. act. nu. 9. vide Curt. in l. fratris. de transact. vbi limitat, si statutum faciat mentionem de arbitratore, vt ibi pec eum: intelligentem de causis meri, & misti imperij, in quibus potest fieri transactio. Forensis hic litigans tenetur compromittere: quia respicit ordinatoria iudicij. Dec. c. ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 45. de constit. & ibi, an habeat locum in clericis in foro seculari litigãtibus. Non litigat clericos etiam in minoribus cõstitutos. Bald. c. cum venisset. de eo qui mitt. in possess. cau. rei seruan. Alex. cons. 210. nu. 2. lib. 2.

Vers. vel præterita. } Sco. Hoc si non exprimeret, statutũ hoc casu non militaret. Bart. l. cui eorum, §. affinitatis. de postul. Maran. vbi supra nu. 15.

Vers. postquam ei denunciatum fuerit per aliquã partium &c. } Scot. Idest, si petatur: quo casu voluntariũ hoc vbi compromiss. voluntariũ. &c. Rimin. cons. 573. vbi Hippol. Riminald. allegat Alciat. in l. si quis maior. C. de transact. & dicit opinionem distinguentẽm attendendam. Si enim statutum præcisum sit, tunc esse necessarium compromissum.

Vers. cogere eos ad compromittendũ. Scot. Nisi columniosè petatur. Tunc enim admitti non debet, si tũ vehemens est præsumptio. Dec. c. licet, de præsumpt. Intelligitur aũt hoc decretum in causa principali, nõ in causa appellationis, secundum Paul. Castr. cons. 320. lib. 1. Alex. cons. 7. nu. 11. lib. 3. Non hẽt etiam locũ in bonis prohibitis alienari. Dec. cõs. 44. Qui etiam habet aliquã exceptionem litis finitæ, non potest cogi ad compromissũ. Ias. l. fratris. C. de transact.

Vers. postquam facta fuerint &c. vers. possit appellari. } Sco. A personis hic enumeratis. Vide an ciuitas possit hoc statuere. Bart. in l. si cui, ff. de aq. pluu. arcen. & vide statut. supra ch. 34. statuto. & decret. supra ch. 18. decreto. vbi rubr. & text. a tergo.

Vers. omnibus iuris remedijs. } Scot. Vide omnino Dec. cons. 39. nu. 6. Cæpo. cons. 34. cons. ciuil.

Vers. in omnibus præceptis &c. non possit appellari &c. sed fiat executio. } Scot. Potest opponi nullitas incompetentiæ. Barb. cons. 38. 2. par.

Vers. Quilibet ius dicens teneatur, & debeat executioni mandare omnibus iuris remedijs &c. & si aliquis voluerit dicere, vel allegare &c. } Sco. oẽs possũt, præter personas in statuto, postquẽ facta &c. supra hac char. cõtẽtas, & præter personas in compromisso renunciãtes reductioni, vt in statu. sub rubr. de reduct. ad arbitr. &c. Vide Dec. cap. ad hæc. 1. nu. 3. de appell. cons. 39. cons. 60. cons. 71.

Vers. docere, vel ostendere tam agendo, tam excipiendo &c. } Scot. contram prætore., prout fuit obtentum in cõtradictorio in causa D. Marci Antonij Romignani. & Iosaph, & consortum de...... corã D. Turcho consiliario, & prætore Placent. anno. 1565. die 23. Iunij, rog. per Ponchiam, & collegas.

Ad d. ch. 21. a tergo.

Compromissa quæ facta fuerint sine termino &c. } Scot. Legi quoddam compromissum factum per Luchinum de Nicellis ex vna, & Petrum, ac Ioannem de Vicedominis ex altera, in Vlgolinum, de ann. 1392. In dict. 1. die 14. Februarij, in quo dicitur, & voluerunt hoc compromissum valere, & durare vsque ad quadraginta dies vtiles proximè venturos, secundum formam decreti illustris principis, & magnifici domini nostri domini Galeaz Vicecomitis, Comitis virtutum, domini Mediolani, Placentiæ, &c. Imperialis Vicarij Generalis.

Ad ch. 22. a tergo.

Vers. inter alia statuta adsit vnum effectualiter &c. } Scot. supra statu. vlt. quod incipit, Item statuerunt, & ordinanerunt, quòd per præcedentia &c.

Ad ch. 23. a tergo.

Vers. volumus, quòd si in aliqua vicinantia, vel contrata habitauerit aliqua mulier inhonestæ vita, vel famæ &c. } Scot. vide Alciat. com. 3. Respons. lib. 9. respon. 63. & in l. Massurius, ff. de verb. signif.

Ad

Ad ch.28.a fronte.

Verf.antequam perueniat ad bona &c.} Scot. Fallit,si principalis sit difficilis in conueniendo,vt quia sit in loco munitissimo.Alex.in l.si fideiussor.ff.qui satisda. cogan.

Ad d.ch a tergo.

Verf.quòd quarta pars condemnationis fienda remittatur confitentibus delicta:& alia quarta pars habenti pacem cum offensis &c.} Sco.vide Afflict. in tracta. de iure promiss.§.4.nu.22.videtur intelligendum de spontè confesso, non de confesso metu probationis,per tradita per Damasum in Brocar.3.membr.nu.32. Bart.q.8.tractat.an confitens factum, sed negans qualitatem,sit habendus pro confesso, aut pro negante,ad propositum præsentis decreti. vide latè Tiraq.de pæn. temper. aut remitt. cau.30.nu.17. vsque ad fi.vbi etiam quòd non habet locū hoc, cum pæna nō patitur diminutionem. Adde quòd non prodest ei,qui iā negauit,posterior confessio. Ias.l.sicut,§.quòd aūt.n.8.& 9.de re iud.De spōtanea confessione glos.l.1.glof.mag.ff.de calumn.

Ad ch.29.a fronte.

Verf. Quoddam decretum per nos nuperrimè conditum super continuatione possessionis defuncti in hæredem &c.} Sco. vide statu.supra ch.43.statuto. In materia vsucapionis lex dicit,possessionem defuncti quasi coniunctim,(aliàs iuncta, aliàs iniuncta) descendere in hæredem.l cum miles,ff.ex quib.cauf.maio.

Verf.cupientes fraudibus,& malitijs insolētiū hominum &c.} Sco. Possessio defuncti non continuatur in hæredem hæredis vigore huius decreti.Rub. Alexandri.conf.121.& de hærede hæredis, quòd non sit eadem persona cum defuncto,Pau.Cast.cōf.197. nu.2.in 2.par.incip.visis dubijs de quibus nouiter. Non hēt etiam locum hoc decretū in hærede grauato statim restituere: secus in grauato in diem in certum,vel sub conditione.Plot. repet.l.si quādo, n.849.C.vnde vi, vbi latè agit de hoc decreto,& in repet.& in reperto.Bald.in rubr. de cauf.possef. & proprie.facit differentiā an statur. dicat hæres, an dicat scriptus hæres. Quomodo aūt probetur continuatio possessionis,Lanfranc.in c. quoniam contra.verf.testium depositiones,nu.177.& ibi allegātur alia,de probat. An ab immissione vigore huius decreti possit appellari,latè Bald. cōf.141. lib.1.Pulchra,& multa,per Catell. Cott.in memorab. verb. decreto.extat aūt decretum manuscriptum, quòd beneficium huius decreti est decennale tantum:licet Tiraq. in tracta.le mort. faisit le vif.3.declar.5.par.nu.14.anni tantum meminerit de iure,vt ibi per eū. Quod dictum de decennio, nō procedit in ignorante, vt habetur in conf.87. nu.7.tom.1.confl.crimin.diuerso.

Verf.quoad omnem effectum.}Sco.Decret.Mediolani habent etiam Recuperādæ. Plot.in reperto.seu indice repet.l.si quando, C.vn.vi.verb.decretum.

Ad ch.30.a fronte.

Verf.infrascriptis tamen casibus &c.}Scot.Quotidie seruatur contrarium,plerumque sunt carceres obcrato rum etiam leuium summarum ratione.

Ad d.ch. a tergo.

Verf.cum iusta,& rationabili causa &c.}Scot. vide in simili statu.Bald.conf.253.lib.3.

Ver de qualibet libra tertiolorum.}Sco.vide Coriū in chro ni.fol.9.de hac libra tertiolorum.

Ad ch.31.a fronte.

Verf.declaramus huiusmodi statutum, ipsiusque prohibitionem de personis,& rebus ecclesiasticis nominatim, & expresim minimè facientes &c.}Sco.Alber.de Rosa.q.11.& li. centu.in loco a ratione causarum,in fi.

Ad d.ch.a tergo.

Verf.Iulianus de Saliceto.} Scot. ex hac familia fuit Gulielmus de Saliceto magni noīs medicus: cuius sepulchrum patefeci medicis nostris,vt alibi dixi.

Ad ch.33.a tergo.

Verf.cui iure sit cautum,quòd bones &c.}Sco.l.executores, l.agricultores.C.quæ res pigno.oblig.poss. Marā. in specu.aur.3.& vlt.ac.princip.iud.num.21.fallit vbi non sunt alia bona. vide tñ Mant.apoph.497.

Verf.compensatio admittatur.}Scot.Deposito opponitur exceptio compensationis, etiam si iuratum sit,intellige per ea quæ tradunt Moder.ad conf. Alex. 91.nu.5.li.2.& ipsemet Alex. conf.11.eo.li.vult cōtra contractū ēt iuratū admitti compensationem.

Ad ch.34.a fronte.

Verf.de cibo,& potu hospitum &c.}Scot.sup.ch.31. statu.

Verf.nullus creditor alicuius summa &c.}Scot. fallit vbi nō sunt alia bona.Maran.in Spec.aur.vbi sup.nu.30.

Ad ch.36.a tergo.

Verf.in nomine domini amen.}Scot. vide Cottam in Memorabilibus,verb.statuto, seu decreto: vbi multa pulchra:& inter cætera, an creditor qui habet ius ex pacto ingredièdi bona propria autoritate,sibi præiudicet comparendo in executione cridarum. vide ēt Alciat.li.2.col.44.vbi de hæredinate iacente:& quòd est odiosū,Latè Plotus in repet.l.si qū. C.vn.vi,cuius reperto.seu indicem consule.

Ad ch.37.a fronte.

Verf.diuersis diebus.} Scot. & alijs tribus vicibus in alia hebdomada.

Ad ch.38.a fronte.

Verf.qui ostenderit quouis modo &c.}Scot.ostendens petitorium,impedit venditionem.

Ver.ipsum minorem habere ius etc.}Sco.Minor quodcum que ius ostendēs pro eia s tutela,vel cura,impedit venditionem in sui præiudicium.

Ad ch.40.a fronte.

Verf.qui post publicationem testium , interrogatus an velit vti dictis testium,vel testibus responderit &c.& quilibet interrogatus teneatur respondere ad terminum &c.} Sco. De iure non tenetur respondere.Angel.& Arimin.ad eū,in tracta.de malefic.verb.falsario.n.42.43.44.

Verf. qui post publicationem testium interrogatus an velit vti &c.}Scot.Quomodo possit,& debeat responderi,Specul.tit.de instru.edit. §. videndum,verf.q si velis.Maran.de ordi.iudic. 8.act.iud.nu.20.de instrumen. product. vbi dicit simpliciter, & absque aliqua conditione respondendum esse.De hac interrogatione vide Bart.in l. si falsos, C. de fals.limitabis autem hoc decretum,vt non procedat in non producēte propriè. vide infra ch.44.a tergo, vbi sic limitatur decretum de quo ibi.

Ad d.ch.a tergo.

Verf.cum sæpius contingat ciues &c.} Scot. Pæna solutum repetentis,est criminis stellionatus iure cōmuni,l. si fideiussor,§.in omnibus. vbi Bart. ff.mand. Ias.§.

sed

ſed hæc quidem, nu. 12. Inſtit. de actio. Alia eſt pæna vendentis venditum, nempè falſi, l. qui duob. vbi Bart. ff. de falſ. l. 1. ff. de crimin. ſtelliona. Adeſt ſtatut. ſupra de hac re, ch. 39. Pæna ſtellionatus tenetur, qui pignoratam rẽ alij pignorat ſimpliciter. Sed ſi addit ẽt, nulli obligatam eſſe, tenetur falſi: Bart. vbi ſupra: & in penam incidit ẽt opponẽs cõpenſationem debiti ſoluti. Bart. l. amplius non peti, in fi. ff. rem rat. habe. Pract. Papienſ. in for. libel. in actio. hypothec. verb. ſub eadem, nume. decimoſeptimo: vbi de bis hypothecante, & vendente, non de bis petente. Qui Practic. errauit in vno, quia omiſit aſſertionẽ bis pignorantis, quòd res non eſt alij obligata: quæ aſſertio facit incidere aſſerentem in crimen falſi, vt per Bar. vbi ſupra. De bis infeudante Bald. c. 1. quo tempo. mil. inueſt.

Ad ch. 42. a tergo.

Verſ. ſaluo iure legitimæ &c.} Scot. Alciat. tom. 2. Reſpõſ. lib. 7. reſponſ. 19. legit, ſaluo iure tam reſpectu legitimæ, quàm omni alio reſpectu, vide autem l. fi. & auth. ſeq. C. de bon. damnat. & ſupra li. 5. ſtatu. ſub rub. de pæna committen. vel committi facien. homicid.

Verſ. deceſsiſſet ab inteſtato, cuius quidem &c.} Sot. hæc verba ſunt ineptiſſima, niſi legas, de ceſſiſſet, id eſt, tertiæ, eius, quod habituri forent ab inteſtato. cuius quidem &c.

Verſ. nullus de perſona, ſeu de membro poſsit &c. niſi conſignauerit in fortiam communis. Plac. alium bannitum de ſimili delicto, uel maiori &c.} Sco. Apud Romanos lex erat, quæ damnatum ambitus in integrum reſtituebat, ſi accuſatum a ſe de ambitu, damnari obtinuiſſet. Grucch. lib. 1. de comitijs, in fi.

Verſ. quilibet bannitus, & condemnatus de vita ad mortem, poſsit liberè, & impunè &c.} Scot. vide Alex. conſ. 75. lib. 1. Non habet locum hoc ſtatutum in bannito per contumaciam, ſed ex veris probationibus. Marſil. in practi. crimin. §. poſtquam. nu. 54. & §. ſequitur, nu. 20. nec habet etiã locũ in muliere prægnante. d. pract. §. nunc vidẽdum. nu. 50. & nota, quòd bene additũ fuit, quã realiter: quia aliàs non liceret ei dare damnum in rebus, propter verba, in perſona, ſeu verbum, perſonaliter. Aliàs nec nec perſona, nec rebus expreſſis liceret neutris. Rimin. in l. vt vim, nu. 165. ff. de iuſtit. & iur. Vaſallus autẽ non poteſt occidere dominum, nec filius patrem. Ang. l. ſi adulterium. § liberto, ff. de adult. non habet etiam locum in corpore mortuo. Fuſc. ſingul. lit. l. nu. 25.

Ad ch. 43. a tergo.

Verſ. Nicolaus Tertius.} Sco. Horum Tertiorum fuit Caſtrum nouum, quod appellant Tertiorum: quod nunc habent domini Sforciæ de Foliano.

Verſ. cum ex incendijs multa damna &c. etiam ſi malefactor ſit certus.} Scot. An aliàs hoc procedat de iure cõi, Paul. Caſtrẽ. cõſ. 175. caſus præſens &c. ſeu in notula quæ præcedit d. conſ. Henr. Ferd. in add. ad Alex. l. domos. ff. de leg. 1. ſi dicat ſtatutum, quòd poſſit procedi cõtra commune villæ, ſi ignoretur perſona malefactoris: nõ poterit procedi contra commune, niſi prius conſtiterit, quod malefactor ignoretur. vide Pract. Papien. in for. libel. in actio. real. verſ. non adſtringens ſe &c. nu. 5.

Ad ch. 44. a tergo.

Verſ. ſi quis in tantam &c.} Sco. Emendatur l. ſi quis in tantam. C. vn. vi. l. meminerint. C. eod. quæ tamen adhuc hic habebit locum, in iuribus incorporalib. Cum enim ſint inæſtimabilia, non videtur hoc decretum de eis loqui: ſicut dicimus in ſtatuto de gabella, de contractibus ad ratã tot pro libra; vt non habeat locũ in iurib. vt emancipatione, & ſimil. itẽ nõ poſſidentur iura, l. ſeruitutes. ff. de ſeruit. Sed hic loquitur de rebus quæ poſſidentur. Facit Bolog. in §. Iulianus, ff. de damn. infec. Tamen aduerte, quia dicitur, ſeu quaſi: & ſupra res, & bona. l. bonorum appellatio aut, ciuilis eſt, aut naturalis, in fin. ff. de verb. ſignif. l. rei appellatione. ff. eo. l. 1. vbi Docto. ff. ſi cert. peta. Non obſtat, ꝙ de gabella &c. quia illud verum in ijs, quæ reſpiciunt perſonam, velut emancipatio, adoptio, & ſimilia. l. libertas, ff. de reg. iur.

Verſ. at hoc, vt omnis via falſi.} Scot. vide decretum ſup. ch. 40. & præced. a tergo.

Verſ. quòd quilibet qui produxerit in aliqua cauſa &c.} Scot. Paul. Caſtren. in l. quicunque, nu. 6. dicit, pupillum amittere litem ob delictum tutoris. Iſtud decretũ non extenditur, ad non producentes propriè; vtputa aliquis eſt nominatus in iudicio: & nominat in dominum alium, qui acceptat nominationem, & nominatus producit falſam ſcripturam: ſi contingeret interrogari primum conuentum, non tenetur reſpondere: quia nihil produxit: ſed benè tenetur nominatus. Et ita fuit obſeruatum anno 1553. die 29. Ianuarij: qua die Illuſt. D. Io. Bapiſta a Mari auditor, & Conſiliarius Ducalis, repoſuit D. Petrum Martyrem Quartironum, contra quem ordinatum fuerat teneri reſpondere ſimili interrogationi in cauſa proclamationum bonorum de Monticellis venditorum eidẽ per Ill. D. Co. Aſcanium Sforciã de Burgonouo, vt apparet ex actis rogatis per D. Petrum Antonium de Ripalta, & collegas die ſupraſcripta, ab incarnatione. Licet autem hoc decretum non loquatur de aliqua interrogatione, quæ fiat producenti ſcripturam: tamen dicta interrogatio cadit etiam in producentem ſcripturam, vt per Maran. 8. actu iudic. nu. 20. ſicut in producentem teſtes, vt ſupra in alio decreto: cui applicabis hic dicta, ne & ipſum extendatur ad non procedentem propriè.

Ad ch. 45. a fronte.

Verſ. quòd ſtatuto loquenti de percuſsionibus &c.} Scot. ſup. ch. 67. a tergo, vbi addidi.

Ad ch. 45. a tergo.

Verſ. decernimus, & iubemus, neminem in ciuitatibus, & terris noſtris cogi poſſe &c.} Scot. contra legem Solonis. Pro hoc decreto facit quod ponit Sigon. lib. 1. ca. 3. de Appio Cæco. De lege Solonis vide Cic. lib. 16. epiſto. ad Attic. epiſto. 1. Laus Deo.

Finis, Scholiorum D. Federici Scoti Iureconſ. Placentini &c.